UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

Th. 2320.

K III
37

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


S. Felix
S. Nabor
VITA S: ENGELBER-
TI CVM SVI TEM-
poris Annalibus.
S. Petrus
S. Materny
S. Bruno
S. Norbertus
SS. Machabæi
S. Vrsula cum Sodalibꝫ
Emanuel à Walraven fecit
SS. Thebæi et Mauri

+ 7225.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex legato Celsi Principis Ferdinand. Epi Pad. et Mons.

VINDEX LIBERTATIS ECCLESIASTICAE
ET MARTYR

S. ENGELBERTVS ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS PRINCEPS ELECTOR, &c.

VNA CVM BREVI SVAE AETATIS
ANNALIVM, NOBILIVM FAMILIARVM, ET MONVMENTORVM AGRIPPINENSIVM EX ARCHIVIS DEPROMptorum editione.

PER R. D. AEGIDIVM GELENIVM LICENtiatum & S. ANDREÆ Canonicum.

Collegii Soc. J. A.

Irw Paderborna 1683



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud GISBERTVM CLEMENTEM, & IOANNEM HVBERTVM, sub signo Arboris, ante S. Paulum.

ANNO M. DC. XXXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRIVILEGIVM.

SERENISSIMVS ET REVERENDISSIMVS, DN. DN. FERDINANDVS, Archiepiscopus, & Princeps Elector Colonienſis, vtriuſque Bauariæ Dvx, Dominus noſter Clementiſſimus, præſentis priuilegii diplomate indulget & ſancit, ne quis Dn. Doctoris piæ memoriæ Ioannis Gelenij Canonici Presbyteri Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, & SS. Apoſtolorum Decani, ac Suæ Serenitatis quondam in Spiritualibus Vicarij generalis opera poſthuma, vel Ægidij Gelenij Canonici S. ANDREÆ lucubrationes vulgatas cum Cenſoris librorum licentia, abſque hæredum vel auctoris voluntate æri incidat vel excudat per partes, aut integraliter vel excuſas alibi intra Archidiœceſios terminos inuehat. Qui ſecus fecerit, confiſcationi & Arbitrariæ pœnæ ſubiacebit. In cuius rei fidem præſentes Suæ Serenitatis Sigillo Electorali munitæ ſunt. Signatum Coloniæ die 4. Aprilis, Anno 1633.

Locus O *Sigilli.* *Ex ſpeciali Mandato*

Segerus Straus.

LICENTIA ORDINARII.

HIſtoria de S. ENGELBERTO Archiepiſcopo Colonienſi &c. authore Reuerendo D. Ægidio Gelenio SS. Theol. Licentiato, nihil fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus aduerſum complectitur; multa verò præclara hucuſque ignota, ex diuerſis Archiuis ſincerè, fideliterque deprompta; prout relatu eorum cognoui, qui eandem accuratè examinârunt. Magno itaq; Reipubl. bono, & priuatorũ non ſpernenda vtilitate, typis euulgari poterit. Colon. die S. Euergisli Epiſcopi Col. 1633.

HENR. FRANCKEN Sierſtorphius SS. Th. D. Regens Gymnaſij Laurentiani, librorum cenſor.

LICENTIA INQVISITORIS.

VIta S. ENGELBERTI *Archiepiſcopi Colonienſis, cum annotationibus ex varijs authoribus, ſpecialiter verò Archiuorum, aliorumq; fide digniſſimorum manuſcriptis, accurate à Reuerendo D. AEgidio Gelenio SS. Th. Licentiato collecta & digeſta, cum nihil veræ ac Catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium; plurima verò vtiliſſima, ſcitu digna, hactenusq; deſiderata, atque ad propugnationem iuriũ, peruilegiorumq; Cleri cum Sæcularis tum Regularis imprimis conducentia cõtineat, tutò imprimi, manibusq; piorum teri poteſt, Colon. in Conuentu FF. Præd. 26. Oct. An* 1633.

Fr. IOANNES PHILIPPVS FRIDT, Ord. Præd. SS. Th. D. & Profeſſor per Colonienſem Dioeceſin & annexas partes Sancti officij Commiſſarius Generalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A

SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DN. FERDINANDO ARCHIEPISCOPO ET S. R. I. PRINCIPI ELECTORI COLONIENSI PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO, Episcopo & Principi Leodiensi, Monasterienſi, & Paderbornensi;

B Administratori Hildesheimensi & Berchtesgadensi, Principi Stabulensi, Comiti Palatino, vtriusque Rheni, & vtriusque Bauariæ, Westphaliæ, Angariæ, Bullionis Duci, Marchioni Francimontensi Comiti Lossensi, Longiensi, Hornensi, S. Sedis Apostolicæ Legato nato Principi & Domino suo Clementissimo.

C CVM S. ENGELBERTVM ex vmbra in Solem educere, publicoq; dare meditarer, circumspexi de Colophonijs, quorum calculo & suffragio ipse pingui licet Minerua adumbratus, non in luce modo, atque in oculis ciuium suorum collocaretur, sed & longè lateque vagatus, in exterorũ cœtibus inclarescceret, ac constanti omnium sermone celebraretur; reperta est mihi, ceu Iouis suffragium vestra SERENISSIME AC REVERENDISSIME PRINCEPS ELECTOR, oculissima quam imploro authoritas. Quis

D enim ea potius (quæ ad Aristophanis & Cleanthis lucernam, maxima ex parte congessit felicis recordationis Frater meus Serenitatis Vestræ in Spiritualibus Vicarius Generalis) vnione signaret, quam qui Parentis & Patris patriæ S. ENGELBERTI insula ac sede obtenta, æmularum virtutum vestigiis pleno gradu ad amussim inhæret? Ea est SERENITAS Vestra, quæ non minus optimo Martyris Nostri exemplo in pios Religiosorum cœtus benefica est ac prolixa, quam Ecclesiastici iu-

ci iuris atque immunitatis conseruatrix. Hanc enim Diis, hominibusque plaudentibus vel glorioſa propugnat, vel ereptam, Generoſi inſtar Cononis, recuperat libertatem. Clamat & teſtatur id Eccleſia Hildeſienſis, cui nunc priſcus ille immunitatis ſplendor (quo centum fere annis caruerat) à SERENITATE VESTRA lucet reſtitutus. Quare cum ſibi VESTRA SRENITAS ad imitandum propoſuerit S. ENGELBERTI exemplum, ex variis Archiuorum diplomatibus, auctorumque non obſcurorum monumentis à Fratre meo fel. recordationis meditatum, & quaſi cœptum, atque à me bonis, vt auguror, auibus perfectum, SERENITATI VESTRÆ ſubmiſſe dedico atque deſigno. Faxint ſuperi, vt SERENITAS VESTRA S. ENGELBERTI meritis DEO ter Optimo Maximo commendata, & diuinam ſibi conciliet benignitatem, & fato functa æternum cum cœlitibus triumphet. Coloniæ Agrippinæ in peruigilio S. ENGELBERTI. Anno 1633.

Veſtræ Serenitatis.

Humillimus ſubditus & Cliens,

Ægidius Gelenius Licentiatus.

CARMEN.

IN HONOREM S. ENGELBERTI ARCHIEPISCOPI, ET MARTYRIS COLON.

IN MEMORIAM

D. IOANNIS GELENII, METROP. COLONIENSIS CAN. PRESBYTERI CAPITVLARIS, SS. Apostolorum Decani, & Sereniſſimi Colonienſis, Domini noſtri Clementiſſimi &c. Vicarij in ſpiritualibus generalis & conſiliarij, monumentorum Colonienſium collectoris.

IN SIGNVM AMICITIÆ

DN. ÆGIDIO GELENIO LICENTIATO Canonico S. ANDREÆ.

Fratris poſthumos labores elucubranti & vulganti.

ECce laboratum celeri feliciter anno
Prodit opus, nitidamque diem iam nocte repulſa
De Editione vitæ S. Engelberti. Aſpicit, ingentis pandens facta inclyta Myſtæ;
Quem rapidi ad ripas fundata Colonia Rheni
Aſſerit Indigetem, Superumque attollit honore.
ENGELBERTVS hic eſt, Montanæ ſanguine gentis
Nobilis, & longa notus per ſæcula fama.
Ecquis enim ſeriem ſtirpis laudemque vetuſtæ,
Et multo implicitos quondam diademate faſces
Ignorare queat? late patet ardua virtus
A primis deducta atauis, atque altior exſtans
De Patre S. Engelberti. Montibus ipſa ſuis, propius expectat olympum.
Nominis eiuſdem genitor fuit optimus olli,

Cui cingunt oleæ, cingunt cui tempora lauri.
Nam velut Imperio miti sibi rexerat olim
Subiectos populos: sic postquam classica belli A
Intonuere sacri, spreta formidine mortis,
Arma in prædonem Solymæ mox sustulit vrbis.
Nimirum ingenti subiturus robore muros,
De morte eiusdem. Acturusque hostem Sancti procul æde sepulchri,
Ni vix Pannonicæ tangentem limina terræ,
Intempestiuo mersisset funere fatum.
De matre S. Engelberti. Iam verò genitrix priscis prognata Sugambris,
Exstitit eximio mulier memoranda pudore,
Et pietate pari, & morum bonitate suorum. B
Sed minus est Patrum quodcunque à sanguine fluxit
Virtute ingenita, minus est illustribus armis,
Atque animi clarere bonis, quando illa vocanda
Nobilitas sola est proprijs quæ nititur actis.
Hac dote emicuit primo ENGELBERTVS ab æuo
De pietate S. Engelberti. Et iam tum melior studuit, quam maior haberi.
Scilicet attollens oculos ad sidera mentis,
Et secum æternæ perpendens præmia vitæ,
Mortales spreuit titulos, perituraque mundi C
Gaudia, & ad cœli flexit sua vota parentem.
Quid mirum? ingenui tanto plus Stemmatis ardor
Se supra assurgit, quanto plebeia relinquit
Pectora, & ignauas despectat longius artes.
Inde tuos inter conscriptus Petre clientes,
Atque Vbij Neo-Mysta chori, pietate magistr,
Sedulus officij sacrati interfuit horis,
Debitaque assiduo persoluit pensa precatu,
Quin alijs vitæ quacunque à labe remotæ, D
Exemplo pariter præijt, sanctique creauit
Affectum desiderij; quo turbida sæcli
Tempora, diuinis mallent postponere curis.
Namque Deo reddens crebræ præconia laudis,
Sæpe dies totos, totasque ex ordine noctes
Insomni studio pronus ducebat ad aras.
Ac velut attritum ferrum magnetis ab vsu
Ducitur, & septem declinat ad astra trionis:

Haud

Haud aliter mentem victus pietatis amore,
Gaudebat crebrò radios admittere cœli,
A Nec verò quisquam frustra bonus extitit vnquam,
Ipse pater superûm mercedem rite rependit
Pro meritis, cumulatque nouo benefacta fauore.
Quomodo sit factus Archiepiscopus. Sic iuuenis sacræ subijt moderamina sedis
Exclusis reliquis, postquam Theodorus adhærens
Ottoni reprobo, Latia proscriptus ab vrbe est.
Et quisnam tanti tenuisset culmen honoris
Dignior? haud illi mentem malesana libido
B Fregerat, & vano subnixa superbia fastu.
Non Bacchi peruersus amor, subitisque calescens
Ignibus ira animi, non turpis gratia lucri.
Vita erat innocuo semper traducta paratu
Et niueo candore micans, ceu vellera nullis,
Albescunt teneri maculata coloribus agni.
Quomodo se gesserit in Episcopatu. Ergo adeò caste compleuit iura verendi,
Muneris, & grato placauit numina cultu,
Pro grege sollicitus, pro religione parentum.
Ergo ædes superis magna pietate dicauit
C Sacrorumque auxit numerum; dextra ergo benigna
Subuenit miseris, vetuitque atrocia fata
In turbam sæuire inopem. Claustra ergo virorum,
Fœmineique gregis, sanctis|muniuit abundè
Legibus, & patrum sua per vestigia duxit
Nec tamen externis segnem se gessit in actis.
Sed postquam officium complesset Præsulis almum,
Principis ad curas conuertebatur in orbem.
Hinc pacem dedit vsque suis Martisque remouit
D Infaustos populi procul à coruice tumultus.
Hinc sacræ Themidos patefecit limina cunctis
Iustitiæ assertor, magnoque ardore relictas
Protexit viduas, hinc desolata parentum
Pignora, profusæ ditauit munere dextræ.
Quo tamen hæc almi præclara Antistitis acta?
Quid iuuit sacrum esse Deo? quid numina votis
Sollicitasse pijs? quid crimina declinasse?

Inf n-

De morte eiusdem.

Infandum, heu, dictu! cognato à sanguine cæsus
Occidit, & terram venerando vertice pressit,
Occidit, & multo profudit vulnere vitam,
Occidit, & proprio respersit membra cruore.
Ipsos crediderim tam sæua in morte dolentes
Ingemuisse polos, & Phœben cuncta videntem
Auertisse oculos crudeli à funere Sancti.

De caussa mortis.

Nimirum infracta satagens super omnia mente,
Iuraque sacrorum, libertatemque tueri,
Hæc tulit innocuis indigna, heu! præmia curis.
Quanquam cur nimium finem ploremus acerbum?
Annon perque cruces, tormentaque sæua beati
Cœlestes tenuere domos? vitæque perennes
Commoda contemptis meruere doloribus olim?
Sic ergo æthereis nunc ENGELBERTVS in oris
Cingitur æternæ rubicundo flore coronæ,
Et gaudet diri dextra cecidisse tyranni,
Quin etiam in terris Diuorum insignis honore,
Assiduis colitur precibus, vultuque benigno
Aspicit humanæ diuersa incommoda vitæ,
Et clemens miseris præbet solatia rebus.

De primo scriptore vitæ S. Engelberti.

Quis dubitat? tantas virtutes Præsulis almi,
Cæsarius Prisco dederat venerabilis æuo,
Magnus nempe fide, magnus virtute sacerdos.
Et nunc annorum post sæcula plura peracta,
Successit sancti motus pietate patroni

De D. Ioanne Gelenio farraginatore monumẽtorum Coloniẽsium, eius doctrina: dignitatibus: & studiis.

Gelenius, vitæque legit monumenta probatæ.
At quis Gelenius, quali memorandus ab arte?
Gymnasij lux prima sui, lux prima virorum,
Quos sactæ Sophiæ perstrinxit cœlicus ardor;
Tum quoque matricis longe celeberrimus ædis
Presbyter, atque vices VBIO pro PRINCIPE fungens;
Tum quoque Apostolicæ præles dignissimus ædis.
Atque, ô, si vitæ concessent stamina Parcæ.
Duratura magis, nec iam meliora tenentem
Ætatis spatia, exemissent lucis ab aura!
Tum primum ingenti veneranda Colonia sole

Ful-

Fulgi'a præteritas damnasset læta tenebras,
Obscuru nque chaos rerum, noctemque suarum.
Tunc Vb os fastos, quaqua patet orbis in orbem
Attonitus legerer, qualisque à tempore magni
Agrippæ fuit vrbis honor, cùm filia Princeps
Vicinis populis satagens ostendere vires,
Natalem emeritò decorauit milite terram.
Qualiter Ausonia diuinum lumen ab vrbe
Primitùs accepit, postquam Maternus inanes
Damnauit veterum ritus, cœlique fauorem
Intulit, æternæ reserans mysteria legis.
Qualiter electis crudeli Marte Latinis
Francorum tulit imperium, vastataque demum
Pannonicis furijs, magni per munus Othonis
Libera facta iugo est, Electorumque videre
Ipsa suum meruit Mysten in sede secunda.
Scilicet hæc magno narrasset pondere rerum,
Viique etiam magna eloquij: verùm inuida Parca
Ante diem egregium Patriæ decus abstulit orbi,
Inque insperata iussit subsistere meta.
Quid tamen? æternas animi conuellere dotes
Non potuit, mentisque iubar; manet inclyta terris
Gloria, quam Musis sacri peperêre labores;
Quamque pio Fratri Frater post fata superstes
Eripit à tumulo, populique in luce reponens,
Manibus inferias grato fert munere gratis.
Ite igitur grauium non contemnenda laborum,
Ite bonis auibus præludia, fataque Sancti
Præsulis, & patrio miracula cognita Rheno,
Spargite per populos, laudemque augete Beati,
Fors erit, vt qui vos fraterno victus amore,
Eximit à tenebris, vulgique emittit ad vsum,
Cætera quæ restant Vbij monumenta decoris
Subducat pariter damnato à gurgite Lethes,
Atque ita Germani partes sibi vendicet omnes.

De huius operis Concinnatore, &c.

Faciebat PETRVS A STREITHAGEN, *Canonicus, & Cellarius Collegij Heinsbergensis.*

INDEX

FAMILIARVM

QVÆ EX ARCHIVIS IN HOC opusculo producuntur, numerus paginam, litera paginæ partem significat.

ADersehe.pag 38.c. Aldenberg.28.b Aldenburg 169.a.249.c Aldendorp.124.b Aldenseelon. 298.a.& d Alemania. 364. Allenchouen.66.c. Alpenheim. 30.b Altena per totum &c. Aluetre 28.c.30.b.64.d.94.a. 164.c.265.d. 324.a Ameſtele 298.a.299.d Anecia 56.d Andisle 113.d Antvverpien 93.a Aquila noua 371.b Arcken 200.b Arckel 210.a Ardeia 62.c.364 Arduen 210.a Are 27.a 28.b.30.a.324.a.327.c Arenberg 16.15.30.a Arnsberg 10.13.d. 28 b.30 a.32 a 54.b.127.c.176.d.244. d.245 b 246 d.247.248.249.a.251. 252.d.297.a.308.d 309 b.320.d.371. Arlon 167.d. 168 a Arſchot 16. 210.a Arthois 210. a Auſtria 50.a.64.a.113. d.333.c.

B.

BAcheim 164.c Baden 56 d.342.a. d. Barrensis 168.d Barſdunck 212. a. Beieren 20.a.32.a.33.d.132.c.209.d. 247.c.304.339.c.342.a.c.343.c 344. c.366.37. Bensburg 130.a Bentheim 242.a Berensavve 70.d.130.a Berfree 323.b Berges 228.c.229.a.293.b 324. a.373. Berghuſen 246.a Berninghuſen 246.a Berreit 324.c Bertoudi 135 c Berthold 92.d Beueren 115.a Biberach 315.c Bileuelden 316.Bleſen 370.d Blaquimont 16. Bloeß 209.d Bobardia 70.d 108.a Bobo 62.a Bolant 28.c. 97.a Bolonienſis 211.c Bonninge 297.d Borne 168.b.349.c Brabant 10.32.a 56.d.79.d.125.a.165.c.168.a.208.a 217.c. 257.d. 294.d.347.c. 365.a. Brachele 69.d.374.a Brempt 27.a. 28. c.30.b Brennus 94.c Briſgavv 341.b. c.d.342.a Broch 15. Brubach 76.c. Brunninghuſen 80 d Burgbenne 54 c Burgovve 113.d Brunshorn 28.a Bruncknorſt 15 252.d Burgunda 16. 341. d. 342.b.364. Buren 62.c.65.d. 129.a. 323.b Brule 70.d.80.b 182.d.322.d Brunsbure 70. Brunſvvick 132.c. 26.c. 44.d Bugenheim 373.a Buckeshorſt. 287.d Buckheim 115.d.

C.

CAlemunt 219.a Caluele 247.d. 342.a Campfelde 297.d Campo 115.d

115.d Canstein 263.d Cappenberg 247. d.249.c.248.b Capetanus 557.a Carinthiæ 113.d. 341.c Catzenelenbogen 29.c Castele 97.a Cestri 335.c.337.a Cerreke 27.a Cinsio 62.a Ciuile 229.a Cleue 10.13.d. 15.16.26.d. 47.d.59.d. 66.c. 76.d. 78.a.125.a.27.c.165.d. 166 a. 209.b.254.d.298.d.265.d 310. c 367.a de S. Columba 47 d Crescentio 62. a Crissen 309.b Crithelman 297.d Crotorff 22.d Culen 63.c.324.c Culenberg 348.d

D.

DAgsburg 20.c Dalheim 323 b. 324.c Dampierre 209.d Dicka 27.a. 375.a Diepholdt 136. c. 233.c. Dilingana 346.a Dinslacken 79. a Ditz 108.a. 242.a Dyst 92.d. 96.d Dolehem 63 c Dollendorp 82.d Dromdorp 324. Dorne 229.b Duckere 77.b Dunen 88.a Duttilsdorp 323.b.324. 314.c.

E.

EDuarstein 22.a Effele 66.c Egmont 210. Eile 212.a Ellende 63 b Elterlo 323.d. Elnere 70.d Elsepe 54. d Eppenstein 28.b Eppendorff 371 b Erenporte 10.b Eruete 66.b Essene 62.c.63. b.70.d Estampes 16 Esten 49 a Esterode 70.d Euerstein 114.a Eylsloe 79.d Eysone 66.b.

F.

FAlckenberg 217.b.349.a Fildendien 56.d Flandrensis 26.d. 342.d. 54. a.345.b.370.375.c Flatten 223.a Foro 229.a Franconia 364.365. b c Fresc 297.d Fremmerstorff 80,d Fridlandt 316.d Froitprecht 265.d Frotzberg 308.d Frontezradt 320.d Furstenberg vel Freyburg 342.d.343.a.344 a.

G.

GAlen 77.b Galgauo 62.b Garpaphen 97 d Gantz 100.b Gelder 10.12.14.16.d.32 a.33.d.47.c.80. c.92.d 93 d.125 a.165.c.189.a. 205.b. 207.b.208.210.a.215.c.255.c.257.258. 293.a.294.d.296.d 297.c.298.d 265 d 367.d 370.a.c Gemenaden 320.c.& d.351.b.352. Gennep 158 d 165 c.185. c.139.a Gereonn 172.b Geure 66.b Gimmenich 69.d Glene 324.c Golestein 124.b Gor 297.d Gotterswick 15. Grein 42 d. 324.a Gorenkurt 92 d Grensavv 345.b Grombach 297.d Gotener 309.a

H.

HAcke 65 b. 243.d. 245.d Halberg 342.a Halla 374 a Hamberg 208.a Hamelandiæ 364. Hammerstein 253.d Handen 97.d Hannonid 14.311.b Hart 323.b Hartheunst 324.c Hassiæ 16 Hatzfeldt 1.d Hegenbach Heidvvelde 77.b Heimboum 323.b Hennegavv 311.b Hense 323.b Herrike 309. d Herueste 367.b Hinsberg 24.a.122. c.79.d.44.c.97.a.340.b.370. Hirsutus 56.d Hoien 234.b. 252.d Hochsteden 30.a.32.33 d. 63.c. 79 a.175.d. 182.b.217.b.297.a.265.d.322.c.323.c. 324.d.327.d.375.d. 339.c.340.a Holland 366.c Holte 15. Homberg 344.c Hongin 324.a Horchem 134.a Horne 15.79.d. 80.c. 176.d Horrich 194.a Horst 77.b Horstmare 114.a Hottope 66.c

66 c Huckeſvvagen 23 a. 27 a Hufalis 79 d Hugenrode 373 c Hulckrade 73. a Hulſen 97 309. d. 115. d Hunneſſe 228. a Hurde 176 d.

L.

Isenburg 14. 62. c 79. d. 123. a. 158 d. 168. d 175 a 176. d. 350 c Iuliacen. 14 16. d. 26 d 27. d. 30 32 a. 33. d. 47. d. 51 a. 56. d. 125. a. 63 d 176. d. 210. a. 251 d. 319 a 370. c Iuſtingen. 50 b. 108. a.

K.

Kalemunt 323. b. 24. c Kallindin 32. a. 33. d. 314. c. 315. b. 318. d. 40. d Kamen 9 c. 320 b Kempenich 65. d Kerreke 374. a Keſſele 3. a 27. a. 28. b. 30 a. 47. d. 70 d. 109. a Kettelere 245. d Kiburgh 343. c & b Kleingedanck 47. d. 229 b Koſlar 27 d. 65. d Kuick 26. d. 248. c Kurck 97. d.

L.

Lechnich 227. c Linnigen 20. c. 21. c. 27. d Lennepe 70 d Leeſs 209. d Levvenſtein 218. c Limburg 10. 15. 23. a. 20. d. 56. d. 59. d. 66. d 73. b 154. b. 158. d. 167. d. 168 a. 177. d. 209. a. 256. c. 257. 258. 297. b. 310. c. 325. 326. 347. 348 a. 349. c. 373. c Lintgaſſe 47. d. 229. b Lindenhorſt 241. a Lippia 28. b. 65. d. 127. d. 128. d. 164 d 165 d. 251. c. 308. d 309. b. & d Lockem 249. c Lon 79 d. 80. c 208. b. 295. a Loiff 73. a Loſſenſtein 15. 56. d. 209. d Lothringen 33. d. 54. a. 83. 42 c. 93. a. 167 d. 168. a. 347. a. 348. a. 356. d 364 Louania 33. d 347. c. 348. a Leuenhauſen 297. d Lulſtorff 55. a 324. a Lumanga 16. Lunenburgh 44. d. 234. b Lutzenburg 59. d 66. d. 79. b. 168 d. 297 d Lutzenheim 229. a Lyſchanck 97 d.

M.

Anderſcheit 17. Malberg 297. d Mantua 16. Marck 257. 308. d. 311. a 320. d. 11. d 15. 16. 3 . a. 63. c. 96. b. 138 d. 165. d. 16 a 176. 186 188 a. 254. 350 b Maroco 62 a Marten 267. d Mechlina 15. Megene 292. d 268. d Merheim 27. a. 28 c. 30 b. 47. d. 367. b Meſchede 177 a Metternich 161. b Middachte 367 b Miluen 124. a Minzenberg 32 a Mirvvaldt 28 a Mœrs 13 . a Mommerſloch 29 a Molanarck 4 b. 17. 156 b. 160. d. 161. b. 164. c. 165 c. 234 d 319 a. 324. c. 339 c. 350. a Molenheim 309. a Molin 373. a Monte 126. d. 168 d. 169. a. 176. d. 208. b. 212. a. 257. 258. 294. 295 d. & a 296 c. 247. a 298. 310. b. 321. d. 325. 326. 368. a Moninchauſen 164. c. 324. a Morauia 56. d Mor 70. d Monſjoge 176. d Multenheim 229. a Multzfort 182. d Muntzeim 66. c.

N.

Amur 207. d. 208. b. 342 b Naſſavv 56 d. 132. c. 207 b. 208. c. 211. d. 365. c. 367. c Nuenhan 323. b. 63. c Neſtere 265. d Nevvenar 243. d Nickergoia 341. b & d Niſen 50. b Niuers 16. Nornemth 297. a Noruenich 297. Northoff 350. d. 332. a Nuenhagen 63 c. 323. b Nyhem 66. c.

O.

Oldendorff 315. c Odenkirchen 274. Odokar 235 d Oldenburg 208. a.

200.a Orlemunt 100.c.101.c Orlenburg 113.d Ouerſloe 66.c Oyſenb.66.c.

P.

PAdberg 224.b. 309.a.321.a Pannonia 64 Paland 348.d Palcke 77.b Palude 66.c.374 a Panthalon 62.a Pappenheim 297.d 315. de Paulo 62.a Perfuſus 47.d. 229.b Petrapontius 48.a Palatini 44 d. 324.298 d. 303.b. 317.b 32.a 33.d. 44.d.53.b 96 d.26.b Pfullingen 147.a.345 d.346.a Pirmont 18.b Plateren 54 d Ponte 210 c. 357 c.362.c.367.a Puls 70.d Putzfeld 214.b.

Q.

Quatterlandt 246 a

R.

RAndinrode 324.c.98.d.241.c Rauensberg 16 32.a 176 d. 247.d. 308.d 309.d.17 Rauenſtein 17. Rechperg 315.b Regenſtein 27.d Reidere 245.d Reinfeld 341.d.342 a Rene 298.d Rhein 28 b Reicheren 315.c Rile 328.a & b Rinſcheim 30.b Ritberg 10 249.c. 250.d. 252.d Rode 164 b. 24.a.28.c. 94.a Rodenburg 297 d Roiſovve 164.b Romane 61.a Ronckel 16. Rotelanorum 342 a Rotheim 212.a Rudenberg 249.b.250 d.252.d.308.d.309.b 362.c.367.a.& c Rulant 79.d Ruſcheittel 374.a Rhura 320 d.

S.

SAbaudia 341.c Saffenberg 297.a Salicus 364 Saliburien 54 a.373.a Saphyr 229.b. 47.d Saracenus 62.a Satersloe 298.a & d Sarreburge 335.b Saſſo 61.a Saxen 20.a.33.d.132 c.342.a.& b.347.b Schavvenberg 15 Schall à Bell 239.d Scharffenburg 108.a Schovvenburg 101.a Scarſo 62.a Schleiden 17 a Schilling 47.d. 265.d. 384.a.b c Schuremam 246. a Schonenburg 28.c Schvvalenborg 23 a Scipfen 32.a Seina 23.a. 26.d. 28.b. 30.a.47 c.56.d.70.d. 79.d. 132.c. 265.d 320.d. 345 a Sildenck 164. c Simpolini ſeu S. Pauli 209.a Senceca 97.a Smalinechi 32 a Snar de VVolmudſtein 265.d Sommerſberg 215.d Sonnenberg 344.d Soran 16. Spanheim 56 d.169.a. 176 d.208.b Spiegell 263.d Spileberg 298 a Spoleti 113.d Sprim nt 373.b Stamheim 70.d 130.a Stommel 30.b Steuene 124.b Steck 141 a Storheim 229.b Stromberg 101. 249.b. 252 c Sturmede 66.b.177.a Strunckede 77.b Styria 342.b Styrumb 297 b. 309 d 311. b.15 Sueuia 341 d 345.d. 347.c 364 Suſat: 66.c Sulen 77.b Suſtris 373 Svverin 340.c.146.b. 101.a Sylueſtris 59.d 87 d.364 Syp 97.a.

T.

TAnne 108.a Tecklenburg 15.23 a. 26 d.28.b. 30.a 127.c.162.c.165. d.249 c

Teccenſis 341.c Teiſterbant 362.a Thomberg 160.d Thuringia 52.b.132.c Tillimunt 92.d Tylli 315. d Tyelen 298. d Thruchſes à VValpurgh 344.c 97.a. 108.a Tremonien 140.c Treuiren.346.b Tidingen.56.d.

V.

VDenkirchen 374 c Velauia 362 Veldenze 79 c Vendoſma 16

Vercken

Vercken 148.b Vbienses 306.b Vindonissa 347.b Vinsshusen 124.b Virnenburg 16. Vitinchouen 177.a Vlambersheim 324.a Vlecke 324.a.& c. 327.c 66.b Vlma 335.c Vlogelinhusen 28.a Vmberaden 229.a Vnterbecke 309.a Volmudstein vide VVolmudstein. Vorlemondt 105.a 344.c Vorenkampe 176.d Vpladen 70.d Vrach 103.b.21.b. 342.d 343.a. 344.a Vroberg 113.d Vure 308.d.309.c.320.d.

VV.

VVAchtendunck 212.a Waldeck 23.a Walpurg 32.a. 97.317.b.& d.97.a 108.a.344.d Walrestein 297.d Walheim 92.d Wassenar 16. Wassenberg 168.b.258. d.349.c Weda 16. Wedinckhusen 250.c Westenberg 258.d Wekene 297.b Welbecke 97.d Werle 101.a Werthem 218.c Werthe 335.c Weuelinckhoffen 241.d.242.c Wia 297.d Wickrode 27.a.30.a.32.a. 47.d. 63.b. & c.93.d.176.c.26.d Wicklon 320.d Wilepa 28.b Withericho 323.b. 306. Witha 27.d Wildenberg 12.d Wittvvege 115.d Windesheim 297.d Wilre 101.a 28.c Winne 77.c Windeck 169.a. 124.a Widekindt 368.369.a wischele 77.c wissenhurse 297.d wide 64.c witte 62.d wittelsbach 315.a. 317.b. 318.c. 43.a.b wittegensteine 66.b wolff 245.d wolmudstein 23.a. 27.a. 30.b. 66.c. 176. d. 308.d. 309.b wonenberg 28.a Wrede 26.a.

Z.

ZAringen 20.b. 21.a. 103.b. 341. & 342.b Zegenhagen 15. Zudendorp 130.a Zutphen 10.207.d.211. c. 255.d. 295.a. 296.d. 298.d. 304.a. 351.b.357.b.367.a.369.d.370.a Zyverino 101.a.

SI amice Lector plura in hoc opusculo repereris familiarum nomina, aut etiam alicubi deprehenderis erratum, id mihi velim ignoscas. Nam propter S ENGELBERTI *reliquias, in hierotheca nouâ recludendas, supplicationemq; solemnem eâ de causâ institutam, festinanti typographo, nec mihi, nec amanuensi meo semper adesse licuit; ea igitur quæ irrepserunt, pro tua suppleas humanitate.*

ADDENDA VEL MVTANDA.

IN Dedicatione *pro* Srenitas *lege* Serenitas, in carmine versu 1. *pro* celeri. *lege* Solo, versu 12. *pro* respectat olympum *lege* contingit olympum. pag. 4. in carmine post illa verba *crudeli à funere sancti*, infere: *Non secus ac Lunæ species in nocte coruscans, Et gladio transfixa globum, prænuntia fati Exitit, & medios cœli penetrauit hiatus.* *Nimirum infracta*, &c. eadem pag. perennes, *lege* perennis. eadem pag. expunge versum. *Quis Geleniu*s, & lege sic: *Vitaque auxit monumenta probata Fratris ad exemplum, qui dum pia vita manebat Gymnasii lux prima virorum.* eadem pag. pro, atque ò si vitæ, *lege*, *Atque ô, crudeles concessent stamina Diuæ Duratura magis.*

Pag.

PAg.1.lin.5.*lege* eccleſiæ.lin.21.*lege* rhetoricis.lin.28.Scripturæ.pag.4.li.12.Engelberti. pag.5.lin.20.catalogum. pag.6.lin.16.correxit.lin.24.eccleſia. pag.7.lin.21.Angelicam.pag.8.lin.7.dexteræ.pag.11.*pro* tranſuerſa tigna, *lege* ſcutum viminibus intertextum.pag.13.Theodoricus *lege* Adolphus.pag.15.*pro* Agnete nupta Adolpho Montium Comiti,*lege* Henrico VVindeck. pag.17.lin.4. Ioannes VVilhelmus *in aliquibus exemplaribus coniungenda.* pag.20. lin.25.Otto Friſing. *pro* appendix ad Friſing.lin.25.ita *pro* vti,lin.4.*ij.pro* ii.id eſt,pridie Kal.&c.lin.28.manifeſtum *adde* videtur. pag.21. lin.16. agnouit *addatur* prout infrà pag 24. confirmatur. Ad §. cur autem,litera D *addatur in margine*.Ottolde S.Blaſio ad Friſing.c.28. pag.23 lin.17. 18.diœceſi. pag.25.lin.5.immutatã.pag.28.lin.4.diœceſin *ita ſemper leges*.pag.29.lin. 4.à fine confœderationis *pro* conſpirationis.pag.32.lin.18. *lege* ex filo.lin.19. tergemina inſignitum.pag.37.lin.4.teneret *pro* tenente.lin.17.eum *pro* cum.pag.38.lit.B.*in margine poſt* eligitur,adde in.pag.39.lin.10.impetibus.pag.40.lin.19. extincto *addatur* atque. lin.28. A miſtis.pag.41.lin.7. hæc ita *pro* autem.pag.42.lin.18.*lege* excommunicationis nexu. lin.19. carcere.pag.47.lin.10. penetralibus. pag.48.lin.8 *poſt* id, *deleatur*,*comma*.lin.11.iii nonas *pro* iv.nonas,lin.8.diſſenſio.pag 49.lin.23.grauiorum. pag.52.lin.23. ſeuerius.lin.vlt.*reuerſus pro* tenens.pag.53.lin.17.Antiſtes. pag.55.per foſſores *dele*.pag.57. lin.29.22.Feb.in Ferijs Cathedræ S.Petri dicatis.*pro* 28.Feb.pag. 58.lin.3.à fine.22.Feb.*pro* 28.Febr.pag.61.lin.19. Feria Secunda poſt Dominicam Inuocauit,ibidem in margine Anagninus.pag.63.ſedulo. pag.68. lin.7. à fine 1234 pag. 71.lin.28.*lege* pallio.pag.78.lin.14.*lege* detorto vocabulo.89.lin.3 lurge. pag.105.lin. 2.Orlemunde. pag.108.lin.3.Iuſtingen.pag.109.lin.12.cenſibus,pag.116.lin.2.poſt ipſius,*adde*,ille.pag.118.lin.penult.*lege* habenti,lin. vlt. *dele* non.125.lin.13.in margine *lege* Aſnidienſis.pag.126.Colunienſis *pro* Colonienſis.pag.127.lin.7.dixerunt.pag.128. lin.17,in marg.*pro* nò *lege* non,linea penult. poſt facta *adde* atque, pag.132. ænearum fiſtularum ictibus *pro* arcuum ſagittarumve telis pag.134.lin.12.Steinfeldenſi. pag 135. lin.ante penult.neque *pro* meque,pag.147.lin.11.& 12. *lege* deploranda huius ſeculi licentia. pag.158 lin.29. Gerardo *adde* Geldriæ,&c. pag.160.lin.13.*lege* valentia,pag. 163.lin.14,in margine,*pro* liden,linen,*lege* leden,pag.165.in marg.Nevvenburg,pag. 169. lit. A. *adde* Ennegundis de Berge Abbatiſſa Eſſendinnſis ſoror Henrici de VVindeck ex necrologio Gerisheimenſi.eadem pag.lin.6.Spanheimia.pag.171. lin.20. *lege* Theodorici Tuitienſis æditui,pag.187.lin.11.quod à Mercatore,*dele* vſque ad illa verba,quod prius,pag.189.lin.6.in margin.vlalis *lege* vallis, pag 207. Gerardi frater eſt Henricus ex literis de anno 1096.vide D.Miræum in Not. Belg. pag.207. Gerardi & Henrici ſoror eſt Mathildis nupta Ludolpho Ezzonis filio Hermanni Palatini nepoti. vide pag.304.pag.28.Otto ſecundus (*adde* in Syria ann.1188.militauit)ibid. Otto III. fundauit vallem Comitis, Monialium cœnobium, contra Stadenſes hæreticos anno 1234. militauit.pag.208.lin.12.in Agnete,*pro* Loen,*lege* Namurc, pag.209 lin.4. à fine in Eduard. dicitur Leeſſ. MS. habent Lerſe. eadem pag.Reinaldus primus anno 1288. VVoroncano prælio interfuit.pag.241.*pro* 240.*lege* 242.pag.247. lit.A. Friderici Comitis de Arnsberg,qui circa annum 1050 floruit, fratrem nuncupant literæ Annonis de anno 1074. HENRICVM. pag.256.lin.penult. *pro* 167.*lege* 168. pag.257.lin.20. poſt videtur.

videtur soror esse, Adolphi & Neptis Henrici Limburgensis, *vide pag.* 168. cùm non dicatur vxor eius; vel certe videtur, &c. pag. 259. li. 6. *lege* vim inferebat, &c. pag. 264. lin. vltima, *lege* irrigaturque, pagin. 266. lin. 11. *lege* Monasterij, pagin. 285. lin. 13. *post* nam, *adde* I D. pag. 287. lin. 18. *lege* diuinando, pag. 295. lin. 17. audiunt, pag. 269. lin. 28. *lege* 1074. Ind XII. IV. Kal. Octob. pag. 306. lin. 2. *lege* familiam. lin. 7 *lege* familia. pag. 308. lin. 23. Godefridus *pro* Gobelinus. pag. 317. lin. 2. *leg.* tristia. eadem pag. lin. 4. *post* Crantz. *adde* lib. 7. Six. *&c.* lin. 27. insidiabantur *pro* insidiatos. pag. 317. lin. 8. alias Morauiæ, *dele*. pag. 318. lin. 8. *post* & lachrymis, ita Mutius lib. 19. postea à Frederico II. Imperatore Spiram, vbi tum temporis commune ferè Regum Romanorum sepulchrũ fuit, translatus. Tumuli hęc Spiræ reperitur inscriptio. *Anno Dominicæ Incarnationis*, M. CCVIII. *Rex Philippus Babenbergæ occisus* XI. KAL. IVLII. *obijt*. Ibid. lin. 17. Denique, *adde*, N. B. quod benè sentiat. pag. 320. lin. 12. *lege* decreuerit. lin. 13. *pro* & *lege* ego. pag. 321. lin. 4. *adde*: adhuc supersunt nobiles Reckij de Kemnaden in VVestphalia, vnde Ioannes olim in aula Iuliacensi apud Ducem VVilhelmum celebris. pag. 328. lin. 14. C. id est, Conradum de Hochsteden Archiep. Colonien. F. Fridericum Archidiaconum, & Præpositum Sanctensem, Ecclesiæque Kempensis Pastorem, & ad S. Andream Canonicum, qui cùm rarò Kempenæ resideret, Parochiani id indigne ferentes, graues Archiepiscopo deposuere querelas, qui fratris absentiam excusans, datis literis pollicetur; post fratrem, omnes absentes Pastores ad residentiam esse compellendos, quę litterę adhuc extant. pag. 339. lin. vlt. *lege* astruit. pag. 340. lin. 2. *lege* inquiens. ead. pag. lin. 27. ad Hamburgum, in marg. *adde* 1200. ex Cypræo. lin. 7 à fine *pro* 25. *lege* regum. pag. 341. lin. 12. pro Pistorij, *lege* ex Pistorio. pag. 343. lin. 5. à fine, *post* Agnetem, *adde* fuisse. pag. 345. lin. 14. *lege* suspensus laqueo, &c. ibidem. lin. 16. ille *pro* illa, pag. 346. lin. 9. rado *pro* Conrado, pag. 317. lin. 20. ex chron. *lege* & chron. pag. 348. lin. 22. posterioribus. à pag. 349. corrige numeros vsque 352 & alibi. pag. 340. seu 352. lin. 14 & 15. seu VVichardi, *dele*. pag. 353. lin. pen. *lege* saginata. pag. 354. lin. 1. *pro* alueo *lege* aluo. pag. 356. in marg *lege*, S. Magnus Dracones occidit. pag. 358. lin. 27. *lege* Ligerus. pag. 359. lin. 13. in marg. *pro* Esiendia, *lege* Essendia, lin. 23. *pro* Saon, *lege* Salon. pag. 360 lin. 34. *lege* monasterij, 36. *&* 37. *lege* radicitusque. pag. 359. lin. 6. à fin. *pro* numero literarum 970. Ind. II. Anno regni D. Ottonis XIII. Imperij XII. &c. videtur legendum. 974 Ind. II. Regni XII. Imperij VII. pag. 362. *pro* 995. Indict. X. Anno autem III. Ottonis regnantis .... Imperij verò tertio, *lege*, vel Anno 996. Ind. 9 Anno autem 3. Ottonis regnantis 13. vel 14. Imperij I. vel 997. Ind. X. Anno 3. Ottonis regnantis 14. Imperij II. ibid. N 2. *dele*. pag. 363, Irmentrudis (*adde*) auia, ibid. Bruno *lege* Papa Gregorius V. pag. 364. lin. 9. *lege* Comitis fundantis, &c. lin. 10. quinque filius, &c. ibid. in N. 4. *dele* Irmintrude, in N. 6. *dele* Bruno, & de Conrado. pag 370. lin. 2. *dele* & Arnoldo, *pro* filijs *lege* fratre. lin. 4. eodem in libro pag. 389. & 394. *dele*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A

PRÆFATIO AD BENEVOLVM LECTOREM.

B

ARdenti à nonnullis, BENEVOLE LECTOR, desiderio singularis expetebatur editio Historiæ Sanctissimi Martyris & Archiepiscopi Colonienſis ENGELBERTI acerrimi Ecclesiasticæ libertatis Assertoris, eoq; magis, quod exulceratissimis hisce nostris temporibus
C (quibus hæreticorum malitiâ non parum in Germania Catholica impetitur religio) Clerus admodum afflictus, præsidiũ suũ omneq; perfugium ad S. ENGELBERTVM, exemplo Sereniſsimi & Reuerendissimi Principis Electoris FERDINANDI Domini Nostri Clementissimi, anhelans quærere & aduersus hæreticorum vesaniã implorare cogitur: pluriũ igitur desiderio vt fiat satis, historiam eiusdem Sancti, à Cæsario
D Heisterbacensi Monacho diligentissimè olim conscriptam, annalibus illius temporis ac notis velut radio aliquo illustraui, è quibus maiorum cum fide nostrâ conspirationem, Sedis Apostolicæ & sacrorum Canonum obseruantiam, ex selectis quibusque Auctoribus præcipuè ex Archiuis, operosisque lucubrationibus & Annalium Ecclesiasticorum apparatu, mihi à piæ & fœlicis recordationis fratre meo IOANNE GELENIO Doctore Theologo, Vicario Generali & Prælato

Colonienſi relictis, confirmaui & ſtabiliui. Cum verò plu- A
rima inſtar apis Matinæ hinc inde collegiſſem, & periodis
ſcholijsque hiſtoriam hanc illuſtraſſem, præter opinionem
vidi ſub manibus ipſum opus nonnihil excreuiſſe. Quare non-
nulla reſecta, euulgationi Annalium Eccleſiaſticorum Agrip-
pinenſium reſeruaui; cætera notis margini adſcriptis leuiter
ita à me illuminata ſunt: Vt ab occupato & grauioribus de-
tento negotijs Lectore primoribus labijs delibari & leui ocu-
lo peruolui poſſint: Virorum etiam excellentium conuerſa- B
tione vitæ veluti iubare quodam Eccleſiam illuſtrantium no-
mina, ex varijs diplomatibus curiosè deſcripſi annotauiq;, vt
aliquando Theatro Genealogico familiarum Patriæ ſeruiãt,
quæ ſi cui faſtidium tædiumque pariant, notis ſcholijsque
contentus ſeſe oblectet, Si verò alicui ieiuna nimis pauciora-
que videantur, locupletiora ſuggerere meque ſub onere non
vulgari fatiſcentem & deficientem, Chriſtiana charitate
ſubleuare, & erigere dignetur. Omnibus autem in omnibus C
ſapere datum non eſt: Nec tamen (cũ S. Auguſtino lib. 1.
de Trinit. cap. 2. & 3) pigebit me ſicubi hæſito quæ
rere, nec pudebit ſicubi erro diſcere: Proin-
de quiſquis legit hæc vbi pariter certus eſt
pergat mecum, vbi pariter hæſitat quærat
mecum, vbi errorem ſuum cognoſcit D
redeat ad me, vbi meum, reuocet
me, ita ingrediamur ſimul
charitatis viam.

AD

A

AD HENRICVM COLONIENSEM

Archiepiscopum, Sancti Engelberti Successorem.

F. Cæsarius Heisterbacensis.

B REVERENDO Domino suo Henrico, sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopo, frater Cæsarius, numero, non merito, monachus in Valle S. Petri, cum deuotis orationibus paratam ad obsequia voluntatem. Excellentiæ vestræ præcepto obediens, vitam, actus, passionẽ & miracula Beatæ memoriæ Domini ENGELBERTI prædecessoris vestri, nõ quomodo debui, sed quomodo potui, scripto commendaui: hoc optans, hoc orans, vt Deo eiusque Martyri esse possint accepta, vobis & Ecclesiæ vestræ grata, posterisque necessaria. Considerans materiæ dignitatem, non sine timore ad iniuncta obediui, cum propter scientiæ insufficientiam, tum propter linguas detrahentium. Sciens enim scriptum, quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus Idololatriæ, nolle acquiescere: malui minus dignè scribendo confusionem sustinere, quàm non obedire. Quod si alij viri literati, quorum in Diœcesi vestra copia esse dinoscitur, post me scripserint excellentius, non illis inuideo, imò gloriæ Martyris congaudeo. Non enim meæ professionis est, etiamsi scientia adesset, in historia simplici verborum phaleras quærere, & floribus rethoricis sententias purpurare, quod non monachorum, sed philosophorum est, qui magis ad ostentationem scientiæ, quàm ad ædificationem morum loquuntur, secundũ quod quidã ait.

7. Nouem. Martyrol. Roman.

1. Reg. 15.

C

Purpureus, latè qui splendeat vnus & alter
Assuitur pannus.

Hor. in arte poet.

D VNDE oratoriæ iucunditatis dulcedinem, & persuasibilis eloquij venustatem minus vtilem contemnens, Beati Martyris actus & mortem stylo simplici prosecutus sum, in textus defloratione magis diuinæ scriræ testimonijs, quàm dictis vtens philosophicis. Vestrum est, cui Dominus scientiam contulit, apponere lineam correctionis, ita vt vestro iudicio superflua resecentur, neglecta suppleantur, mutanda mutentur. Quapropter supplico Beatitudini Vestræ, vt quæ vestrâ iussione non mea præsumptione, per ministerium meum ad laudem Martyris conscripta sunt, nisi iure reprobari debeant, quod absit, benedictione vestra roborentur, authoritate perpetuentur.

A

NOTATIO AD EPISTOLAM PROOEMIALEM.

De auctore vitæ S. ENGELBERTI, & partitione totius operis, &c.

B

SANCTI ENGELBERTI quamplurimi meminerunt Historici, sed nemo fusius Cæsario Heisterbacensi. Hic enim ad mandatum Hēnrici à Mollenarck de quo infra *lib. 2. cap. 11.* de industria gesta eius collegit, vt patet tum ex hac præfatione, tum ex dicto *cap. 11. & lib. 3. in principio* vbi scribit, sese, eo die, quo Henricus à Mollenarck successor S. ENGELBERTI Sacerdotio initiatus fuit (haud scilicet multo post necem nostri ENGELBERTI tempore) mandatum accepisse isthæc posteritati transmittendi. Fuit Cęsarius Coloniâ Agrippinâ, quod probabile existimat Bredenbachius, oriundus; vbi & in scholis insignis Collegij B. Andreæ literas didicit, vti de se fatetur *lib. 6. miraculorū cap. 4.* Idem adhuc puer cum acutissima laboraret febri, madenti, quo Neophyta quædam è Baptismate exierat, linteamini à matre inuolutus, mox erumpente sudore non sine miraculo conualuit, vt ipse Autor est *lib. 10. miraculorum cap. 44.* Accidisse id videtur è libri quarti 79. cap. Anno salutis 1188. aut circiter, siquidem Cæsarius testatur allegato capite, isto anno Henricum Episcopum Cardinalem Albanensem à Clemente puta III. missum in Germaniam crucis prædicandæ causa, sequeadhuc puerum apud Agrippinenses, eundem in Ecclesia Sancti Petri audiisse prædicantem & crucem plurimos vidisse signantem. Eo dem tempore quo Philippus cum

C

D

Cæsarius scribit mãdato Henrici Archiepiscopi.

Cæsarius est Colonienſis.

Cæsarius miraculosè liberatus à febri.

Anno 1187. Henricus Albanensis crucem promulgat teste Lamberto Leodij, sed

A cum Ottone de Imperio decertabat Romano, & Coloniensem vastabat diœcesin (incidit autem prima hæc vastatio in anni 1198. Octobrem, vt patet ex Godefrido Monacho) Cæsarius Geuardum Heisterbacensem Abbatem è monte Sanctæ Walburgis Coloniam euntem comitatus est, quo in itinere optimi Prælati institutione, & relatione cuiusdam glorioſæ visionis commotus, animum Ordini Cistercienſi & domui Heisterbacensi adijcere cœpit, seque opere ipso B completurum Abbati promisit; *lib. 1. miraculorum cap. 17.* Eodem tempore ordinem iniisset, nisi voto peregrinationis ad B. Virginē Rupis Saluatoris quo astrictus erat, retentus fuisset, *qua per menses tres expleta*, ait de se dicto cap. 17. *nullo amicorum meorum sciente, sola Dei misericordia præueniente ad Vallem S. Petri (Heisterbacum) veni, & quod sermone conceperam Nouitius factus opere ostendi.* Vnde clarè colligitur, illius conuersionem incidisse in Anni 1198. principium, post trium enim mensium interuallum nimirum Octobris, Nouembris, Decembris C Anni 1198. quibus à Philippo vastabatur Colonienſis Diœcesis, votum Cæsarius exsoluit, atque postmodum sub initium anni sequentis habitum monasticum suscepit. Annum hunc exprimit *lib. 2. miracul. cap. 10.* Vbi se veniſſe ad ordinem dicit ab Incarnatione Domini Milleſimo ducenteſimo vno minus, & factum id fuisse in ipso anni exordio, ex ijs quæ diximus innoteſcit. In ordine suo talentum sibi concessum nequaquam defodit; vt pote qui sedulum Nouitiorum Instru- D ctorem egerit, teſtante Trithemio *lib de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, & non spernenda quædam opuscula posteritati reliquerit, quorum paucula refert Trithemius, plura Possevinus, omnia ipsemet Cæsarius in Epistola sua qua Cathalogum prætexit *ad D. Petrum Priorem de loco S. Mariæ*, quam Epistolam fasciculo moralitatis Cæsarianæ præfixam R. P. F. Andreas Coppenstein Ordinis Prædicatorum Theologus sumptibus D. Petri Henningij Bibliopolæ Colonienſis euulgauit.

Anno 1188. Coloniæ vbi eum vidit Cæsarius.

Cæsarius fit monachus in Heisterbach.

fuit in Heisterbach Magister Nouitiorum.

NB. *Quod Cæsarius in Menologio Cistercienſi inter Beatos numeretur ad diem 25. Septembris.*

Cæsarius anno 1227. scripsit vitam S. Engelberti.

Recenset in hac Epistola *numero* XIX. hos tres de actibus, passione, & miraculis Sancti ENGELBERTI: quorum priores duos à se Anno salutis 1226. & 1227. conscriptos ipse in diuersis locis satis innuit: tertium vero non nisi 1237. absoluisse *lib. 3. cap. 74.* docet. A

Cæsarius anno 1237. scripsit miracula S. Engelberti.

Partitio Historiæ de S. Engelberto.

Stylus Cæsarij.

Porrò ita partitus est Cæsarius hos libros, vt primo SANCTI ENGELBERTI natales, corporis animiq; dotes, & reliquam vitam encomiastico dicendi genere explicet. Secundo occasionem Martyrij, passionē ipsam cum circumstantijs, & pœnam quæ Sancti nostri occisores necisq; eius conscios manserit, cum nōnullis miraculis enarret. Tertium demum, soli miraculorum insigniorum tribuit enarrationi. Stylus Cæsarij vbiq; planus est & materiæ satis conueniens quem tamen Surius in duobus prioribus hinc inde modice correxerit, tertium Surius in compendium redegit. Cæterum ipse Cæsarius styli sui rationem in præfatione reddit. B

C

LIBER VITÆ SANCTI ENGELBERTI

PRIMVS.

Caput Primum.

In quo de Etymologia nominis eius paucula. &c.

AD honorem Dei Patris, & Filij eius Iesu Christi, Domini ac Saluatoris nostri, & sanctæ matris Ecclesiæ: actus, passionem & virtutes Precioſi Martyris & Archipræsulis nostri ENGELBERTI descripturus, gratiam inuoco Spiritus sancti: vt qui iam positus super candelabrum, fulgore miraculorum lucet in domo Dei, & in Ecclesia specialius beati Petri Apostoli, styli mei ministerio vtcunque valeat illustrari, & ad posterorum notitiam vtiliter declarari. Videtur mihi inprimis Antistitis nostri vocabulum, quoddam futuræ beatitudinis eius fuisse præsagium. Ex Teutoni- D

A co enim Latinoque compositum, Angelicam sonat libertatem, significans, ENGELBERTVM de iugo peccatorum per mortis necessitatem ad Angelicam migraturum libertatem. Si Deus à nobis mirabilis prædicatur in sanctis suis antiquis, multo magis mirabilem se ostendit in nouo martyre, & tali martyre diebus his nouissimis, eò quod miraculorum tempora modò non sint, vt quidã ait: Rara auis in terris, sanctitas huius temporis. Et ideò miracula crebra, quæ de Patre nostro videmus & audimus, & per ipsius merita fieri credimus, tanto nobis debent esse gratiora, quanto propter tempus rariora. Sanctitatem, quæ vitæ defuit, mors B preciosa suppleuit: & si minus perfectus in conuersatione, sanctus tamen effectus est in passione. Consummatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. Nam placẽs Deo æterna prædestinatione, factus est dilectus in passione. Quis enim sanctitati eius contradicat, quem cordium cognitor, & meritorum ponderator Dominus, signis tam varijs mirificat? Non qui seipsum commendat, vt ait Apostolus, ille probatus est: sed quem Deus commendat, ille probatus est.

Etymologia nominis Engelberti.

Psalm. 67.

Sap. 4.

2. Cor. 10.

Notatio ad Caput primum.

C CÆsarius nomen S. ENGELBERTI ex germanico & latino componens, Anglicam libertatem interpretatur: antiquarij Angelicum filium, vel Angelis dignum dicerent: bert enim vel brecht & beren/ olim prolem & parere, & werdt dignum significabant. Sic Hildebertus seu Childebertus ex origine Germanicâ deriuando, Huldwerdt obsequio dignus, vel obsequiosa proles dicitur: Cheribertus seu Heribertus, ehr werdt/ filius honoris, vel honore dignus: Dagubertus, Daghwerdt/ die dignus, vel diei filius: Philibertus, Vielwerdt/ multum dignus, vel multiplicata proles: Albertus, Allwerdt/ omnibus dignus omnisve proles; secundum etymologiam explicantur.

Caput Secundum.

In quo de sancti nostri parentela, forma corporis, & Fortunæ bonis in ætate iuuenili & de recusato Episcopatu Monasterienſi, &c.

VIDE-

Can.2 & 8. VIDETVR sancto ENGELBERTO congruere, quod per Salomonem dicitur: Læua eius, id est, Christi, sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Ad læuam sponsi pertinent bona corporalia & terrena: ad dexteram verò, bona spiritualia atque cœlestia. Bona corporalia sunt, generis & morum nobilitas, valetudo corporis & pulchritudo. Bona dexteræ, virtutes sunt, quibus in præsenti anima illuminatur: & vita æterna, quæ virtutibus promeretur. Vtraque bona, dexteræ scilicet & sinistræ Salomon alibi exponit, cùm dicit: Longitudo dierum in dextera eius: diuitiæ autem & gloria, in sinistra illius. Sanctus autem ENGELBERTVS quandiu vixit, gloria & diuitiæ in domo eius fuerunt: cuius iustitia, quam per passionem meruit, permanet in seculũ seculi. Quam copiosè in præsenti bonis sinistræ sustentatus sit, & in illis quieuerit, paucis explicabo. Quę enim in tempore geruntur, cum tempore voluuntur, & nisi scripto perpetuentur, citius ab hominum memoria delentur. Erat autem vir nobilis valdè & spectabilis genere, filius ENGELBERTI Comitis de Monte. Cuius patrui fuêre Fridericus & Bruno Archipræsules Colonienses. Adolphus verò, qui Brunoni in Episcopatu successit, patrui eius filius fuit. Mater eius, filia erat Comitis Geldrensis, viri diuitis atque potentis. Theodoricus Episcopus Monasterienſis, & ENGELBERTVS Osnaburgensis electus, nepotes patrui eius extitere. Ecce de tam nobili ac insigni prosapia Martyr noster carnis duxit originem. Nec degenerauit moribus: quia ab ineunte ætate puer prudens erat & amabilis, secundum nominis sui participium, gerens vultum Angelicum: tractabilis, liberalis, humilis satis, & gratiosus valde. Annos pueriles transcendens, & in adolescentem proficiens, ita se omnibus conformare studuit, vt clericis se clericum, & militibus se militem exhiberet. Erat etiam in eadem ætate tantæ pulchritudinis, vt in omni clero, nec in laicis quidem, vir illo pulchrior inueniri non posset. Adspectu decorus, statura procerus, viribus robustus: ita vt speciali quodam priuilegio mater natura tantæ speciei congaudere', & in illo quasi in speculo resultare videretur. Huiusmodi diuitijs naturæ, accesserunt diuitiæ, vt ita dixerim, fortunæ. Nam cùm adhuc puerulus studeret in scholis, sic stipendijs Ecclesiasticis oneratus est, & honoratus ecclesijs, videlicet Præbendis & Præpositurís, vt magis dignitates & diuitiæ eum venerari, quàm ipse illas, viderentur. Non opera iustitiæ hæc, neque salutis diuitiæ, sed retia dæmoniorum, instrumenta & laquei pec-

Prou. 3.

Genus eius. Pater. Mater.

Egregia corporis forma.

Abundat opibus.

A peccatorum, quos ipse euadere non potuit. Nam mundanæ gloriæ deditus, totus illis multipliciter est irretitus: sed electis, teste beato Paulo Apostolo, omnia cooperantur in bonum. Hæc idcircò commemoro, vt cognoscat lector, de quali viro martyrē sibi elegit Dominus, de vase iræ faciens vas gloriæ. De scholis emancipatus, in Præpositū maiorē est electus. Electus est deinde in Episcopū Monasterienſem: sed eundē Episcopatū suscipere non acquieuit, adolescentiæ suæ fortè pertimescēs.

Notatio ad Caput Secundum.

B ENGELBERTVS Archiepiscopus Coloniensis, S. Romani Imperij Princeps Elector, & per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux, &c. natus est Patre ENGELBERTO Montium & Altenæ Comite, Matre C Margarita Geldrienſium Comitis & Seynardæ Brabantiæ filia, Anno Christi 1185. quo Engelberto Patri graue bellum minusq; auspicatum cum Comitibus Arnsbergenſibus interceſſit, & Fridericus Barbaroſſa in Imperio trigesimum pri-



Insignia.

1185. nascitur S. ENGELBERTVS.

D mum, Philippus Heinsbergicus in Archiepiscopatu & Electoratu Colonienſi decimum nonum annum agebant. Vt verò Lectori cū pio tum antiquitatis studioso appareat, quā nobili is stirpe ortus sit: Vtrumque paternum & maternum ascendentis lineæ adieci schema, eâ figurâ, qua Illustres Metropolitanæ Colonienſis Ecclesiæ Canonici nobilitatem natiuam monstrare solent. Ha-

Maiores S. ENGELBERTI.

Diss seindt die Ahnherrn S: Engelberti.



A Habes Lector, in obiecta tibi pagella, expressos inciſoris manu S. ENGELBERTI maiores; Vnde ipſi magna laudis fit acceſſio: nam vt ait Euripides:

Ineſt in homine mira & euidens nota
Probis ſatum eſſe. generis illuſtrat decus
Quiſquis celebribus dignus eſt natalibus.

Nunc eiuſdem pagellæ explicationem accipe. Figura quæ ad Arboris Genealogicæ radicem Epiſcopum in throno repræſentat, eſt Archiepiſcopale ſigillum S. ENGELBERTI, ſed Sigillum S. Engelb.
B contractiori forma monſtratur, cùm ipſum magnæ manus volam excedat; quale vt plurimum ſuffixum citatis in hoc opuſculo diplomatibus: integrius non vidi quam in archiuis Nobilis Collegij Vilecenſis, & præclari Monaſterij Sancti Maximini Colonienſis, quorum exemplaria imitari cælator ſtuduit. Epigraphe erat: ✠ ENGELBERTVS DEI GRATIA SANCTÆ COLONIENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPVS. Libro quem Epiſcopus læua tenet hæc erant inſcripta: PAX VOBIS.

C



Scutum Marcanū.

Leo qui ad alterum arboris Genealogicæ latus tenet tranſuerſaria tigna ſeu potius rhomboiden, modernum Altenanæ gentis inſigne oſtendit: conſentiunt manuſcripti; Illuſtriſſimam familiam Altenanam poſt Mar-
D tyrium SANCTI ENGELBERTI, in deteſtationē commiſſi ſceleris roſam gentilitiam, in ſignū mutaſſe quale hodie gerunt MARCANI, qui olim Altenani dicebantur.



Ipſa

Origo & Patria S. Engelberti

Ipsa Nobilitatis initia exhibeo vltra Rhenum ex aduerso Coloniæ cœpta, quod illam trans Rhenum Patriam, B. ENGELBERTVS & Natalibus suis illustrarit, & sanguine purpurarit; atque cùm quod ad maternum, tùm etiam Paternum genus suam inde hauriat originem: vti constat de Altenano cuius insignia hîc ex roseti ramusculo suspenduntur. De Geldriensi vero familiâ, nullus ambigat, quin extra Rhenanis prodierit, non solum quia Sicambri seu Geldrienses olim trans amnem habitauerunt, sed ideò maximè, quia familia Præfectorum Geldriæ, lares & patrimonium è regione nostra ad Siegam fluuium habuit. Hinc in archeis legimus, à B. Mengegoso Geldro in paterno fundo ad Siegam constructum Vilecense collegium; & ab Arnoldo Geldro ArchiEpiscopo Colonienſi, apud Siegam Reindorpensem Parthenonem in ipsius hæreditarijs bonis conditum & exstructum. A B

Vetus insigne Gentiliũ Geldrorum.

Maternas SANCTI NOSTRI imagines, non roseto, sed esculo illigaui, quia Geldriense Stẽma olim tres esculeos flores (drey Mespel Blumẽ) in insignibus referebat, duos superius & inferius vnum, purpureos, sicut eosdem flores, ad Siegam fluuium Generosa Dominorum de Crotorff & Wildenberg HATZFELDIA prosapia in insignibus suis repræsentat.



C



D

Reli-


A Reliqua ex singulorum insignium inscriptionibus facilè intelligentur.

Cæterum vt eorum etiam SANCTI ENGELBERTI Agnatorum, qui in secundo hoc capite & alibi in actis recensentur ordinem & propinquitatis gradum distinctè Lector cognoscat: hic consanguinitatis eius seriem aliquo modo adumbrabo, defectus alias suppleturus.

B

Stemma Familiæ S. ENGELBERTI.

C



D

B. Euerhardus fundator veteris montis ordinis Cistertiensis.

Adolphus Comes de Altenâ & de Monte, in priuilegio S. Annonis de anno 1068. vocatur Aduocatus de Monte. Vxor Aleidis Arnoldi Cliuiæ Comitis filia.

Bruno eius nominis secundus Archiepisc. & Elector Colon.

Adolphus Comes Altenæ & Montiū. Vxor Filia Henr. comitis Arnsberg.

Fridericus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis.

Bruno tertius Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, abdicauit ſe Epiſcopatu. Anno 1193.

Engelbertus comes Montium obijt Anno Chr. 1189. in S. Martini feſto. Vxor Margarita Geldra Henrici filia.

Euerhardus comes Altenæ. Vxor Margarita Iuliacenſis.

S. ENGELBERTVS Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, Natus 1185. Electus in Archiepiſcopum 1216. Feria ſecunda poſt Dominicam Inuocauit, pro defenſione libertatis Eccleſiaſticæ Martyr factus 1225. 7. Nouembris. ✱

Adolphus comes Montium obijt in terra ſancta ante Damiatam 1218. in Auguſto.

Margarita quam alij erroneè vocant Irmgardim. Maritus Henricus Limburgicus à quo deſcendunt reliqui Montium Duces.

Arnoldus Altenæ & Iſenburgi comes. Vxor è Ducibus Limburgenſibus.

Fridericus Altenæ & Marchiæ comes. Vxor Eliſabeth Hanoniæ comitis filia.

Adolphus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis exauctoratus.

Euerhard. Arnoldi primogenitus quo defuncto frater eius Frideric. clericatũ dimiſit.

Fridericus Iſenburgi comes ad Rurã Aduocatus Eſſendien. qui manus ſuas maculauit ſanguine S. ENGELBERTI. 1226. 13. Nouemb. bene eſt mortuus. ✱

Theodoric⁹ Epiſc. Monaſt. Præpoſit. Metrop. Eccleſiæ Colonien.

Engelbertus Epiſcopus Oſnaburgenſis Præpoſitus S. Georgij.

Philippus Canonicus & Theſaurarius Colonienſis.

Bruno deſignatus Prępoſitus Traiectenſis.

Godefridus.

Wilhelmus.

Adolphus comes Altenæ & Marchiæ, conditor Hammonæ & Blanckenſtein obijt 1249. 28. Iunij. ✝ ✱

Fridericus * Limburgi comes sine liberis.

Theodericus comes Limburgi ad Lenam.

Theodoricus comes Limburgi vxor. N. Hornana.

Engelbertus duas vxores habuit Cunigundim Schawenbergicam primam, & Elizabetham Falckenbergicam secundam, quæ fuit neptis ex fratre Engelberti Falckenbergici Archiepiscopi Colon. obijt Bredefurtij in captiuitate 1277. sepultus Kappenbergi.

Otto ex Canonico Leodiensi & Præposito Traiectensi, vxorem duxit Irmgardim ab Holte obijt 1262. 14. Augusti.

Gerhardus Episcopus Monasterienſis, vir doctus Fundauit collegium in Borcken. * *

Euerhardus maior natu obijt in ludis martialibus.

Ioannes Limburgi comes vxor. N. de Gotterswick.

Euerhardus ex primo matrimonio charus Rudolpho. vxor Irmgardis filia Adolphi comitis Montium.

Agnes nupta Adolpho Montium comiti, Henrici Limburgici Nepoti ex Filia Fratris S. ENGELB.

Duæ sorores elocatæ vna comiti Tecklenburg. altera comiti in Zegenhagen.

Ex secundo Matrimonio Gerardus, & N. vxor Florentij Domini de Mechlinia.

Ioannes Limburgi comes.

Theoderic° comes Limburgi.

Engelbertus comes de Marcka, Mechtildis Arenbergensis hæres vxor.

Engelbertus Episcopus Leodiensis post Adolphum Patruum suum.

Adolphus à Marcka, vxor Margareta seu Edelina Hæres Cliuēsis.

Euerhardus à Marcka & Arenberg. Vxor Maria vnica filia comitis Loſſensis Ludouici Domini noui Castelli in Arduenna.

Ex his duobus descendunt moderni Limburgi comites, Domini in Styrumb, Brunckhorſt, Brouch, &c. quorum accuratam deductionem priuatim cōmunico, & aliquando publicè.

Engelbertus comes.

Adolphus ex Archiepiſcopo Colonienſi Epiſcopo Monaſterienſi poſt mortem fratris ſui Engelberti, comes Marchiæ & Cliuiæ, vxor Margarita Iuliacenſis.

Euerhardus comes à Marchia & Arenberg Gubernator Ducatus Luxenburgenſis. Vxor Maria comes in Blaquimont in Nortmannia.

Duo filij

Adolphus comes Marckanus, Dux Cliuiæ, Vxor Maria Burgunda.

Quinque Filiæ.

Ioannes, Marckanus. Vxor, Comes Virnenburgica.

Ioannes Dux Cliuiæ comes Marckanus, vxor Elizabeth Burgunda Comitiſſa Niuerſij & Eſtampij.

Wilhelmus Marckanus Lumangæ & Serani Baro vxor Ioanna Arſchottana Domina in Schonhoffen.

Euerhardus & qui hinc deſcendunt.

Robertus Marckanus & eius poſteri.

Ioannes Marckanus & Cliuenſis. Vxor Mechtildis Landtgrauia Haſſiæ.

Engelbertus Marckanus, Dux Niuerſij. Vxor Carlotta Vendoſma comes. Hinc deſcendunt Duces Niuernenſes & Mantuani.

Ioannes Marckanus. Vxor Margarita comes de Weda & Ronckel.

Ioannes Marckanus Dux Cliuiæ. Vxor Maria Hæres Wilhelmi Iuliacenſis, Montenſis & Rauensberg.

Ioannes Marckanus Luimaingæ & Soranij Baro, Vxor Margarita Filia vltimi Baronis Waſſenarienſis.

A

Wilhelmus Dux. Vxor Maria filia Imperatoris Ferdinandi.

Philippus Marckanus. Vxor Catharina de Manderſcheidt Schleiden.

Ioãnes VVilhelmus Dux Iulię, Cliuiæ, Montiũ; comes Marcanus, & Rauensburg; Dñs in Rauenſtein, &c. ſine liberis.

Carolus Fridericus ſine liberis.

Quatuor filiæ elocatæ primis Proceribus Europæ vnde moderni Principes poſſeſſores Ducatuum.

Erneſtus Marckanus comes & Schleidanus.

B



C



Qui viret in folijs venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſanguine mores.

QVæ afferuntur hic à Cæſario de emancipatione ſeu dimiſſione S. ENGELBERTI è ſcholis, conſecutione Præpoſituræ primariæ, & poſtulatione ad Epiſcopatum Monaſterienſem, videre licet in Notationibus ad caput tertium.

Caput tertium.

D

In quo de occaſione promotionis Sancti noſtri ad Archiepiſcopatum Colonienſem.

CIRCA idem tempus Dominus Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus, à prauis conſiliarijs ſeductus, inſuper multa pecunia corruptus, ab Othone filio Henrici Ducis Saxoniæ, quem ipſe ex conſenſu Domini Innocentij Papæ, Romanorum Regem creauerat, & Aquiſgrani coronauerat, rupto iureiurando receſſit, & aduerſarium eius Philippum

lippum Ducem Sueuiæ, filium Friderici Imperatoris eligens, in sede regia consecrauit. Propter quod in ciuitate propria, Colonia scilicet, ex mandato iam dicti Innocentij, à iudicibus ad hoc delegatis citatus, excommunicatus & depositus est. Excommunicati sunt cum eo vniuersi penè nobiles terræ, eo quod ei adhærerent, & Philippi partes fouerent. Quanta eodem tempore in Episcopatu Colonienſi perpetrata sint incendia, prouinciæ vastatæ, ecclesiarum bona direpta, nunc Othone, nunc Philippo prævalente, paucis non potest explicari. Adolpho successit Bruno Præpositus Bonnensis, qui à Philippo Rege, qui cum exercitu Episcopatum Colonienſem intrauerat, in castro Wasſinberg magis dolo, quàm vi captus, vinctus est & eductus. Philippo autem occiso, & Othone in regno confirmato, ad sedem suam redijt: & non multò post in fata cedens, Theodorico sanctorum Apostolorum Præposito sedem reliquit. Hic præsente Rege Othone in Archiepiscopum est electus, & pallij dignitate eius gratia celerius donatus. Rege verò ab Innocentio in Imperatorem consecrato, propter retractionem terræ Mechtildis, quam Papæ contulerat, tam graues inter eos oriuntur inimicitiæ, vt Othonem, quem vsque ad hoc tempus paterno affectu fouerat, excommunicaret, eique Fridericum Henrici Imperatoris filium & Regem Siciliæ, aduersarium susciteret. Ad cuius promotionem Sifrido Moguntinensi Archiepiscopo plenariam potestatem legationis contulit: qui Theodoricum Archiepiscopum, eo quod fautor Othonis esset, indignè satis deponens, Adolphum restituit. Neuter tamen illorum Episcopatum recuperare valuit, licet in Curia Romana ab vtroque satis pro illo laboratum sit: sed vtrique trecentæ marcæ ex redditibus Episcopalibus sunt assignatæ. Ecclesiæ verò Colonienſi libera electio remissa est. Hæc inserta sunt ô Lector, vt posteris innotescat, in quali statu Ecclesiam, per longa & varia schismata laceratam & depauperatam Martyr noster factus Episcopus inuenerit, & in quali illam dimiserit.

Notatio ad Caput tertium.

Annales schismatis Colonienſis.

MVlta hoc Capite notatu digna & historiæ præcipuè patriæ amatori non ingrata, sed quæ chronologica egeant distinctione, traduntur: ideo pauculis præmissis Annales de schismate post Henrici decessum excitato, adusque

SANCTI

A SANCTI NOSTRI primum Archiepiscopatus annum attexere non inutile fore visum fuit, vt appareat distinctè, tum quo quæq; hoc capite enarrata anno contigerint, tum quæ fuerit SANCTO NOSTRO ad Archiepiscopale & electorale fastigium conscendendi, occasio.



1189. Obijt Pater S. Engelberti

Anno Christi millesimo centesimo octogesimo nono, in Martinalibus Engelbertus Pater S. ENGELBERTI naturæ debi-
B tum soluit, licet Gerhardus de Horreo in manuscriptis chronicis vitam ei ad annum 1192. proroget. Biennio deinde nondum euoluto, millesimo centesimo nonagesimo primo, Philippus Archiepiscopus Colo-

1191. Obijt Philippus Archiepiscopus Colonienſis.

C



Hæc duo scuta Philippi Archiepiscopi Mausoleo vndique incisa sunt.



D

nienſis in Apulia obijt, & Brunoni Altenano cathedram reliquit. Is anno huius sæculi nonagesimo tertio ætate lassus, infulam cum habitu monastico in Nobili Abbatia veteris montis commutauit, & Adolpho Altenano locum dedit.

1193. Bruno de Altena Archiepisc. Col. fit Monachus veteris montis,

Anno nati Saluatoris nostri millesimo centesimo nonagesimo septimo, quo SANCTVS ENGELBERTVS duodecimum vitæ agebat Henricus Barbarossæ filius Romanorum Imperator, vndecimo Kalend. Octobris, die B. Michaeli Archangelo sacrata, in Apulia fatis cessit. Eius mortem grauissimum schisma in Imperio secutum est; alijs (inter quos Adolphus Altenanus Colonienſium Archiepiscopus) Ottonem IV. Henrici Leonis Bauariæ quondam Saxoniæq; Ducis filium Andernaci, (*Mutius Coloniæ*) Germaniæ Regem proclamantibus, alijs Philippo Sueuorum Duci, Henrici fratri, alteri Barbarossæ filio, Erfurdiæ coronam deferentibus; sunt qui asserãt quod ab Adolpho Archiepiscopo Colonienſi & Theodorico Treuirenſi alijsque primo electus fuerit Bertholdus Zaringiæ Dux absens, Andernaci, solis diuitijs & fœda auaritia nobilis, de cuius malitia multa Cæsarius. Id cum audisset Philippus ab altera parte electus missis Andernacum legatis conuentum Principum ibidem disturbauerit; & datis vndecim millibus marcarum argenti cum Ducatu Sueuiæ effecerit, vt Bartholdus renunciaret Electioni: necquicquam igitur exspectantes Coloniæ Adolphus noster & alij Bartholdi aduentum, admodum offensi, Ottonem Pictauiæ comitem filium quondam Henrici Ducis Saxoniæ, per Albertum comitem à Daghsburg & comitem in Leinegen, [quem Otto Frisingenſis *de S. Blasio cap. 46.* vocat Emichonem] ex Anglia accitum elegerint: ita tradunt *Vrspergenſis*, *Trithemius*, *Diuæus & alij.* nonnihil tamen aliter hæc Panthaleonita. Ex quibus omnibus manifestum, prius ab aduersarijs Philippi, Adolpho alijsque Bertholdum fuisse designatum Regem, qui Philippi muneribus inescatus dedit sua emanſione Principibus ansam eligendi Ottonis, vt pulchre Ægidius aureæ vallis Monachus habet *in Cathal. Episcoporum Leodienſ. in Alberto Episcopo Leodienſi.*

1197. Obijt Henricus Imperator.

Schisma Imperiale inter Ottonem & Philippum Regem.

Adolphus Altenanus Archiepiscopus Colonienſis adhæret Ottoni.

Franc. Guillimannus lib. 9. Habsburgicorum dicit Bertholdum militia & opibus florentẽ.

A B C D

Mutius

A Mutius author est *lib.*19. post electum prius Philippum, quosdam Principes conuenisse alium vt Imperatorem eligerent. Quo in conuentu Bertholdus Dux Zeringensis magnis largitionibus effecit, ipse vt eligeretur atque appellaretur Rex, quod Philippus grauiter tulit. Quare cum omnibus, qui ipsi fauebant Principibus, comitia in Mulhausen celebrauit; Vbi questus est de quorundam leuitate & inconstantia, qui tam leuibus adducerentur causis, vt alium sibi deligeB rent Imperatorem. Aderant Sueui, Saxones, Bohemi, Boarij multique Rheni Principes ac ciuitates, qui cùm Philippo, contra quoscunque vellet coniurarunt. Copijs collectis aduersarios vexabant non mediocriter. Implebatur Germania rapinis & cædibus. Dux verò de Zeringen ad postremum pecunia exhaustus, cum Philippo redijt in gratiam, & Philippum Regem agnouit.

NB. Quod tunc Conradus ab Vrach fuerit datus obses Philippo prout capite 7. huius libri explicabo.

Colonienſis ac Moguntinensis Archiepiscopi comesque C de Leinningen, tum etiam alii, (qui contra Philippum cooptauerant sibi Bertholdum Ducem) cupidi alterius Imperatoris (sperabant enim aliquid se efficere posse, quod idem volebant Papa & Rex Angliæ Richardus) misso ad Ottonem, qui id temporis cum Rege Richardo morabatur, legato, eum euocant ac spem Imperii consequendi faciunt. Coloniam igitur Otto vocatus venit; conueniunt multi eiusD dem factionis; eligitur Otto in Regem, electionem approbat Pontifex: Philippum verò execratus furias ei inuocauit.] Hæc ex Mutio. Cur autem Pontifex Philippo negarit imperium; causa est, quam dederat ipse sua in patrimonium S. Petri inuasione Vnde & canonum subiacebat execrationibus.

Refert Cæsarius lib.10. c.25. dialog. quod dum Coloniæ Principes de nouo substituendo Imperatore in Palatio disceptarent agerentque post meridiem lucidissima stella visa sit; Ait enim, *tum currentibus nobis in curiam Archiepiscopi omnes*

illam vidimus sed quid portenderet visio tam insolita scire non potuimus.

1198. Hæc sub initium anni millesimi cẽtesimi nonagesimi octaui gesta sunt.

Coronatio Imperatorum. Sueuus in Vangionibus eâ Dominicâ quam in albis vocant (quanquam aliis Moguntiæ in assumptione B. Virginis Mariæ) à Tarrentasiensi Episcopo Rex vnctus fuit, ac coronatus. Otto vero apud aquas Graneas quarto nonas Iulii solemni cum benedictione diadema recepit. Vidi tabulas fœderis inter Ecclesiam Coloniensem eiusque Archiepiscopum Adolphum ac Abbatiam Corbeiensem & Windekindum illius Præsulem, ipsa huius anni die, qua diademate coronatus fuit Otto, duobus sigillis munitas, ex quarum fine patescunt eorum qui regi coronato adfuerunt nomina. Sic enim Literæ clauduntur.



1198. interfuerũt coronationi Ottonis Proceres.

Huius ergo facti seriem præsenti instrumento commendatam sigilli nostri & Ecclesiæ B. Petri impressione firmamus, & testium subscriptione roboramus. Testes sunt hi: Theodoricus Traiectensis Episcopus, Thidmarus Mindensis Episcopus, Heribertus Abbas de VVerden, Lodovvicus maior Præpositus, Vdo maior Decanus, Bruno Bonnensis Præpositus, Theodoricus Præpositus S. Gereonis, Gerardus Santensis Præpo-

A *Præpositus, Theodoricus Præpositus* SS. *Apostolorum,* ENGELBERTVS *Præpositus S. Georgij, Hermannus Choriepiscopus, Rudolphus maior Scholasticus, Henricus Dux de Limburg, Henricus comes de Seina, Simon comes de Teckelenburg, Arnoldus comes de Althena, Albertus comes de Eduarstein, Adolphus comes de Monte, Henricus comes de Kessele, Henricus comes de Huckesvvagen Hermannus de VValdeck, Henricus de Svvalenberg, Henricus & Gerhardus fratres de VVolmundtstein, Hermannus Colonienſis Aduocatus, Hermannus Schultetus de Susato, & Hermannus filius eius, Otto Camerarius, Henricus Da-*
B *pifer, Henricus Marschalcus, Adam Pincerna, & alij complures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo octauo, indictione prima. Datum apud Aquisgranum quarto nonas Iulij, per manum Godefridi Capellani, in die ſcilicet coronationis Domini Ottonis Quarti Romanorum Regis fæliciter. Amen.*

Philippus Rex vaſtat Colonienſes.



Autumnali huius anni tempore ingentia incommoda Diocœſi Colonienſi illata fuére. C Sueuus enim Moſellæ ripas obſedit, atque inde in Colonienſes excurrit. Regiomagum, Bonnam, aliaque loca, & in reditu

---

Andernacum exuſſit. ita quondam prædixerat B. Engelbertus Tolbiacenſis cœcus Ottoni familiaris. *Cæſarius lib. dial. 6. cap.* 10. Eadem belli fax diœceſin Colonienſem, adeoque Imperium Romanum adhuc anno milleſimo centeſimo no- 1199.
D nageſimo nono aduſſit, quo SANCTVS ENGELBERTVS Canonicus domicellaris, vt vocant, Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis, pro veteri more qui hucuſq; perſeuerat, è ſcholis emancipatus fuit. Quam ipſe in illa ætatula de ſe exſpectationem deinceps apud omnes concitarit, id ex iis donis, quibus Author Naturæ illum decorârat, & morum facilitate ſit omnino clarum. Vnde etiam poſt manumiſſionem è pul-

Ex ſcholis emãcipatio S. ENGELB.

Opulentia Clericalis S. Engelb.

nere

uere scholastico præter Præposituram S.Georgii, prima ab Archiepiscopali dignitas Metropolitana ipsi est oblata, de qua cum Theoderico Hinspergico Sanctorum Apostolorum Præposito, graui lite contendit. Extant ea de re literæ Apostolicæ Innocentij III. Summi Pontificis *lib. 2. Ep. decret.* sub tertio Nonas Nouembris anni præsentis, in quibus postquam Engelbertus noster & Theodericus procuratores suos Romam ad Innocentium ablegarant; ipse Pontifex causam Lacensi, Hemmenrodensi & Heisterbacensi Abbatibus ita commisit, vt aut litem sententia sua definirent, aut inspectas vtriusque rationes ad ipsum Pontificem referrent. Verum fuerit ne causa ab his delegatis iudicibus definita, an remissa, aut transactione dirempta, nusquam hactenus reperi. Hoc solum constat, Sanctum Engelbertum illa deinceps dignitate fruitum. Quinimò B.Seuerini aliquando Præpositum egisse, antiquæ testantur literæ. In priuilegio enim de sylua Widenhecke collegio Seueriniano concessa nominat se B. ENGELBERTVS *Maioris & S.Seuerini Præpositum præsidente sedi Episcopali Archiepiscopo Theoderico.* Idem confirmant eiusdem Theoderici literæ de parochia in Ouerbach Capitulo S.Seuerini donatâ.

S.Engelberti lis beneficialis pro Præpositura.

S.Engelb. præpositus S.Seuerini.

Placet hîc, quia Cæsarius noster Heisterbacensis vix habita temporis ratione nonum suorum dialogorum librum de Eucharistia miraculis illustrat, subtexere celebre illud, quod Augustæ Vindelicorum contigit, miraculum. Mulier quædam hoc anno 1199. sacram ore reseruatam hostiam, ceraq; pòst circumdatam domi asseruabat, nescio quid illâ machinatura; verùm pœnitu-

Miraculũ Eucharisticum.



A pœnitudine ducta, ſacerdoti admiſſum facinus detexit, non tamen prius veniam delicti impetrauit, quàm ſacram reſtitueret hoſtiam. Sacerdos igitur multa fidelium ſtipatus caterua ſacram repetijt hoſtiam, quam apertâ cerâ in carnem vidit mutatam: Multi curioſitate ducti, oculis id vſurpare volentes eò confluxerunt, quod & frequentibus prodigijs Deus illud confirmaret. *Ita fragm. hiſt. Bzouius, chron. Elvvang.* Huius prodigij occaſione Lectorem ablegatum cupio, ad plura id generis in citato Cæſarii libro, contra noſtri temporis hæ-
B reſes perlegenda. Nunc ad hiſtoriam Colonienſem reuertar.

1180. Otto Rex Adolphũ Colonienſem Archiepiſcopum ſibi deuinxit.

Anno milleſimo ducenteſimo, ab Innocentio Tertio Imperium confirmato Ottoni fuit prorogatum, Sueuo verò abrogatum. Vnde maius honoris ſui tutandi ſtudium vtrimque exarſit. Otto vt Adolphum Colonienſem ſuo obſequio artiùs illigaret, iura nonnulla Eccleſiæ Colonienſis confirmauit, conſuetudinem quandam Eccleſiaſticæ libertati contrariam ſuſtulit, & Ducatus Angariæ ac Weſtphaliæ donatio-
C nem anno 1180. Philippo Heinsbergico factam, ſtabiliuit. Diplomatum, quibus hæc ad poſteritatis notitiam delata ſunt, exempla ſubieci, vnius tamen partem tantum; alterum integrum adſcripſi, vt ſimul inde appareat, qui iſto æuo Magnates vixerint, atque Ottoni Imperatori & Adolpho Colonienſi adhæſerint. Ex priori Ottonis diplomate has excerpſi clauſulas.

Priuilegiũ Ottonis Regis.

D *In nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ratio ſuadet, æquitas requirit, Noſtramq; decet Celſitudinem, omnium Eccleſiarum noſtra indemnitate prouidere, & eas in ſui honoris ac iuris conſeruatione piè, & clementer confouere, inter quas ſpecialis gratiæ beneuolentia Colonienſem diligentes Eccleſiam: vniuerſa bona, quibus à noſtris anteceſſoribus minus decenter priuata eſt reſtituenda duximus ac liberanda, nec non ab indebitis oppreſſionibus miniſteriorum quibus quon-*

dam aggrauata est, ad hæc quidem per fidelissimum Principem nostrum Adolphum venerabilem Archiepiscopum inuitati. Inde est quod omnibus Christi fidelibus, per scriptum præsens cupimus clarescere, quod nos attendentes deuotionis, ac fidelitatis constantiam iam dicti Principis nostri nobis sæpius exhibitam, Colon. Ecclesiæ, ei, eiusque successoribus allodium in Saleueldt, cum omni integritate & vsufructu attinentium, plenè restituimus, & in perpetuum confirmamus..... Et Ducatus allodia, feoda, siue ministeriales quos nunc Colonienſis Ecclesia vel alij eius nomine possident, cum bona voluntate Nostrâ & fratrum Nostrorum Henrici Palatini Rheni, & VVilhelmi de Brunſvvick & Hæredum nostrorum, sine calumniâ sæpe nominatus Archiepiscopus & eius successores in perpetuum possidebunt. Mindenſis etiam Ecclesia ea quæ à Colonienſi Ecclesia de bonis tenet eisdem, quietè sine aliqua contradictione possidebit. Præterea consuetudinem minus decentem quam Fridericus Imperator contra iustitiam induxerat, scilicet quod decedentibus Principibus, Ecclesiasticis videlicet Personis, quemadmodum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Abbatissis & Præpositis, eorum suppellectilem sibi violenter vsurpauit, penitùs abolemus, nec à Nobis nec à Nostris successoribus retractandam. Adhæc bona fide præmemoratum iuuabimus Archiepiscopum, vt bona quæ Colonienſis Ecclesia à Mosella superius tenet, & à quorum possessione ipse violenter destitutus est, recuperet. Vt igitur hoc Regalis nostræ munificentiæ factum pium, ac commendabile, nullius imposterum calumnia perturbari possit, sed ratum permaneat, etiam in perpetuum perseueret, præsentem istam paginam conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo iussimus insigniri. Cuius rei testes sunt..... Argentinenſis Episcopus, Dithmarus Mindenſis Episcopus, Tirricus Traiectenſis Episcopus, Bernardus Paderbornenſis Episcopus..... Xantenſis, Bonnenſis Præpositus Bruno, Mechtildis Ducissa Brabantiæ, Baldevvinus comes Flandriæ, Henricus Dux de Limburg, Otto comes Geldrienſis, Arnoldus comes de Cliuo, Tirricus comes Hollandiæ, Henricus de Kuick, Henricus comes Seyn, Simon comes de Teclenburg, Arnoldus comes de Altena, VVilhelmus comes Iuliæ, Gerhardus

Saleueldt.

Mindenſis Ecclesia.

Abrogatio fisci Regij in hæreditatibus Ecclesiasticis.

A B C D

A *bardus comes de Are, Henricus comes de Hockesvvagen, Henricus comes de Ceſſele, Rutgerus de Merheim, Conradus de Dicka, Giſelbertus & Rutgerus de Brempt, Otto de VVikerothe, Henricus & Gerhardus de VVolmunſtein, Hermannus Aduocatus Colonienſis, Hermannus de Aluetre Mareſcalcus, Otto Camerarius, Reymarus de Rothe, Giſelbertus de Cerreke, & alij quamplures viri bonorati.* Kleinſorgius ad annum 1200.

B Signum Domini Ottonis Quarti Romanorum Regis inuictiſſimi.



Alterum Diploma integrum.

C ✠ IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Otto Dei Gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Notum facimus tam futuris quam præſentibus, quod Nos pro fideli & præclaro ſeruitio dilecti & fidelis Principis noſtri Adolphi Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Colonienſis Eccleſiæ, nobis ſæpius exhibito, dilectos fratres noſtros Henricum comitem Palatinum Rheni, & Wilhelmum, ad hoc induximus; quod vniuerſa illa bona, quæ Philippus quondam Colonienſis Archiepiſcopus, de Ducatu quondam Patris noſtri illuſtriſſimi Ducis Saxoniæ, ſiue in allodijs ſiue in feodis, ſeu in miniſterialibus, aut in ſeruis obtinue- D rat de bona voluntate Colonienſi Eccleſiæ dimiſerunt perpetualiter in pace ſine conditione qualibet poſſidenda, iuramento firmantes, quod neque per ſe, neque per ſuos Colonienſem Eccleſiam ſuper eorundem bonorum poſſeſſione vllo vnquam tempore debeant moleſtare, ponentes quoque obſides tales: Comitem de Lininken, comitem Conradum de Regenſtein, Georgium comitem de Witha, Henricum de Iſenberg, qui iurauerunt, quod ſi prædicti fratres noſtri contra conſtitutionem iſtam venire attentauerint, de bonis quæ à Palatino comite

Priuilegium Ottonis Regis.

Obſides ex proceribus.

Rheni tenent in feodo Ecclesiæ Colonienſi contra Palatinum ſeruient, quouſque eos ad ſatisfactionem inducant. His etiam tales adiunxerunt: Giſelbertum de Brunshorn, Henricum de Mirvvaldt, Thidmarum de Vlogelinken Mareſchalcum, Wernerum Dapiferum, Iuſarium pincernam, Henricum de Wonenberg, qui iurauerunt quod ſi fratres noſtri contra hoc ſacramentum venire tentauerint, Coloniam accedant ad vocationem Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, omni ceſſante contradictione, inde ſine licentia Colonienſis Eccleſiæ nullatenus receſſuri. Vt igitur hæc rata permaneant & inconuulſa, præſentem paginam conſcribi, & ſigilli noſtri munimine confirmari fecimus, præcipientes deſtrictè ne prænominati fratres noſtri, aut aliqui eorum nomine, huic conſtitutioni contraire præſumant. Teſtes ſunt Siffridus Moguntinus Electus, Hermannus Monaſterienſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, Bruno Bonn. Præpoſitus, Henricus comes Sejen. Simon comes de Tecklenburg, Gerardus comes de Are, Henricus comes de Ceſſele, Godefridus comes Arnsbergenſis, Adolphus comes de Monte, Bernardus de Wilepa, Burckardus comes de Aldenberg, Hermannus de Lippa, Godeſcalcus de Pirremunt, Godefridus de Eppenſtein, Wulframus comes Rheni, Rutgerus de Merheim, Rutgerus de Brempt, Wernerus de Bolant,* & frater ſuus Philippus, Hermannus Aduocatus Colonienſis, Hermannus de Aluetre Mareſcalcus, Otto de Schonenberg, Reymarus de Rothe, Cunradus de VVilre, Simon Aquenſis & alij quam plures. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo. Datum apud VVirzenberg, tertio nonas Febr. per manum Hermanni Venerabilis Monaſterienſis Epiſcopi Imperialis aulæ Cancellarij.

Viri Illuſtres Anno 1200.

* Caſ. lib. 10. Hiſt. cap. 19.

1201. Philippus Rex Coloniam & Adolphum Archiepiſcopum affligit.



Anno milleſimo ducenteſimo primo, Sueuus tranſmiſſo Moſella in dioceſim Colonienſem validiſſima mouit manu, COLONIAM AGRIPPINAM obſedit quidem, ſed non cepit; grauiter tamen eam afflixit, atque ita, vt

hæ

A hæ & similes calamitates illatæ, Adolpho Archiepiscopo Colonienſi alijſque Principibus non minimam præbuerint occaſionem ruptæ Ottoni fidei, atque ab ipſo defectionis anno 1204. ſubſecutæ. Philippum Colonia in Germaniam regredientem ingenti cum exercitu inſequebatur Otto, etiam Herbipolim vſque, ſed ſine ſtrage. Quod verò Colonia hoc anno à Philippo non ſit intercepta, videtur manifeſtè ex circumſtantijs, quas adferunt auctores, colligi. Nam B. Bruno, quem volunt Archiepiſcopum in vrbe comprehenſum, non eo anno præſedit, ſed primùm anno 1205. quo Archiepiſcopus fuit electus. Si cum Beluacenſi dixeris captum Adolphum; iam minus erit veroſimile, eum à Philippo, non obtenta corona, è cuſtodia fuiſſe dimiſſum.

Hoc tempore contigerunt in imaginib. Chriſti crucifixi notabilia duo miracula quæ refert Cæſarius lib. 10. dial. c. 19. & 20.

Eodem anno, ſexto idus Iunij Otto Noueſii Apoſtolicæ ſedi conceptis verbis ſacramentum dixit. Haud multò poſt circa ferias SS. Petri & Pauli, Guido Cardinalis Prænestinus C Coloniæ Agrippinæ in Philippum eiuſque fautores anathematis mucronem ſtrinxit.

Otto Rex iurat ſedi Apoſtolicæ.

Philippus Rex excõmunicatur. 1203.

Non deſæuijt annis ſequentibus bellum inteſtinum Imperii.

Anno milleſimo ducenteſimo tertio è viuis abiit Hermannus è Cattimilebocorum gente Monaſterienſis in Weſtphalia Antiſtes, & in eius locum electus ENGELBERTVS NOSTER, *ſed eundem Epiſcopatum* (inquit Cæ D ſarius cap. 2.) *ſuſcipere non acquieuit adoleſcentiæ forte ſuæ pertimeſcens*, vt puta qui duodeviginti natiuitatis annos duntaxat numeraret.

S. ENGELB. Epiſcopatum recuſat propter iuuentutẽ ſuam.

Adolphus noſter hoc anno fœdus cum Brabanto alias ſancitum innouauit, innouatæ confœderationis teſtes notantur: ENGELBERTVS NOSTER maior Præpoſitus, Vdo maior Decanus, Gerhardus Præpoſitus Santenſis, Bruno Præpoſitus Bonnenſis. Quatuor etiam Theoderici SS. Ge-

Hoc fœdus cũ Brabanto alias ſancitum fuit, cũ Henrico I. Duce anno 1185.

iterum illud renouatum opera Ottonis Geldri 1251. teste Diuæo lib. 11. rerum Brabant. renouatũ iterũ anno 1287.

reonis, Cuniberti, Andreæ, & Apostolorum Præpositi, Magister Oliuerus, & nonnulli alii è Clero. Otto Geldriæ comes, Theodoricus Cliuensis adhuc tum Puer, Guilielmus Iuliæ, Henricus Seinæ, Gerhardus de Are, Lotharius Hochstediensis, Henricus Kesselensis, Adolphus Montium, Arnoldus Altenæ, *Arnold⁹ de Marcka, Godefridus Arnsbergi, Henricus Teckleburgi comites, Otto de Wickrode, Euerhardus de Arberg, Rutgerus de Merheim, Giselbertus de Brempt, Rutgerus Stammel, Hermannus aduocatus Colonienſis, Henricus de Volmudstein, Henricus de Alpheim, Hermannus de Aluetre, Otto Camerarius, Henricus de Rinscheim, Henricus de Wichterich, Theodericus de Erenporte & alii. *Cuius Theoderici de Erenporte Cæsarius lib. 6. miraculorum cap. 27. meminit.*

**NB. Marck ante eadem S. Engelberti.*

1204. Philippus varia tẽtat loca. Harlingẽberg. Ottonis victoria.

Anno milleſimo ducenteſimo quarto, ætatis SANCTI NOSTRI 19. Philippus primitus Saxoniam ingreſſus, ad caſtrum Harlingenbergenſe occupandum, inde ab obuio Ottone repulſus, Thuringiam vaſtare cœpit, in quâ & Bohemum ſuppetias ferentem in fugam coniecit, & Hermannum Landgrauium ſibi ſupplicem fecit. Tandem fortunam creſcentem proſecutus, Colonienſem diœceſim inuaſit, Adolphum Præſulem ferro auroque expugnauit.

1205. Philippus coronatur ab Adolpho Archiepiſcopo.

In feſto Epiphaniæ anno 1205. Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis Philippo apud aquas Granias Diadema Imperiale impoſuit, eiuſque coniugem ibidem coronauit, eo tempore quo Otto æger Coloniæ Agrippinæ decubuit.

Quomodo Adolphus Archiepiſcopus ab Ottone defecerit.

Arnoldus Abbas Lubecenſis *in hiſtoria Schlauorum lib. 7. c. 1.* auctor eſt, Wilhelmi Iuliæ comitis inductu Adolphum varijs ei propoſitis à Philippo largitionibus, ab Ottone alienatum fuiſſe. Vidi duas tabulas Philippi Sueui, vtraſque ſecundo Id. Ianuarij anni milleſimi ducenteſimi quarti, ex computatione Eccleſiæ Gallicanæ, id eſt, anno milleſimo ducenteſimo

A simo quinto ex computatione Ecclesiæ Romanæ; Aquisgrani datas, ex quibus aduertere licet, quænam Adolpho à Philippo Rege proposita sint munera; quique præter Adolphū Principes & Magnates eo tempore ab Ottone ad Philippum secesserint.

Tabula prima Philippi.

B IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Philippus secundus diuina fauente Clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Dignum est & à rationis tramite non discordat ad posterorum notitiam, memorabilia omnia Celsitudinis Nostræ gesta scripturæ solemnitate decenter transmitti, sed ea potissimum, quæ & laudabilibus liberalitatis Nostræ præconijs, & Glorioſissimis Maiestatis nostræ titulis fœliciter adornantur. Priuilegiū Philippi Regis.

Ideo vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentis quam futuri æui duximus declarandum, quod Nos allodium in Saluelt, quod charissimus Pater noster Fridericus Diuę memorię Imperator Augustus à Philippo C Colon. Archiepiscopo per concambium Imperio contraditum acceperat, cum ministerialibus, hominibus, mancipijs, castris, villis, possessionibus, pratis, pascuis, syluis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, cum moneta, telonio, placitis, molendinis, piscationibus, omnique honore ac iustitia eidem allodio attinenti, fidelissimo Principi nostro Adolpho Colon. Archiepiscopo, omnibusque successoribus suis restituimus in perpetuum per fidelitatis eius constantiam ad hoc inuitati.....Vt autem hoc Sublimitatis Nostræ factum ratum semper & inconuulsum permaneat, hanc diualem paginam exinde conscribi iussimus, & sigilli nostri charactere communiri, statuentes & firmiter sub pœna Gratiæ nostræ præcipientes, vt nulli omnino personæ D humili vel altæ, Ecclesiasticæ siue seculari, licitum sit ipsum Archiepiscopum aut eius successores super prouentibus nominati Allodij, ammodo inquietare vel aliquam eis irrogare iacturam, quod qui facere præsumpserit, in vindictam temeritatis suæ centum libras auri examinati, componat; dimidium cameræ nostræ, reliquum passis iniuriam. Saluelt.

Testes huius rei sunt Diethalmus Constantinen. Episcopus, Conradus Spirensis Episcopus, Henricus Argentinensis Electus, Gerhardus Præpositus Xantensis, Didericus Præpositus S. Cuniberti, Henricus Dux Viri illustriores qui adhæserūt Philippo.

* Cæsarius lib. dial. 1, cap. 31.

Dux Brabantiæ, Lodovvicus Dux Bauariæ, Henricus Palatinus comes Rheni, * Otto comes Geldrienſis, Wilhelmus comes Iuliacenſis, Lotharius comes de Hoſtaden, Godefridus comes de Arniſperge, Otto de Wicrode, Hermannus Colonienſis Aduocatus, Henricus Marſchalcus de Kallindin, Cuno de Minzenb'e, Henricus de Smalinecki, Henricus Dapifer de Walpur'e, Walterus Pincerna de Scipfen, Henricus Cametarius de Rauinſperg. & alij quam plures. A

Signum Domini Philippi Secundi Romanorum Regis inuictiſſimi.



EGo Conradus Ratiſponenſis Electus & Regalis aulæ Cancellarius recognoui. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo quarto, indictione octaua, regnante Domino Philippo Rom. Rege inclyto, Anno Regni eius ſexto, datum Aquiſgrani per manum Sifridi Regalis aulæ Protonotarij, ſecundo Idus Ianuarij. C

NB. *In fine dependet ex filio Serico ſigillum aureum, ab vna parte habens templum tergimina inſignitum turri. Portæ templi inſcriptum* AVREA ROMA, *& Perigraphe eſt:*

ROMA CAPVT MVNDI TENET ORBIS FRENA ROTVNDI.

Ab altera parte ſedet Imperator in ſolio Regio, tenens dextra ſcèptrum, ſiniſtra orbem mundi, cum hac inſcriptione: PHILIPPVS DEI GRATIA ROMANORVM REX ET SEMPER AVGVSTVS. D

Secunda Philippi tabula.

Priuilegiũ philippi Regis.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Philippus ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Regiæ Maieſtatis Noſtræ ſublimitas, deuota fidelium ſuorum ſeruitia cõſueuit animo diligenti reſpicere, eiſque pro meritis digna munificentiæ ſuæ beneficia liberaliter impertiri.

Qua-

Quapropter notum facimus vniuersis Regni nostri fidelibus præ-
A sentibus & futuris, quod Nos attendentes synceram deuotionem dilecti Principis nostri Adolphi Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopi, quam ad Sublimitatis nostræ promotionem feruenter exhibuit, ad dignam fidelitatis suæ remunerationem ipsi & Ecclesiæ Colonienſi concedimus & confirmamus; Ducatum Westphaliæ & Angariæ omnesque possessiones & iura eius, cum hominibus & ministerialibus, omnibusque pertinentijs iuuabimus ipsi & Ecclesiæ Colonienſi pro posse nostro diligenter conseruare. Insuper in Andernaco & Eckenhagen quicquid iuris habuimus, ipsi Archiepiscopo & Ecclesiæ Colonienſi con-
B cedimus, sicut sereniſſimus Pater noster Fridericus Diuus Augustus Reynaldo quondam Colonienſi Archiepiscopo post victoriam à Romanis in conflictu habitam, dignoscitur concessisse. Præterea innouamus & concedimus ipsi Archiepiscopo Colonienſi Monetas, Telonia, & Nundinas sub eo modo & iure, sicut chariſſimus Frater noster Henricus Romanorum Imperator diuæ memoriæ Philippo Colonienſi Archiepiscopo per priuilegium suum confirmauit. Ad ampliorem quoque dilectionis suæ euidentiam, liberali munificentia concedimus & confirmamus sæpedicto Colonienſi Archiepiscopo curtem nostram
C in Brakele, & Ecclesiam nostram in Kerpene, præter villicationem & curtem eiusdem villæ, quam ad manus nostras specialiter retinemus. Statuimus igitur & Imperiali sancimus edicto, vt nulla omnino persona humilis vel alta sæcularis vel Ecclesiastica, prædictum fidelem nostrum Adolphum Colonienſem Archiepiscopum & Ecclesiam Colonienſem in hac Maiestatis Nostræ concessione audeat molestare, vel aliquo modo perturbare. Quod qui facere attentauerit à Gratiâ nostrâ excluſus, centum libras auri, pro pœna componat, dimidium cameræ nostræ & reliquum passo iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum
D euidentiam, præsentem paginam inde conscribi iussimus, & Maiestatis Nostræ sigillo communiri. Huius rei testes sunt Dyethelmus Constantinenſis Episcopus, Conradus Spirẽſis Episcopus, Henricus Wirtzeburgenſis Electus, Henricus Argentinenſis Electus, Gerhardus Præpositus Xantenſis, Theodericus Werdenſis Præpositus, Ludevvicus Dux Bauariæ, Henricus Dux Louaniæ, Bernardus Dux Saxoniæ, Simon Dux Lotharingiæ, Henricus Palatinus comes Rheni, Otto comes Geldrienſis, Wilhelmus comes Iuliacenſis, Lotharius comes de Hostaden, Geuehardus Burgrauius de Magdeburg, Henricus Marschalcus de Kallendin & alij quam plures.

Westphaliæ & Angariæ Ducatus confirmantur.

Andernach & Eckenhagen.

Victoria Reynaldi Archiepiscopi cõtra Romanos.

Brakel Kerpen.

Nomina Procerum.

Signum Domini Philippi Secundi Romanorum Regis inuictissimi.



A

EGo Conradus Ratisponensis Electus & Regalis aulæ Cancellarius recognoui. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo quarto, indictione octaua, Regnante Domino Philippo secundo Romanorum Rege glorioſissimo anno Regni eius sexto. Datum per manus Sifridi Regalis aulæ Protonotarij in ciuitate Aquisgrani II. Idus Ianuarij. B

Displicuit Adolphi defectio Colonienſibus, *qui* (vt vtar verbis Arnoldi Lubecensis) *Fidem Ottoni seruabant, arguentes super hoc Archiepiscopum, quod eis inconsultis tantam nouitatem præsumpsisset. Multisq; supplicationibus ei insistebant, vt factum suum* C *tractare vellet, reuocantes ei ad memoriam factum Domini Papæ, qui ad ipsius petitionem Regem Ottonem confirmasset & nulli nisi ipsi manum imponere decreuisset. Cumq; Archiepiscopus nec animum nec factum mutare voluisset, directæ sunt literæ ad Dominum Papam tam Regis quam Capituli Maioris, & ciuium ciuitatis, quod factum fuerat ei flebiliter insinuantes, vnde commotus per Apostolica scripta Archiepiscopo mandauit vt infra sex septimanas Apostolicæ sedi se exhiberet & de obiectis se expurgaret.* Subiungit Arnoldus cap. 3. dicti libri 7. *Archiepiscopus tamen neglecto mandato Apostolico eius præsentiæ se non exhibuit: Vnde dati sunt iudices Henricus Canonicus ad S. Gereonem, Anselmus & Christianus Parochi, qui eum legitimè citatum monuerunt, vt errori suo renunciaret, quod si nollet, eum excommunicatum deijcerent, & alium idoneum Ecclesiæ suæ præficerent.* D

Ergo eodem anno qui erat S. ENGELBERTI vigesimus, Sifridus.

Colonienſes Adolphum Archiepiscopum ob defectionē accuſant apud sedē Apoſtolicam.

A fridus Archiepiscopus Moguntinus & Ioannes Episcopus Cameracensis S. Sedis Apostolicæ Legati, vi commissionis ad hanc rem datæ, anathemate Adolphum Colonienſem ferierunt, cum annexis mandatis, queis iubebatur Romæ ſeſe ad dicendam vlterius cauſam ſiſtere. Factum id, ex Godefrido Monacho colligitur, Coloniæ in Ecclesia S. Petri ante ferias Pentecostes; eandem imperij ſui inhibitionem, ſeu vt loquuntur, depoſitionē enucleatius latiuſq; deſcribit Manuſcriptus Patris Serrarij in hiſtoria Mogũtina in dicto Sifrido. Adolphus Archiep Colonienſis excommunicatur.

B Sifridus ait Moguntinus ac Cameracenſis Archiepiſcopus, ab Apoſtolica ſede Commiſſarij conſtituti, Coloniam venerunt & coram omni Populo in maiori Eccleſia, Adolphum eiuſdem vrbis Archiepiſcopum ab Innocentio Papa excommunicatum eſſe (quod ſcilicet eo ipſo anno excommunicatum Philippum Aquiſgrani coronaſſet) publicè denunciauerunt, atque niſi intra menſem poſt hanc denunciationem ſatisfacturus ſe Romam conferret, officio Pontificali fore deponendum. Adolpho igitur ſua in pertinacia perſeuerante, & cenſuras Apoſtolicas contemnente, prædicti Antiſtites commiſſarij denuo Co-
C loniam aduentantes 13. Kalend. Iulij in Maiori Eccleſia, in præſentia Regis Ottonis, coram omni populo prædictum Archiepiſcopum Adolphum ab officio deponunt. *Et paulo poſt:* Fuit igitur iſtis temporibus in omni terræ Cisrhenanæ regione maxima calamitas, præcipuè tamen in Moguntina & Colonienſi Prouincijs, cum ob Sifridi Archiepiſcopi deponentis audaciam, tum ob Adolphi depoſiti reſiſtentiam.

Quas hac in cauſa Innocentius tertius Pontifex literas dederit ad Archiepiſcopum Moguntinum, Epiſcopum Cameracenſem, & ſcholaſticum S. Gereonis, in gratiam antiquitatis amantium hîc ſubijcio.

D Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorũ Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Moguntino, & Epiſcopo Cameracenſi, & dilecto filio Scholaſtico S. Gereonis; Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Vt contra Adolphum Colonienſis Archiepiſcopus incidat in foueam quam parauerat, & intret impius gladius in cor eius, pertinax ipſius inobedientia, periurium iteratum, & proditio vulgata depoſcunt. Ipſe enim nec Deum timēs, nec reueritus hominem, nec Colonienſis Eccleſiæ digni- Literæ Innocentij

tatem attendens; in offensam Dei, Romanæ Ecclesiæ contemptum, &
Periurium Adolphi Archiepiscopi Colonienſis. suæ sedis dispendium à se iugum obedientiæ excussit, iuramentum se- A
mel atque iterum præstitum violauit, & eum prodidit quem crearat.
Sanè cum olim charissimum in Christo filium nostrum illustrem Ot-
tonem in Romanorum Imperatorem electum coronasset in Regem,&
fidelitatis ei præstitisset iuramentum, apud nos multipliciter institit, vt
eidem Regi fauorem Apostolicum impendentes, ratum, quod ipse fe-
cerat haberemus. Cumque multiplicatis intercessionibus obtinuisset à
Nobis vt in honorem ipsius Ecclesiæ Colonienſis, Regi deferremus
honorem: cœpit in eiusdem deuotione tepescere, ac manum suam ab
aratro retrahens, occasiones friuolas inuenire, ne quod plantauerat, B
irrigaret, quatenus cito aresceret planta eius cum solicitudinem sub tra-
heret manus Plantatoris Verum quia neque qui plantat, neque qui ri-
gat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus, inualuit nihilominus
per Gratiam Dei nouus palmes & cum extenderet iam ramos suos &
pullularet, vidit Plantator inuidus & inuidit, & non potuit diutius oc-
cultare virus suum, quia nequam mentem iniqua operatio reuelauit,
& arbor agnita est in fructu. Commonitus igitur & conuentus iterum
præstitit iuramentum, quod eundem Regem nunquam desereret, nec
in partem alteram declinaret, sed iuramentum stabilire non potuit
mentem illam, quæ innatæ leuitatis vitio fluctuabat. Nos autem sicut C
non de facili crederemus quod vir tanta præditus dignitate sic esset
aduersarius sibiipsi, vt quod fecerat, intenderet annullare, ne quid ta-
men solicitudini Nostræ deesset, ad constantiam eum excitare volen-
tes, & monitis & minis institimus apud ipsum, & sub quanta potuimus
ei districtione præcepimus vt eidem Regi assisteret, & ad promotio-
Vide Apostolicâ auctoritatẽ. nem eius efficaciter adspiraret, cauens solicite, ne maledictionem pro
benedictione acciperet, si illusisse Nobis tam turpiter probaretur. Ipse D
vero non attendens quod sicut obedientia victimis antefertur, sic ino-
bedientia idololatriæ comparatur: lora dirumpens in vitium inobe-
dientiæ incidit, & contra præceptum Nostrum & proprium iuramen-
Adolphus Archiepiscopus corruptus pecunia. tum corruptus pecunia, sicut fertur, Dominum suum temerarius pro-
didit, & conuersus in arcum peruersum, Nobili viro Philippo Duci
Sueuiæ, contra eum imprudenter adhæsit, & ne quid præsumptioni e-
ius deesset & ne culpa eius aliquo velamine posset palliari, nuper A-
quisgrani vbi præfatum Regem solemniter coronauerat, memoratum
Ducem publicè coronauit. Quamuis excommunicationis sententiam

incur-

incurrisset, quam in Ecclesia Diui Petri Coloniæ coram multitudine
A copiosa ipso præsente ac gerente stolam sacerdotalem in collo & candelam in manu accensam teneret, frater noster G. Rhemensis Archiepiscopus nunc Episcopus Prænestinus Apostolicæ sedis Legatus promulgauit in eos, qui à Præfato Rege discederent, & parti alteri adhærerent. Vt igitur Colonienses, qui noluerunt in malo caput languidum imitari, sed in eiusdem Regis fidelitate perstiterunt firmius, & persistunt expurgato fermento veteri; quod voluit totam massam corrumpere, sint noua conspersio, sicut sunt azymi nihil corruptionis habentes,
B cum iuxta Canonicas sanctiones accusatione non egeant manifesta, vnde nos eius exemplo, qui absens corpore, præsens autem spiritu Corinthium damnarat absentem, potuissemus in eum sententiam promulgare, ad maiorem tamen cautelam consilio Fratrum nostrorum, & tam Episcoporum, quàm Prælatorum plurium, Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus districtè præcipientes, quatenus, eum apud Vos sint ista luce clarius manifestâ, dictum Archiepiscopum, pulsatis campanis & accensis candelis, singulis Dominicis diebus & festiuis excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis per omnes Eccle-
C sias Colonienses, & vicinas diœceses, sub solemnitate simili nunciari, suffraganeos & omnes vasallos Colonienſis Ecclesiæ tam Clericos, quàm Laicos absolutos ab eius obedientia nunciantes. Quia vero, si tantum scelus maneret inultum quiuis de cætero posset impunè inobedientiæ vitium, periurij crimen, & proditionis facinus perpetrare, sub eadem vobis districtione præcipimus, quatenus cum hæc nulla possint, apud vos tergiuersatione celari, ve s eum, auctoritate Nostra suffulti, Pontificali officio, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo remoto deponatis, nisi forsan infra mensem post factam à vobis denunciationem, ad sedem Apostolicam accesserit iudi-
D candus, his, ad quos ius electionis noueritis pertinere, Apostolica authoritate iniungentes, vt personam idoneam, quæ tanto congruat oneri & honori, sibi eligant in Pastorem. Quod si electionem contigerit aliqua forte, quod absit, conditione differri, ne bona Ecclesiæ Colonienſis possint interim deperire, alicui personæ honestæ & prouidæ ac potenti committatis administrationem ipsius. Quia vero eiusdem Ecclesiæ tanto amplius zelamus honorem, quanto clerum & populum eius deuotiores & firmiores sumus experti, ne vnitatem eius aliqua scissura corrumpat: si forsan hi, ad quos spectat Electio, non potuerint

Laus Colonienſiũ.

Constãtia Colonienſium.

conuenire, præcipiatis eisdem, vt in aliquos viros idoneos conferant vota sua, ad sedem Apostolicam accedentes cum consilio Nostro, qui ad eorum concordiam faciente Domino dabimus operam efficacem, vt personam idoneam sibi eligant in Prælatum, &c.

Adolphus Philippum contra Colonienses sollicitat.

Sed reuertamur ad Adolphum. Quid ille ad hæc? agebat Spiræ Philippus: Itaque Spiram confluere, de Colonienſibus querelas deponere, auxilia petere, Sueuum contra Colonienses incitare; verum Legati, qui hucusque pœnitentem nequidquam præstolabantur, (vt ex P. Serrario retuli) tertio decimo Kalendas Iulias die BB. Geruasio & Protasio sacra, per sententiam Archiepiscopatum Adolpho contumaci abrogarunt, Canonicis potestate noui Antistitis eligendi facta. Electus est Bruno è Nobilissima Comitum Seinensium familia Præpositus Bonnensis. Hinc maior, quàm vnquam antea vastitatis, præcipuè in Diœcesi Colonienſi seges: Quotquot enim à Philippo faciebant, vbiq; rem ferro flammaque gerebant, itinera ad ipsam Agrippinensem ciuitatem ita insidebant, vt obsidione vi[illegible]retur cincta. Adolphus quoque Montensis comes, Frater Germanus SANCTI NOSTRI & exauctorati Archiepiscopi Patruelis, è Tuitiensi castro grauiter Colonienses affligebat. Prænuntius horum malorum vates fuisse Simon quidam monachus perhibetur à Cæsario *lib. 2. dialog. cap. 31.* quem studiosus lector reuoluat.

Adolphus priuatur.

Bruno Seinensis eligitur Colonienſem Archiepiscopum.



Colonienſium afflictio.

Eodem

A Eodem anno post ferias Natiuitati D. Virginis consecratas Philippus Mosellam transijt, ipsaque die B. Michaeli Archangelo dedicata Coloniam obsedit, ac quinque sequentibus diebus maximis ruit impetu-





Philippus Rex Noueſium capit & Adolpho Archiepiſcopo reſtituit.

B bus sed inaniter, in ciuitatem. Tandem Noueſienſes adortus ciuitati eorum captæ Adolphum restituit.

Decurrente hoc anno Innocentius tertius immunitatem Clero Colonienſi datam tabulis decimo Kalend. Ianuarij fixis stabiliuit, passim enim ea violabatur.

Innocẽtius pro Clero Coloniẽſi dat priuilegia.

Anno milleſimo ducenteſimo ſexto à nato Chriſto, à noſtri vero ſancti ætate, 21. Philippus in partes inferiores nouum traduxit exercitum, In cuius occurſum effudere ſeſe Colonia Agrippina, Otto Rex & Bruno (quem Sifridus Moguntinus adiſtentibus duobus Epiſcopis Anglis, in Archie-

1206.

C



Infœlix prælium Ottonis.

D piſcopum eodem, quo hæc geſta ſũt, menſe cõſecrarat) quater mille equitum & duobus millibus peditum inſtructi, cum hoſte cõflicturi. Cõfixêre, ſed infœliciter; Apud caſtrum enim Waſſenbergenſe partim fugati, partim

cæli,

Bruno Archiepiscopus capitur à Philippo Rege.

cæsi, partim in paluſtria loca compulsi prædæ ceſſerunt; ipſe- A
met Archiepiſcopus Bruno captus, Philippo traditus eſt, qui
ipſum manicis ferreis vinctum abduxit, & *vt ait Mutius lib.* 19.
Chron. in vinculis duriter detinuit perpetuum annum: Otto
vero per medios hoſtes multis eorum occiſis erupit; vix ta-
men ſui comitatus dimidia pars euaſit. Alij enim à Philippo
ipſum perſequente capti ſunt, alii occiſi. Godefridus ait, Re-
gem Ottonem cum Epiſcopo caſtrum Waſſenberg ingreſ-
ſum, ex quo circumcinctus Rex B



cum tribus ſocijs clam euaſe-
Sifridus de Eppéſtein Cardinalis Mogũtin⁹. rit; Epiſcopus verò in ipſo ſit
captus. Sifridus Archiepiſco-
pus Moguntinus capto Bru-
none clam ſe Coloniâ proripuit
Romam, ad Eccleſiam S. Sabi-
næ, cuius tituli Cardinalis erat C
ibique per biennium ſubſtitit,
* *Cæſar. lib. dial. 2. c. 9.* donec Philippo extincto, aucto-
ritate Apoſtolicâ electo * Lu-
poldo Moguntiam rediret. Non
defuere poſt hæc Magnates,
qui ſchiſmatis ſopiendi ſtudio-
ſi, eò rem deduxerunt, vt Philip-
pus & Otto haud procul Colo-
nia (de loco colloquij altum
ſilentium) authore Henrico de D
Kalenthin conuenirent. A miſtis vtrimque ſermonibus, re-
liquo, quo Sueuus ſuperſtes fuit, biennio, prior deſæuijt cru-
delitas; pax tamen haud confirmata. Otto dein dum ijs
locis, quæ ipſi adhuc parebant, hoſtile minus metueret, &
in Brunouicenſibus omnia ordinaſſet, in Angliam ad Auun-
culum Regem (natus enim erat Otto è Mechthilde Hen-
rici

A rici II. filia, Richardi Primi & Ioannis Angliæ Regum sorore) nauigauit, vbi magno cum honore susceptus, aliquamdiu detentus est. Interea ciuitas Colonienſis gratiam Philippi Bodobrigæ commorantis supplex, deprecatione Brabanti redemit & fidelitatis iuramentū Spirensi Episcopo eo nomine Coloniā ablegato dixit. Refert hæc ita Mutius *li. 19. Chron.* Colonienses reconciliantur Philippo.

Colonienſes vbi extra mœnia nusquam essent tuti, omnibus ferè redactis in potestatem Philippi &c.

B misisse ad Ducem Brabantiæ, vt eius consilio & operâ reconciliarentur Philippo Imperatori, quibus Dux Brabantiæ suam operam fuerat pollicitus. Venisse ergo legatos Colonienſium ad Imperatorem Philippum Botpardiam petitum, vt condonet tot eorum delicta, offerentes Adolpho omnia, quæ ha-



Brabantiæ Dux.

C buerat vnquam Episcopus in vrbe iura, Cæsari item Philippo facturos plura, quàm ipse vel suo vel imperij nomine vnquam postulaturus esset, pollicentes; Philippum recepisse eos in gratiam, nihil pœnæ grauioris propter rebellionem in his impositō. Quare cum Legatis Colonienſium misisse quoque suos Philippum, qui

D Colonienſibus ciuibus pacis conditiones exposuerint, quas vbi viderant non modo æquissimas, sed etiam mirè faciles; gratias egisse Philippo, & quæcunque postularat iurasse prompto animo. A Philippo igitur in dignitatem Archiepiscopi, reclamante Pontifice Romano, restitutum Adolphum, & quæcunque ad Ecclesiam pertinebant reddita, quædam alia armis capta Ecclesiæ illi donata:] Hactenus ille

Bruno & Adolphus Colonienses Archiepiscopi.

Adolphus igitur & Bruno exuti Episcopatu Colonienſi hic iniuriâ, ille etiam iure, comparatè in corporis atque ani-

mi sordescebant vinculis. Interim Ecclesiæ Colonienſis nauicula ſuo deſtituta gubernatore, incertis, quod ad ſpiritua- A
lia, fluctibus ferebatur, adeo vt *Cæſarius lib. 7. dial. c. 40.* ſcribat iſto tempore nullos Coloniæ ſacris initiatos fuiſſe.

1207. Nec ſubſequens annus Chriſti milleſimus ducenteſimus ſeptimus huic malo remedium attulit. Nam Philippus quidem in Sinzingenſi Imperij oppido ſupra Regiomagum ad Rhenum ſito comitia celebrauit, precibuſque inuitatus Colonienſium in peruigilio Paſchatis Agrippinam venit, no- B
uem ibi dies commoratus, immodicas vectigalium exactiones ſuſtulit, iniuſtâ monetâ interdixit, & nuper datam Colonienſibus pacem conſtabiliuit ac iurari præcepit: Verum in negotio Brunonis aut Adolphi nihil eſt actum, donec anno decurrente circa ferias Sancto Andreæ dicatas, Auguſtæ Vindelicorum, Adolphus interuentu Philippi per Hugonem Hoſtienſem & Leonem S. Crucis Cardinales, ſedis Apoſtolicæ Legatos ab Excommunicatione, & Bruno eorundem Legatorum interceſſione per Philippum carcere exſo- C
luti, ac Romam ad cognoſcendam de ſe Pontificis voluntatem ablegati ſunt. Cardinales verò miſſi erant ad pacem firmandam inter Philippum & Ottonem ex Anglia reuerſum, neque hoc eorum ſtudium infœliciter ceſſit. Vnde etiam anno inſequente, qui fuit Chriſti Milleſimus ducenteſimus octauus, NOSTRI ENGELBERTI nati vigeſimus tertius, Patriarcha Aquileienſis accepta ſimul alia honorifica legatio- D
ne Romam ad Pontificem à Philippo pro confirmatione (vt inquit Godefridus) fœderis & compoſitionis, quæ per Cardinales inchoata fuerat, pro conſecratione Imperiali, & reſtitutione Domini Adolphi, mittitur; Apoſtolicus autem ipſum Adolphum ad ſe cum Legatis Regis ſupplicem venientem in oſculo pacis ſuſcepit, ſed tamen quod circa Brunonem fecerat, ratum eſſe volens, cum per biduum coram eo, ab vtriſque ſatis allegatum fuiſſet, ipſum Brunonem in Epiſcopatu confirmauit, literas ſuas Coloniam ad Clerum & Populum &

Sintzich.

Philippus Rex Coloniæ.

Adolphus excommunicatione & Bruno Archiepiſcopus vinculis liberantur. *Crantz. 7. Saxon. 16.*

1208.

Pax inter Philippum & Ottonē Reges.

ad

ad quoſque nobiles terræ iſtius tranſmittens, omnes ad eius fauorem
A & obedientiam ſollicitauit. Formam etiam pacis & compoſitionis pro qua præfati Legati aduenerant, cum ſuis conſecretalibus approbans rurſum ad prædictos Cardinales remiſit, & vt ad vnguem ipſum negotium perducerent impetrauit. Quibus alpibus tranſcenſis cum ad exequendum mandatum ipſius in Teutoniam peruenisſent, rumor peſſimus percrebuit, Scilicet Philippum Regem à Palatino comite Wittelinsbach Ottone apud Bauinberg peremptum.] Hæc ille,

Sententia Apoſtolica pro Brunone Archiepiſcopo Coloniēſi.

Philippus Rex occiſus.

Qui & author eſt cædem Philippi in diem S. Albano ſacrum incidiſſe.

B Eodem anno Bruno Colonienſis ad ſuos redux, ſuſceptus eſt cum feſtiuo Colonienſis & Cleri & Populi gaudio, tertio Nonas Septembris, qui dies SS. Proto & Hyacintho conſecratus eſt, terrore aduentus eius ipſa Prouincia omni prædonum incurſu purgata eſt.

Bruno Colonienſis Archiepiſcopus ſedi ſuæ reſtituitur.

Sed & Adolphus Pontifici morem gerens, Brunoni ſe ſubmiſit, Adolphique complices, Comites ac Nobiles certatim (ait idem auctor) ad eum venientes fidelitatis iuramentum præſtiterunt.

Ea porro quietis iam ſeſe duntaxat oſtendentis facies mox
C immutata fuit. Bruno enim aduerſa, qua antea conflictatus fuerat, fortuna, & grauiſſimis itineris moleſtijs fractus, in Caſtro Blanckenbergenſi morbo corripitur, lecto affixus vix poſt integras à reditu ſuo octo hebdomadas, ipſo die fidelium animarum commemorationi de-
D ſtinato, ex hac vita demigrauit, corpus eius Coloniam deportatum, non ſine piorum planctu in Eccleſia Metropolitana conditum. Itaque Archidiœceſim Colonienſem, quæ iam caput nōnihil erigere cœperat, nouus caſus afflixit, omnia in peius hac occaſione ruiſſent, niſi & Ottoni ab æmulo olim ſuo liberato



Blanckenberg.




Bruno Archiepiſc. moritur.

berato, circa ferias Sancto Martino consecratas apud Francofurtenses à celeberrimo Electorum conuentu summus iterum honoris gradus delatus, & viduatæ Ecclesiæ de nouo Præsule, quum primum commode id fieri potuit, prouisum fuisset. Non enim eorum omnium, penes quos erat in locum defuncti Archiepiscopi alterius creandi potestas, in primo congressu suffragiorum conspiratio erat, sed anno demum exeunte circa natalem Domini, (quo Rex Otto Colonienſibus prius literis aduentum ipsius præstolari iussis Coloniam tenuit) ipso suadente Theodoricus Collegii SS. Apostolorum Præpositus, Brunoni successor designatus est. Fuit Theodoricus è familia Heinsbergensium Regulorum.

A

B

successor designatur



Theodoricus de Hinsberg Archiep. Coloniēsis

C

D

Hic mox post electionē Regalibus ab Ottone donatus, ab eodē & iuris in Ducatus Westphaliæ atque Angariæ confirmationem obtinuit, idque præsentibus Henrico formoso Brunouicensi Palatino & Rheni comite, ac Wilhelmo (à quo nostræ ætatis Brunouicenses ac Lunenburgenses Principes descendunt) Fratribus Ottonis Regis. Verum de Electione Theodorici audire lubet Cæsarium qui *lib. dial. 7. c.* 41.

Mortuo,

A Mortuo, inquit. Brunone, & post occisionem Philippi, Ottone iam in Regno confirmato, de successore in Ecclesia Colonienſi satis tractabatur; Hermannus Decanus Bonnenſis, qui vir est valde literatus, cum DEVM EIVSQVE GENETRICEM, sicut ipse mihi retulit, toto cordis affectu deprecaretur, quatenus tantæ Ecclesiæ dignus præficeretur, noctu in visu eadem VIRGO BEATA ei apparens, & librum aureis literis scriptum porrigens, ait: Defer librum istum Episcopo. Nihil aliud in libro continebatur, nisi Angelicæ salutationes, id est, AVE MARIA GRATIA PLENA, per librum intellexit Episcopatum, quem cum ferre vellet Ioanni Episcopo Cameracensi, eo quod tam Rex, quàm ipsi illi
B fauerent, probitatem illius cognoscentes, reuocauit eum BEATA VIRGO, dicens: Non Ioanni, sed Theodorico SS. Apostolorum Præposito deferas illum. quod si in Episcopatu non se bene habuerit, sicut per me illum adeptus est, ita per me illo priuabitur. Semper in eius obsequio idem Theodericus deuotus fuerat, & sicut mihi notum est, quotidie missæ eius quotidianæ vult interesse, nummum offerens singulis diebus. Tempore Electionis, cum Rex pro Episcopo Cameracensi intercederet, eique ab Electoribus responderetur, quod idioma terræ ignoraret, cessauit. Hoc ipsum prædixerat præfatus Hermannus. Tunc
C Electores, personis quatuor *suffragia* sua commiserunt, à quibus Theodericus in Antistitem electus: qui post dies paucos, à malis consiliarijs in tantum deprauatus est, vt modicam haberet differentiam inter personas Laicas & Ecclesiasticas, inter rusticos & Monachos. æquè ab his, vt ab alijs telonia recipiens, indebitis exactionibus vtrosque grauans. His alijsque actibus malis DEI GENETRIX irritata, egit, sicut ex superiori visione colligitur, vt indignè satis à Moguntino deponeretur Episcopo, æmulo eius per electionem substituto.

B. M. V. Episcopatum Colonienſem confert & aufert.

Peccata Theoderici Archiepiscopi.

Hactenus Cæsarius, qui per æmulum Theoderici SANCTVM NOSTRVM indigitat, cui quondam controuersia ob
D Præposituram Metropolitanam intercesserat cum Theoderico. *Vide supra pag. 24. litera A.*

Petrus à Streithagen Canonicus Heinspergensis *in sua Montis Caballini gloria, Odâ tertia*, euectionem Theoderici ad Archiepiscopatum & reliquam eius vitam his exhibet versibus:

ALter nunc redeat lucis in orbitam, A
Denſis è tenebris Myſta Coloniæ,
Queis longi ſpatio temporis obrutus,
Vix vltra patriæ commeminit ſuæ.
Nam quid non liceat falcigero patri,
Texenti innumeris ſæcula ſæculis?
Lethæo penitus gurgite proluit, B
Humani generis facta potentia.
Hic ergo placidis moribus inclytus,
Et caſto iuuenum præpoſitus choro,

NB. De cultu Deiparæ.

Non tam per Procerum conſona ſymbola,
Quam læto auſpicio matris olympicæ,
Mitra promeruit cingere verticem. C
Quod namque aſsidua percoleret prece
Patronam, obſequiis illius additus,
Mercedis retulit nobile præmium.



At vero facinus temporis obſtitit
Fauſto principio, cunctaque turbine
Conuoluit nimium, prô, lachrymabili.
Qualis Phoſphorei lumina ſideris,
Nitentis radijs verſicoloribus, D
Extemplo tenebras mutat in horridas,
Tempeſtas gelidis fœta Aquilonibus.
Riuales aquilæ bella per aſpera,
Quaſſabant miſeri tunc decus ImperI,

Et

A Et cura Themidos seposita procul,
Ibant arbitrio sanguineæ Deæ.
Hinc dum consilijs tristibus obsequens,
Ottonis retinet fata ruentia,
Tactus Romulei est fulmine Præsulis,
Diro Romulei fulmine Præsulis.
B Quin summo pariter motus ab ordine,
Et iussus bifidam ponere causiam,
Priuatis senuit dein penetrabilibus.
Nemo promoueat fœdera turbida,
Constans in socios illicita fide,
Cum contra sacra sunt, iuraque cælitum,
C Hîc mandat pietas figere terminum.

Ita Streithagenus de Theoderico.)

Porro Theodericus vetera amicitiæ fœdera cum Brabanto mox renouauit, præsentibus NOSTRO ENGELBERTO PRÆPOSITO MAIORE, Conrado Maiore Decano, Theoderico Præposito S. Gereonis, & M. Oliuero Maioris Ecclesiæ Scholastico, Gerhardo Geldrienſi, Theoderico Cliuensi, Guilielmo Iuliacensi, Henrico Seynensi, Adolpho Montensi, Georgio Wedano & Henrico Kesselensi comitibus, Rutgero de Merheim, Ottone de Wickrode, Walramo & Henrico Fratribus, Ministerialibus etiam S. Petri, Hermanno Aduocato, Godefrido Camerario, Theoderico de Koslaer, Francone Pincerna, Wilhelmo Schilling, ciuibus Colonienſibus Gerardo Saphyro, Ioanne de Lintgasse, Apollonio Kleingedanck, Engebrando de S. Columba, Richolfo Perfuso, Hermanno Grein, alijsque pluribus. Anno

Testes renouati fœderis Brabantici.

1209. Anno milleſimo ducenteſimo nono, Theodericus Colonienſis Sabbatho poſt Pentecoſten à Theoderico Traiectenſi Epiſcopo ſacris initiatur, & ſequenti Dominica, id eſt, Octaua Pentecoſtes à Goardo Leodienſi Antiſtite præſentibus ſuffraganeis ſuis in Epiſcopum conſecratur. *Hæc Panthaleonita.* Sed eius nominis Epiſcopum non reperio fuiſſe in ſede Leodienſi, quam id, temporis poſſidebat Hugo Petrapontius factus tandem Archiepiſcopus Rhemenſis. Circa hæc tempora Rex Otto magno cum apparatu Italiam ingreſſus tertio Nonas Octobris, die Dominica poſt Diui Michaelis *vti Godefridus*, vel vt *Sigonius*, V. Idus eiuſdem menſis ante ferias S. Michaelis Imperator eſt conſecratus: conſecrationem ipſo, quo facta erat die, Innocentium inter Romanoſque, ac Ottonem Germanoſque diſcenſio Italiæ Germaniæque, quin Ottoni ipſi, & Theoderico Noſtro, ac diœceſi Colonienſi pene fatalis inſecuta eſt. Romani ſiquidē ob quaſdam expenſas ab Ottone exactas, & iniurias à Germanis ſibi irrogatas, *vt ſcribit Bellouac, ſpec. hiſtor. lib. 29. cap. 106.* manus cum illis conſeruēre; quo in conflictu quamplurimi Germanorū trucidati

A B C D

Otto in Italiā venit & orbē totū turbat.

Quia Otto ſua in Italiam profectione atque expeditione diſsidiū excitauit, quod S. noſtro ENGELBERTO *Colonienſis mitræ obtinendæ occaſionem præbuit, lubet hic de eius calamitoſiſsimæ controuerſiæ initijs quaſdam afferre auctorum diſcrepantium ſententias.* PRIMO *appendix Friſingenſis de S. Blaſ. cap. 52. negare videtur Pontificis Imperatoriſq; animos à ſe diuulſos. Refert enim Imperatorē honorificè à Pontifice ſuſceptū, ac dicto ſacramento, laureaq; obtenta lætum ab vrbe in Hetruriam receſsiſſe.* Secundo *Bzouius ex Carolo Sigonio narrat: Roma prius egreſſum Imperatorem, quam contra Pontificem inſurrexerit occupando opidaiuris Eccleſiæ Romanæ, atq; infeſtando Fridēricum Siciliæ Regem, quaſi moliretur ipſum imperio exigere ac pacem imperij perturbare. Obtinebat autem Fridericus Regnum Siciliæ ac patrimoniū S. Petri à ſede Apoſtolica, cui interuentu Gregorij VII. id olim dono reliquerat Mechtildis Henrici Imperatoris Neptis, ac Godefridi primum, deinde Actij ſeu Azonis*

A cidati sunt, sed & vn decies centeni, quod postmodum questus est Imperator, equi desiderati: Accessit (quod & caput fuit rei) Imperatoris à solemni, quod præstiterat iureiurando de B Regno Siciliæ & patrimonio S. Petri non infestando sed potius defendēdo, discessio. Nam vrbe egressus, posthabita iuramenti religione, primum C patrimonium S. Petri, dein & Apuliam hostili incursu molestare, arcesque & oppida sibi subijcere, eos qui Romam religionis aliáve de causa itarent, capere, aut spoliare, nequicquam D prohibente & censuras Ecclesiasticas iniuriæ vindices comminante Pontifice. Et iure merito Pontifex vindictam hanc irrogauit Imperatori, quia hic conditiones pactionesque de regno Siciliæ duplici perturbarat periurio. Nam præter memoratum iuramentum sub ipso consecrationis actu in Vrbe

zonis Estensis vxor, filia Rutgeri Principis Siciliæ, quæ obijt Anno Christi 1115. Bzouius Godefridus Panthaleonita ad annū C. 1209. TERTIO *fragmentum historicum M. Alberti Argentinensis Chronico in manuscriptis codicibus præfixum meam hic allatam opinionem de iuramento rupto confirmat, sed videtur innuere. Nihil in ipsa vrbe simultatum fuisse inter ipsos exortum, cum ijs anno sequenti initia dedisse referat periurium Cæsareum.* QVARTO *H. Mutius lib. 19. astruit quidem in ipsa vrbe natas controuersias, non ex rupto, sed detrectato sacramento: Innocentius, inquiens, postulat ab Ottone iuramentum de patrimonio S. Petri defendendo, & sanctæ Ecclesiæ obedientiam præstando. Ottone hæsitante, neque tam prompto vt Romani sperabant; improbius autem Romanis exigentibus, oritur tumultus, ad arma concurritur inter muros angustiæ impediebant Germanos, ex tectis & altioribus ædificiorum tabulatis euoluuntur in Cæsarianos lapides, multi primæ nobilitatis, & familiarissimi quique occumbunt, multi grauiter vulnerantur Otto cum Romanis expostulauit, & petijt ab eis resarciri damna.* Hæc authores citati, *sed quia pluriū & grauium virorum sententiá dissidium à Cæsare ex violato iuramento, intra vrbis cæpit mœnia, eorum sum secutus authoritatem. Et sanè mihi persuasum habeo: Innocentij constantis ac Sancti viri animum, non nisi grauissimis lacessitum iniurijs ab Ottone, cui semper studuerat, fuisse abalienatum.*

A sede Apostolica Otto recedit.

interpositum, aliud, antequam in Italiam cogitaret, Nouesij Anno 1201. VI. Idus Iunij dixerat. Papa ergo telis Ecclesiasti- A
Otto excõmunicatur. cis contumacem confixit, subditos iuramento absoluit, sub anathematis: *vt refert Bellouacensis dicto loco*, interminatione prohibens; ne quis eum Imperatorem haberet, aut nomina-
1210. ret: Sic recesserunt ab eo Landgrauius Thuringiæ, & Archi-
In dicto fragmento habetur An. 1211. mandãte Papa per totam Alemanniã promulgari cœpit sentẽtia excommunicationis lata in Ottonem. epiſcopus Moguntinus, ac Treuirensis, Dux Austriæ, & Rex Bohemiæ, multique alij cum sæculares, tum Ecclesiasticæ personæ. Contigerunt hæc Anno 1210. à nato Christo, ætatis S. ENGELBERTI 25. Hinc nonnulli Germaniæ Proce- B
res cum iam memoratis, Francofurti ipsis Idibus Nouembris conuenére, Imperium Friderico Siculo Adolescenti annos decem & septem nato (quem Pater Henricus Sextus Imperator, ante hac in cunis adhuc vagientem Regem Romanorum renunciarat) detulere; eoque nomine Nobilem virum Henricum de Nifen & Anselmum ab Instingen virum ingenuum, adsignatis quindecies centenis marcis expensarum
Fridericus Ottoni surrogãdus loco ex reditibus Imperij persoluendis, Romam inde in Si- C
ciliam ablegauere; quorum ille Veronæ vt Longobardorum animos Siculo conciliaret, substitit; Hic reliquum iter emensus, mandata tandem, licet ægrè, perfecit. Constantia enim Arragonia quæ Emmerico Hungariæ Regi prius nupta fuerat, omnibus modis animum Regis auertere studebat, ne Imperij Germanici fasces oblatos admitteret; tum quod marito Iuueni timeret, tum quod domestica, absente Rege, in Si- D
Cupido dominãdi ad difficultates hominẽ trahit. cilia metueret dissidia: Verum euicit imperandi Cupido, quin & ratio: Nam vxor susceptâ prole Henrico, quem S. ENGELBERTVS postmodum Aquisgrani coronauit, nihil à suspicato periculo, si domi tantummodo prolem retineret, metuendum arbitrabatur.

1211. Anno huius sæculi vndecimo, S. ENGELBERTI 26. alius Babenbergi habitus est conuentus, de sufficiendo in locum

Otto-

A Ottonis Friderico Siculo. Procurarat id Sifridus Moguntinus S. Sedis Apostolicæ Legatus, qui & ibidem Imperatorem ab Innocentio Pontifice anathematis vinculis nexum, & Imperio excidisse, denunciauit: vtque idem suo exemplo à reliquis Ecclesiarum Antistibus fieret, auctoritate Apostolica missis vndique literis, mandauit. Moguntinus Cardinalis.

Idem annus celebris est multorum diuersæ conditionis atque dignitatis expeditione contra Albigenses, in quos iue- *Cæsar. lib. 5. dial. cap. 21.*
B runt Lupoldus Dux Austriæ, ADOLPHVS COMES DE MONTE FRATER GERMANVS SANCTI NOSTRI, Wilhelmus comes Iuliacensis, cuius Wilhelmi degenerem vitam & in fœliciorem mortem: *Cæsarius lib. dial. 12. cap. 5.* describit & commemorat: Deum misericordem, vt Wilhelmum à peccatis reuocaret, aliquando gloriæ suæ aliquid ostendisse: cum in sacra Natalitia nocte incomparabilem & Angelicam S. Engelbertus cœlestẽ musicam non audit.

C melodiam eum tertio audire permitteret, quam tamen musicã NOSTER ENGELBERTVS tunc maioris Præpositus percipere non potuit. Hunc autem Wilhelmum comitem, existimo Patrem fuisse alterius Wilhelmi, Wilhelmus comes Iuliacensis.

D quem literæ de Anno 1237. Iuliacensem & nemoris comitem appellant.

Anno Domini Millesimo ducentesimo duodecimo, ætatis S. ENGELBERTI vigesimo 1212.

S. Engelbertus excommunicatum Imperatorem deserit.

septimo, Otto Apostolicum Pontificis sentiens fulmen, & pertimescens ne maior à se fieret Principum discessio (reliquerant enim Ottonem præter alios complures supra nominatos Principes, etiam S. ENGELBERTVS ET FRATER EIVS ADOLPHVS) Nurenbergam Imperij primates euocat, causasque belli Italici Præsentibus exponit. A

Theodoricus Colonienſis Ottoni inhærens excõmunicatur

Ottoni iam piorum cœtu & Imperio per sententiam Pontificis moto, impensius Theodericus Colonienſis adhærebat. Quare Moguntinus ipsum disciplinæ Ecclesiasticæ gladio cæcidit. Theodericus anathemate percussus, contempta spiritualis Dignitatis potestate, sacris operabatur & chrisma conficiebat, vnde Archiepiscopali sede, Sifridi in cœna Domini COLONIAM venientis decreto, deijcitur. B

Adolphus sedē Colonienſem repetit.

Hinc Adolpho olim exauctorato, nouus animus, qui *vt inquit Godefridus*, eodem anno in Vigilia ascensionis Domini, Coloniam rediens Prioribus & Clero, se à Papa inuestitum & Theodericum officio & beneficio deiectum affirmabat: Clerum etiam sibi obedire Apostolica auctoritate præcepit. C

Clerus Colonienſis obedit S. Sedi Apostolicæ.

Theodericus vero Archiepiscopus cernens se à Clero derelictum ad exhibendam satisfactionem Romam progreditur, vbi per longum tempus demoratur.] *Hæc Panthaleonita.* Imperator interea in Germanos nonnullos sui desertores Seuerius quiddam statuendum ratus, in Thuringiæ Landgrauium mouet, illiusque ditiones ferro igneque vastat. At Fridericus Ottonis æmulus è Sicilia excitatus ac Romam profectus à D

Friderici expeditio in Germaniam.

Papa cum honore suscipitur & quorundam Principum auxilio Italiam transiens in Alemanniam venit; vbi à cunctis Principibus & Nobilibus superiorum partium cum gaudio fuit exceptus. Otto vero Imperator cum exercitu illi occurrere statuit: sed considerans suam partem infirmiorem, dimisso exercitu occultè ad inferiores partes se transtulit. Fridericus Moguntiam reuersus in ferijs S. Andreæ Apostoli,

cele-

A celebrem curiam habuit: vbi plurimi Principes ab eo fundis clientelaribus seu feudis inuestiti, vel vt loquitur Godefridus fidelitatis iuramentum præstiterunt:] Quæ expressius manuscripta Patris Serarij *historia Mogunt. in Sifrido Archiepiscopo recenset.* Fridericus, inquiens, de ciuitate in ciuitatem progrediens ab omnibus vt Rex suscipitur, & in breui tempore Romanum Imperium obtinuit, in festo deinde S. Andreæ Apostoli celebrem Principum curiam habuit Moguntiæ, præsentibus ibidem Treuirorum & Sifrido Moguntino Archiepiscopis, Herbipolensi, Argentinensi, Constantiensi, & Basiliensi Epi-
B scopis, Rege Bohemiæ, Palatino comite Rheni & Landgrauio Thuringiæ, vbi multi Principum Friderico fidelitatis præstitere iuramentum:] Hactenus Serrarius.

Annus millesimus ducentesimus decimus tertius à nato Saluatore, verum à SANCTO NOSTRO 28. Agrippinensibus nouum incommodum attulit. Venerat Otto Monasterienſium Antistites successor Cattimileboci, vt supra ad annum 1203. memini, Coloniam, vbi ab ijs, qui cum Imperato-
C re faciebant, apprehensus, eo, quod & ipse Pontifici & Decreto Sifridi morem gessisset, Werdenam (Insula est Cæsaris infra Nouesium) captiuus abductus est. Quæ causa fuit, vt ciuitati Colonienſi sacris à Sifrido, verno eius anni tempore, quo Episcopus captus erat, interdiceretur.

1213.

Coloniæ capitur Otto Monasteriēsis Episcopus

Colonienses sub interdicto.

Anno millesimo ducentesimo quarto & decimo, Otto Imperator nouum suscipiens bellum cum Gallo, apud Bouinas *Godefridus habet iuxta Tornacum* infœliciter conflixit.
D Qua fortuna ita vires eius attritæ fuerunt, vt nihil deinceps graue contra Fridericum Siculum attentare potuerit.

1214. OTTONEM DEVS PVNIT ADVERSO PRÆLIO.

Refertur Otto centum quinquaginta peditum millia in exercitu habuisse, nec paruam equitum manum, deuenit Imperatoris aquila cum Draconе in potestatem Galli. Ipse vero Imperator cum primoribus fuga sibi consuluit, abijtque *vt ait, H. Mutius in Chron. German. lib. 19 sub finem*, in Saxoniam, vbi desperatis omnibus rebus, mœrore animi confectus in-

cidit in morbum corporis, obijtque paucis diebus magnis doloribus corporis & animi affectus. Cladem illam vltimam Otto accepit & mortuus est Anno 1214.] *Ita Mutius* verum in hoc fallitur. Mortuus est enim 1218. testibus *Bzouio, Thoma Cantiprat. & Alberto Crantzio.* Hoc in prælio triginta maiorum ordinum Ductores, inter quos Ferdinandus Flander, Reginaldus Lotharingus, comes Salisburiensis & alij, capti Parisios sunt missi, & vinculis mancipati. Interim Colonienses nullo aduerso casu à fide Ottonis desciuerunt, etsi alias grauissimè impeterentur: Tanta enim fuerat armorum etiam hoc anno de diœcesi contentio, vt æræ, epochæque loco, in ijs, quæ publicè conficiebantur instrumenta contractuum, bellum hoc notaretur. Vidi pacta conuenta inter Godefridum comitem Arnsbergensem, & Ecclesiam Graffschaftanam, queis comes Abbati & Monasterio Graffschaftano, decimas in Warstein dimittit, exceptâ syluâ arduâ quam nec ipsis nec alijs incidendam concessit. Tandem hoc modo concludebantur: *Acta sunt hæc in castro Arnsberg, Anno Dominicæ Incarnationis* M. CC. XIV. IX. *Kalend. Decemb. Præsidente sedi Apostolicæ Innocentio sub * cismate Romani Imperij durante VVerra Archiepiscopatus Colonienſis, sub testimonio virorum subscriptorum, Arnoldi Venerabilis Abbatis in VVedinghausen, Godefridi sacerdotis eiusdem cœnobij confratris in Graffschaph, Henrici Decani de VValmethe, Henrici Nobilis viri de Arnsberg, Rutgeri militis de Burgbenne, Luberti Platern, Hermanni de Elsepe Domino nostro Iesu Christo regnante &.....in sæcula sæculorum Amen.*

Colonienses Ottoni pertinaciter adhęrēt

* schismate.

Ad hunc annum, extat Beati Engelberti maioris & Sancti Georgij Præpositi dispositio quædam & traditio prouentuum ad officium thesaurarij S. Georgij, qua profitetur *se ad honorem Dei, B. Georgij & Sanctorum omnium bona inibi nominata cōferre, sub sigilli * sui & B. Georgij munimine ac testimonio Vortleni Decani, Hermanni Scholastici, Adæ sacerdotis & aliorum Canonicorum*

* *Sigillum S. Engelberti vide sub arbore, genealogica expressum.*

Canonicorum omnium, Henrici Canonici S. Petri, Rudolphi maioris,....

A *....Ludovvici de Lulſtorff &c.*

Colonienſium fides in Ottonem huc vſque continuata, nec etiamnum lapſu temporis vacillabat. Nam Anno 1215. SANCTI NOSTRI tricesimo, dum Fridericus Andernaci Kalend. Maij comitia quædam celebraret, Imperator Otto ab omnibus derelictus, Coloniæ adhuc commoratus eſt] *ita Godefridus.* Detinebatur hucuſque Monaſterienſis Præ- 1215.

B ſul, in INSVLA CÆSARIS, vinculis, nec vt exſolueretur, cuiuſquam precibus Otto flecti poterat.



Adolphus Montenſis Werdenã capit.

Godefr.

Adolphus ergo comes Montium SANCTI NOSTRI frater Inſulæ caſtrum obſedit, quod dum per plurimos dies impugnaret, & parũ proficeret; tandem per

C foſſores cuniculis actis ad ipſam turrim, propugnatores caſtri coegit, vt haſtis abiectis, caſtrum cũ ipſo Epiſcopo traderent, impetratâ ab ipſo liberâ cum om-

D nibus ſuis diſcedendi facultate: Factum hoc eſt in peruigilio B. Iacobi Apoſtoli. Eodem etiam tempore Fridericus Rex Siciliæ cum quibuſdam Principibus & Nobilibus totius Lotharingiæ Aquiſgranum profectus, ſequenti die, ſcilicet in ferijs S. Iacobi à Sifrido Legato ſedis Apoſtolicæ, quod Colonia Archiepiſcopo deſtitueretur, in Regem vngitur, atque in Regio ſolio collocatur. Inde contra Henricum Ducem Brabantiæ, qui ſemper ſtudebat Ottoni, profectus, ipſo S. Bartholomæi Traiectum venit ex improuiſo, ac vaſtatâ Brabantiâ ingentes egit prædas; Henricus Dux territus feſtinat illi obuiam, vinculiſque

Fridericus Aquiſgrani coronatur.

Errat Franc. Guillimãnus lib. 6. Habs-



burgicorum dicēs à Theoderico Colonienſi Friderícum coronatum.

culiſque ſe obtulit vſque dum filium ſuum obſidem daret, atque alios, quos Rex deſideraret, de ſua prouincia. Quibus peractis Traiectum redijt. Ab ipſius exercitu, auxiliāte Leodiēſi Iuliacum tranſito Moſa in Natiuitate BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ obſidetur & deuaſtatur: quod hodœporicum Friderici, hiſtoriamq; Patriæ non parum illuſtrat; Fridericus verò hoſce ſibi debellandos putauit, quod hi vnanimiter Ottoni fauentes aduentum Friderici in Germaniam impedire volebant. *Ita fere AEgidius aureæ vallis Monachus in Catal. Epiſcoporum Leod. in Hugone Petrapontio.*

Friderici progreſſus proſperi.

1215. Iōes Sanctēſis crucē prædicat.

Anno 1215. Innocentius Pontifex expeditionem in ſanctam terram tanto tempore à Paganis occupatam, ſuis miſſis tota Europa literis euulgauit. Quem in finem Aquiſgrani conuentu celebrato, dicente ibidem de cruce, vt *teſtis eſt Godefridus*, ex præſcripto Pontificis Ioanne Sanctenſi ſcholaſtico, nomina ſua dedere: Fridericus Imperator, Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus, Hugo Leodienſis, Bambergæ, Patauiæ, Argentinæ, Eichſtetenſis, Conſtantienſis, Auguſtenſis Epiſcopi, Henricus Dux Brabantiæ, Dux Morauiæ, Dux Limburgi, Walramus Dux Ancciæ, comes Palatinus Tubingæ, Marchio Badenſis, Ludowicus * Loſſenſis, *Mutius habet Lohenſis*, Adolphus Montenſis, frater SANCTI NOSTRI, Iuliacenſis, Seinenſis, Spanheimenſis, de Naſſaw, Felſe expeditionē obligauit] dendienſis, Hirſutus, Sylueſtris, Comites alique qui ſe (*vt aiunt Godefridus & Mutius*) cruce ſignarunt.

Franc. Guill.

* Cæſar. lib. dial. 9. c. 48.

Hoc eodem anno Panthaleonita Colonienſes cenſura ſolutos narrat. Poſt hæc, inquiens, Treuirorum Archiepiſcopus Coloniam veniens,

Friderieus Rex vt aliquā Deo & Eccleſiæ gratiam referret voto ad ſacrā

A niens, ciues ad concordiam & subiectionem Friderici Regis hortabatur, quod vbi cum Duce Brabantiæ elaborasset, in Octaua S. Panthaleonis sacrum in Ecclesia S. Petri celebrauit, Clerum & Populum à nodo excommunicationis absoluit. Nam ciuitas per annum & quinque menses propter Imperatorem excommunicata, & sub interdicto posita fuerat, & diuina in Ecclesijs officia omissa. In ipsa etiam die Friderieus Rex ciuitatem ingressus, à ciuibus & Clero susciputur, per septem dies ibidem demoratus. Hæc eadem confirmat & illustrat Diuæus *lib.* 10. *rerum Brabant.* Anno, inquiens, 1215. Theodericus Treuirorum Archiepiscopus ac Henricus Dux noster Coloniam profecti (quæ etB iamnum cum Theoderico Archiepiscopo suo Ottonem reuerebatur vt Imperatorem) ciues ad obedientiam Friderici reduxêre, interdicto sacrorum, cui per annum & quinque menses obnoxij fuerant, solutos. Vbi quarto Augusti Imperator summo cum honore exceptus septiduo commoratus est. Addit Godefridus, ab Imperatore omnes præsentes Nobiles cũ superiorũ, tũ inferiorum partiũ monitos, ijsq; imperatũ, vt adulterinã monetã, iniustasq; vectigalium exactiones abrogarent, ac perpetuam pacem seruarent.


Fridericus Rex Colonię.

C In miserando illo totius Imperii & Ecclesiæ Colonienſis schismate, variisque tumultuosis factionibus; Clerus primarius sedi Apostolicæ obsequentior, viros prudentes Romam ablegârat; vt, quid aut de exauctoratis vtroque Adolpho & Theoderico Papa disponeret, aut de nouo præsule eligendo statueret, iussa capesserent. Theodericus, *teste Godefrido*, Romæ diu quidem honoribus vt restitueretur, institit; sed frustra. Nam Priores seu Canonicorum cœtus datis à Papa literis, alium eligere iussi sunt. Legatis Coloniam reuersis; Canonici altera die post Dominicam Inuocauit, id est, 22. Februarii in Feriis cathedræ S. Petri dicatis, in Metropolitana Ecclesia congregati, ENGELBERTVM maiorem Præpositum in Episcopum delegerunt. Cuilibet verò Episcopo exauctorato Adolpho videlicet & Theodorico, assignatæ sunt ex reditibus Episcopalib. alimentorũ loco, trecẽtæ marcæ, vt vult *Cæsar.* vel vt *Chron. Colon. &* msc. *Bravvilerensis*, quadringentæ.

Reuerẽtia Cleri Colonienſis erga Sanctiſſimum.

D

S. Engelbertus eligitur in Archiepiscopum.



S. ENGELBERTVS

COMES DE MONTE ET ALTE-
nâ ex Archidiacono & Præpoſito Metro-
politano Archiepiſcopus Colonienſis S.R.
Imperij Princeps Septemuir ac per Italiam D
Archicancellarius Weſtphaliæ & Anga-
riæ Dux, electus Anno $\frac{1215.}{1216.}$ die
22. Februarij.

Differẽtia æratum in-

HIc Lectorem monitum volo, *Godefridum*, dum ſcribit ſub Annum 1215. SANCTVM ENGELBERTVM feria ſecunda

A cunda post Dominicam inuocauit Episcopum esse electum, sequutum fuisse in annorum computatione Ecclesiam Gallicanam, quam Colonienses ad annum vsque millesimum trecentesimum decimum imitabantur. Isto vero anno, vt ex capite *23.* Synodi sub Henrico Virnenburgico Anno 1310. habitæ constat, Colonienſibus imperatum est, vt deinceps ex Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium Ecclesiarum mater est, vsu rationem supputandi annos Christi obseruarent: cum prius Epocham annorum salutis nostræ à Paschate, sub ter-

B tio aut quarto demum post Romanos mense, inchoarent.

ter Romanã & Colon. Eccl.

Creatus est ergo SANCTVS NOSTER in Archiepiscopum, & Electorem Colonienſem pro ratione inchoandi annos ex Ecclesiæ Romanæ vsu, quo nos nunc vtimur, anno Christi millesimo ducentesimo decimo sexto, aliàs ex veteri more numerandi anno quinto & decimo. Atque ita literæ anni 1215. perhibent S. ENGELBERTVM fuisse Colonienſem Episcopum electum, vt est in diplomate *quo decimæ*

1216.

C *in Berentorp per Hermannum, VVenemarum, Arnoldum, Erembertum fratres de Caminata translatæ sunt in Abbatem & conuentum in Scheida testibus Lamberto Decano SS. Apostolorum* &c.*

Võ Kamen

* *Cæsar. lib. dial. 9. c. 4.*

Caput Quartum.

In quo agitur de difficultatibus quibusdam magnis S. ENGELBERTI *in principio sui regiminis & annis sequentibus.*

D POst depositionem Othonis Friderico adhærens, ac per hoc fauorem Domini Innocentij Papæ conquirens, communi consensu in Archiepiscopum electus est. In ipsa die electionis ob præcedentem infirmitatem tam debilis fuerat, vt vix stare aut incedere posset: eratque signum, quòd flebile principium melior fortuna sequeretur. Nam circa principium electionis eius, totius pacis inimicus diabolus, qui feruescere facit quasi ollam profundum maris, suscitauit ei aduersarios acerrimos, scilicet Theodoricum Comitem de Cleuo, & Walramum Dusem de Limburg & Comitem in Lutzelburg, eorumque cognatos &

auxiliarios, vt futurus Machabæus in eis experiretur. Quos ita humiliauit & repressit, vt illorum exemplo cæteri Comites ac nobiles terræ territi, contra ipsum mutire non auderent, verentes sibi euenire posse, quod quidam ait: Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet. Ædificauerat enim Walramus castrum & villam forensem in Ducatu Colonienſi, quam Dominus Archiepiscopus destruxit & exussit. Ob quam causam tam graues ortæ sunt inter eos inimicitiæ, vt Dominus Archiepiscopus, & frater eius Comes Adolphus, diuortium fieri vellent inter Henricum filium Ducis Walrami, & filiam eiusdem Adolphi, consanguinitatem prætendentes, ne Comitia ad Henricum vxoris gratia deuolui posset. Non fuit adeo potens, qui in Ducatu eius vel Episcopatu, inimici sui terram vastare auderet per incendium. Sic Comitum siue aliorum nobilium vel potentum insolentias repressit, vt penè nullius castrum destrueret, vel terram vastaret: magis prudentia, quam bellorum copia, sibi subiugans omnia, ita vt de eo dictum videatur,

Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.

In ciuitatibus suis principalibus, Colonia scilicet & Susatia, maiorem exercuit potestatem zelo iustitiæ, quam aliquis Episcoporum ante eũ. Ad curias Friderici Imperatoris, tunc Regis, cum tanta gloria & expensis ascendit, vt cæteris principibus superior gloria & honore haberetur. Quantum eidem Friderico adstiterit, quantum eius partes contra Ottonem promouerit, vsque hodie experitur. Et cum maximas haberet expensas, tum propter curias Regales, tum propter supradictos nobiles, quorum timore corpori suo custodiam adhibebat satis sumptuosam, ab Honorio Papa, qui Innocentio successit, antequam pallium ei dare vellet, soluere cogebatur, quæ eius antecessores Adolphus, Bruno & Theodericus, dissensionis tempore consumpserant in curia, cum sorte vsuras grauissimas, quorum summa transcendisse dicitur sedecim millia marcarum.

Comitia, pro Comitatu.

Aduersarios vt edomuerit.

Fuit is Honorius Tertius.

Notatio ad Caput Quartum.

IN hoc capite quædam ὑστερα πρότερα; ideoque vt temporis ratio & ordo seruetur, huc afferenda nonnulla ab auctore prætermissa.

1216. Notaui supra ad caput 3. electionem S. Engelberti Anno 1216. ex computatione Ecclesiæ Romanæ in

in feriam ſecundam poſt Do-
A minicam Inuocauit incidiſſe.
Eodem anno Kal. Maii, Fride-
ricus apud Nurenbergam co-
mitia celebrauit, quibus Petrus
Saſſo Cardinalis S. Potentia
næ præſens, electionem S. No-
ſtri auctoritate Pontificiâ con-
B firmauit. Ipſe verò Fridericus
SANCTVM NOSTRVM rega-
libus donauit.



Petrus Saſſo Cardinalis cõfirmat electionem S. Engelberti

Fuit hic annus fatalis Inno-
centio Tertio non ſine ingen-
ti S. ENGELBERTI incommo-
do. Quia hunc illi perſpectæ
C omnibus virtutes ſummè cõ-
mendarant. Attamen mox
Honorio Tertio Innocentii
ſucceſſori, ita ſe ſua probauit
virtute S. ENGELBERTVS, vt
illius ſibi animum prorſus de-
uinciret, quamuis illi initio de-
ſideratum pallium negaret,
donec nomina Anteceſſorum
ſuorum in vrbe ſoluiſſet. A-

Papa Innocentius Agnaninus moritur.



Honorius Sabellus ſuccedit.

D dolphus enim, Bruno, & Theodericus immenſa Romæ
contraxerant debita, quorum ſummam ad ſedecim marca-
rum millia aſcendiſſe *Cæſarius hic ſcribit*, quæ argentario-
rum, vel numulariorum iudicio totidem millium Hiſpa-
norum ducatorum numerum exæquat aut etiam ſuperat.
Extant in tabulario illuſtriſſimi Capituli Metropolitani Co-
lonienſis diuerſæ eâ de re tranſactionum literæ & apochæ, in

Debita ſedis Colonienſis cõtracta in curia Romana.

quibus solius Theoderici Archiepiscopi, Adolphi verò & Brunonis nulla omnino fit mentio. Inter creditores numerantur viri nobiles, Petrus de Cintio, Ioannes de Romano, Ioannes de Cintio, & Petrus Ioannis Romani filius, Petrus Saracenus, Ioannes Panthaleon, Angelus de Paulo Petri filius, Ioannes Bobo, Ioannes de Maroco, Iacobus Scarso & alij. Procuratores ad transigendum super his à SANCTO NOSTRO, hoc anno & aliquot sequentibus Romam missi erant Gerardus Præpositus B. Mariæ in gradibus ciuitatis Colonienſis, & Ioannes Kerpensis Scholasticus. Rationi cum creditoribus supputandæ, ac nominum deductioni, dubiorumque, si qua inciderent, decisioni præpositi fuerant ex decreto Honorij Tertij, Gregorius de Crescentio S. Theodori Diaconus Cardinalis, & Gregorius Theodulus presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, Leo Cardinalis S. Crucis in Ierusalem, Romanus Cardinalis S. Angeli, & Gregorius de Galgano. Hinc quam iustitiæ sanctus NOSTER fuerit studiosus, colligitur, & quæ supra in fine huius capitis narrabantur facilius intelliguntur.

Iustitia S. Engelberti

Anno 1216. Electus NOSTER, in diuini numinis honorem & gloriam de *manu nobilis viri Ionathæ ab Ardea ius patronatus Ecclesiæ in Mengede contulit Scheidano conuentui coram testibus Theoderico.....en Præposito, Henrico Bonnensi Præposito, Godefrido Capellario, Henrico de Essende, Pelegrino..... Adolpho comite de Altena, Friderico comite de Isenburg, Bertholdo de Buren, Friderico de VVitte.....& alijs quam pluribus.* Hoc eodem anno similiter *per manus* B. Engelberti Archiepiscopi instituendo vallis Dei monasterio dos collata est abs Hostadiensi comite Lothario, prout ex subiecto liquet diplomate.

Diploma S. Engelberti.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. ENGELBERTVS, diuina fauente clementia, sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsens pagina peruenerit, in perpetuum.

tuum. Ne rei gestæ finem consumat obliuio, litterarum solet indicijs
A æternari.

Quapropter nouerit tam præsens ætas quàm successura posteritas, quod Lotharius Comes de Hostaden, zelo piæ deuotionis succensus, de conniuentia & consilio ministerialium suorum, mansum terræ, duodecim bonaria continentem, iuxta Sartum S. Ioannis, ab hæredibus cõparatum, Abbati WIDONI & confratribus suis de S. Agatha, Cistertiensis ordinis, pro remedio animæ suæ, ac parentum suorum, per manus nostras, liberum & absolutum ab omni iure, censu & exactione, contradidit: vt fratres iam dicti monasterium suum in locum transfer-
B rent eundem, tanquam ipsis magis idoneum & commodiorem.

Vt igitur hoc factum rationabile, ratum permaneat & inconuulsum, præsentem paginam exinde conscriptam, sigilli nostri charactere, & sigillo Comitis præfati dignum insigniri duximus, sub anathemate districtè præcipientes, ne quis huic facto ausu temerario contraire præsumat. Huius rei testes sunt, Conradus maior Decanus & Archidiaconus Colonienſis, Godefridus Capellanus, Conradus & Arnoldus Canonici Colonienses, Henricus de Ellende Canonicus SS. Apostolorum, Otto de Wickrhode, Adolphus de Essende, Wilhelmus de Nuenhagen, Reinardus Dapifer de Hostaden, Herbordus de Marcke, Adol-
C phus de Culen, Petrus de Wickrhode, Ludouicus Dapifer de Dolehem, Peregrinus Notarius, & alij quàm plures.

Acta sunt hæc anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexto decimo, pontificatus nostri anno primo. *Intellige de Electionis anno.*

Anno à Christi natiuitate milleſimo ducenteſimo de- 1217.
cimo ſeptimo Honorius literas encyclicas ſacræ, vt vo- S. Crucis
cant, cruciatæ, exemplo anteceſſorum ſuorum ac ſpeciatim prędicatio.
D Innocentij Tertij miſit. Deſtinarat enim Innocentius dimidiato ante felicem obitum anno nouis literis Oliuerum Co-
Oliuerus
lonienſem in maiore Eccleſia, Ioannem Sanctenſem Scholaſticos, Hermannum Bonnenſem Decanum, Magiſtros Ioan- Scholaſtic⁹
nem Niuelenſem Canonicum, & S. Lamberti Decanum, & Colonien.
Arnoldum Monaſterienſem Presbyterum, prædicandæ Cruci & colligendis eleemoſynis in recuperationem terræ ſanctæ, qui hucuſque operi illi ſedulò inſiſtebant. Inter cæte-

ros SAN-

S.Engelb. cruciatæ inscribitur.

ros SANCTO NOSTRO easdem literas inscripserat, qui ad Pontificis placitum etiam cruce fuit signatus. A

Eodem anno Andreas Rex Hungariæ, Lupoldus Dux Austriæ cum Episcopis & copiosa multitudine signatorum mare transierunt; Wilhelmus verò comes Hollandiæ, Georgius comes de Wide, cum alijs cruce signatis Teutoniæ, ad terram sanctam nauigio proficiscí desiderantibus, ad nobilem fluuium Mosam congregati sunt apud Vlerdinge. IV. Kalen. Iunij Regi Regum & Domino Dominantium se commendantes, nauibus conscensis vela fieri, præcidi anchoras imperarunt, ac ipsis Kal. Iulij apud Dertmudin ad portum Anglicum appulerunt, vnde soluentes varia iactati tempestate, tandem portum Olysipponensem attigére. Palmam, quam ibi retulére his verbis prosequitur *Cæsarius lib. 8. dial. cap. 66.* Anno partæ gratiæ millesimo ducentesimo decimo septimo cruce signati ex tota Alemannia ac Frisia cum trecentis ferè nauibus circa Idus Iulij (*Godefridus ait quinto Idus Iulij*) intrauerunt portum Vlixbonæ, in quo dum aliquot diebus, plures exspectarent naues, ad petitionem Seueri Episcopi iam dictæ ciuitatis, & Episcopi Ebornensis, *a* Martini commendatoris militiæ de Palmela, nec non & templariorum, atque Hospitalariorum castrum Sarracenorum, nomine Alchazer, id est omnium carcer, obsederunt *b*. Sexta verò feria post natiuitatem B. Dei Genitricis Mariæ. Coëgerunt contra eos quatuor Sarracenorum Reges, *c* centum millia pugnatorum, quibus Christiani numero minores, sed fide maiores Sancto Iacobo, B. Vincentio Regionis istius Patronis, alijsq; Sanctis inuocatis occurrerunt. In primo congressu vnus Regum cecidit, aliorum interfectorum non erat numerus, plurimi capti, qui cum per exercitum ducerentur, Christianorum inuestigabant signa, asserentes: à candidatorum turba rubeas

Expeditio naualis cruciatæ.

Miraculosa victoria cruciatæ. a *Godefr.* Elbornēsis

Bzouius refert hæc ad annū 1219.

b *Godefridus Frisones testatur obsidioni non interfuisse, nam cum* 80. *circiter nauibus olysippone abierunt proxima à S. Iacobi feriis, die.*

c *Rex Siuiliæ qui & Hispal dicitur, rex de Corduba, rex de Iehen, Rex de Badalōz.*

* *Godefrid. duos Reges, de Corduba, & Iehen cecidisse affirmat, & plusquā* 14000. *Sarracenorū.*

A rubeas in pectore cruces gerente, suorum multitudinem fugatam fuisse: Insuper triremes contra Christianos conductas cœlestis visionis terrore in fugam versas. Quibus auditis peregrini comites gratias egerunt Christo, qui martyrum suorum deprecatione, eis subsidio venisset; Nam vt testis est Godefridus, tribus suorum clientum animos confirmauit miraculis; Ipso enim clarissimo die triumphale in aëre vexillum S. Crucis vtrique se obiecit exercitui, Mauros que exterruit. Auxilium à Deo multiplex.

B Deinde post noctis medium ex improuiso Christianis subsidio venit, Petrus Magister militiæ templi, & demum in ipso conflictu visa est in aëre candida armatorum militum multitudo, sagittarum imbrem in Sarracenos effundere, quarum copiâ circumfusi hostes palmam cessere Christianis. Orto autem die versus orientem suos disposuere Sarraceni, Christiani verò in occidentem, vnde solis radij è clypeis aureis retorti suo fulgore montes illustrarunt. Circa ferias XI. millibus Virginum dicatas, cum ex cuniculis actis altera corrueret turris, castrum, seque ipsos Christianis dediderunt. Castrum redditum fratribus militiæ Sancti Iacobi seu de gladio dictis.

S. Engelberti feudū Padeberg.

Hoc eodem anno S. ENGELBERTVS Godeschalcum de Padberg filiumque eius Ioannem inuestiuit feudo Padbergensi, de quo hoc dedit Episcopus diploma.

D In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Engelbertus diuina fauente Clemētia, S. Coloniēsis Ecclesiæ electus, omnibus, ad quos præsens pagina peruenerit, salutem in Domino. Vt omnis ambiguitas & obliuio super ordinatione subscripta imposterum euitentur, declaratione scripti præsentis vniuersitati vestræ cupimus innotescere, quod *Godeschalcus de Padeberg & Ioannes filius eius* in manus tam nostras quam *Adolphi & Friderici de Alzena comitum, Hermanni de Lippia, & Bertholdi de Buren virorum nobilium, atque Hermanni de Aluetre Marschalci* nostri assecurarunt iuramento firmantes & sex insuper Nobis dantes obsides, quod castrum in Padeberg, Nobis & Ecclesiæ Colonienſi quo ad vixerint fi-

deliter tenebunt, illud nobis & nuncijs nostris ad hoc destinatis neces- A
sitate exigente ad voluntatem & beneplacitum Nostrum aperturi, nul-
lum vero hominem contra voluntatem & inhibitionem Nostram in
prædicto castro vel villa adiacente seruabunt, nec alicui de ipso gerram
mouebunt sine mandato Nostro speciali, Vniuersis qui læsionem &
damna sustinuerunt ab ijsdem ad consilium & iussionem Nostrã satis-
facturi competenter. Si vero contra iuramentum suum venire præsum-
pserint non obseruantes quæ præmissa sunt, obsides prælibati per ob-
stagium, perpetuo nostræ potestati sine qualibet contradictione sub-
iacebunt & omnia bona quæ antefatus Godeschalcus, & Ioannes suus
filius de manu Nostrâ tenuerunt, libera ac soluta ad Nos & Ecclesiam B
Colonienſem redibunt, & fideiussores subnotati, quos Nobis constitu-
erunt mille marcas nobis vel successoribus nostris dabunt; quod si
in solutione huius pecuniæ defecerint, commoniti Ruden intrabunt;
inde non exituri ante prætactam pecuniæ persolutionem, omnes pro ea
in solidum obligati. Nomina fideiussorum hæc sunt, *VVernerus de VVy-*
degensteine, Henricus de Geure, Conradus Hacke, Boymundus de Eruete, Albertus de
Sturmede, Rudolphus de Eruete, Hermannus de Eruete, Arnoldus de Eyssene, Gode-
schalcus de Eruete, Henricus de VVolmodesteine, Andreas de Ouerslo, Gosvvinus de
Susat, Albertus de Palude, Alexander de Oyssenb. Godefridus Muntzeim, Euerhar- C
dus Vlike, Arnoldus de Hottope, Israel de Nyhem, Constantinus de Allenehouen, Ar-
noldus de Effele. Ad maiorem quoque firmitatem Castellani prænomina-
ti Castri & Custodes Turrium nobis iuramentum præstabunt, quod
fæpedictum castrum, contra omnem hominem Nobis & Ecclesiæ Co-
lonienſi tenebunt, & si memoratus Godeschalcus & Ioannes filius
suus sine hæredibus Ecclesiæ Colonienſi non pertinentibus decesse-
rint ipsi idem castrum Nobis & Ecclesiæ Colonienſi liberè & absolu-
tè qualibet excluſa contradictione assignabunt: vt ergo hæc quæ præ-
scripta sunt inuiolabiliter obseruentur, præsentem exinde paginam, D
conscriptam sigilli Nostri, Adolphi & Friderici comitum de Alzena
appensione fecimus communiri. Acta sunt hæc Ruden, anno Domini-
cæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo septimo, nonis
septemb.

Fideiussores pro Padberg.

Inimicitiæ contra Ecclesiã Colonienſem.

Glisscebant sub his initijs etiam Theoderici Cliui, & Wal-
rami Limburgi Ducis Lutzenburgi Comitis inimicitiæ in
Ecclesiam Colonienſem, literis ergo Coloniæ tertio nonas
Iulij

A Iulij datis ENGELBERTVS NOSTER, pro Ecclsiæ suæ defensione Henricum Lotharingiæ Ducem sibi fœdere nexuit, quod Henricus eò promptius admisit, cũ id se ENGELBERTO Clientelæ, seu hominii ratione debere in literis suis ipsemet fateretur. Porrò literas fidei, à Duce Lotharingiæ S. ENGELBERTO datas & mutuas ENGELBERTI ad Henricum Lector videbit in notis ad caput 5. In illis autem literis Engelbertus appellatur Colonienſis electus, vt inde colligatur B pallium illi ab vrbe hoc tempore necdum fuisse allatum. 1218.

Anno Saluatoris nostri decimo octauo Otto Imperator post Paschales ferias febre correptus IV. Kal. Maij è viuis abijt, postquam ab Hildesiensi Episcopo (quem vnà cum alijs Abbatibus & Sacerdotibus de modo, quò à C censura expediretur, consuluerat) anathematis vinculis, quibus octo annos à duobus Pontificibus, iniectis hæserat innodatus, fuisset solutus. Ægidius aureæ vallis monachus ait; Ottonem tantam sumpsisse copiam electuarii laxatiui, vt disrupta viscera cogeret ebullire. *Crantzius lib. 7. Saxon. cap. 37.* testis est eum morbo, qui vitam illi abstulit, laborantem, rerum gD statarum ductum pœnitentia, ex ineffabili cordis dolore sua detestantem peccata in arce Hartesberg, atque à Sifrido Hildesiensi Episcopo diris solutum placidè quieuisse: quam absolutionem Honorius Papa postea ratam habuit; Vt verò suam ipse moriturus ostenderet pœnitudinem, fertur coquis præcepisse, collum suum vt calcibus præmerent, & vilissimam Dei creaturam omnino æstimarent. Addit Thomas Canti-



Bzouius V. Kal. Maij Godefridus Idibus Maij.

Otto Imperator moritur.

Ottonis pœnitentia propter offensam sedem Apostolicã.

Crantzius in Metrop. li. 7. cap. 35.

Cantipratanus vocat eũ erronè Conradũ Hildesiensem.

Cantipratanus *lib. 2. cap. 53.* se ab ijs audiuisse, qui diutino eius languori interfuerint & morti, quod omni die sacerdotibus Christi tergus suum dederit flagellandum. Vnde Hildesiensis Episcopus vix sibi posse persuadere testatus est, quod Otto Imperator vel ad horam ignes expiantes experiretur. A

Apparitio animæ Ottonis.

morte materteram suam, quæ in monasterio Virginum singulari florebat castimonia, summo mane, valuis cancellorum vestibuli, in quo cum externis agitur, pulsatis, accessit, ipsamque (aderat enim) apertis valuis his affatus est Imperator verbis: defunctus ego purgantibus excrucior ignibus, dirigas ergo nũcios ad diuersa Religiosorum cœnobia, vt decies millies Psalterium pro me recitent & euoluant, ita vt ad singulos Psalmos decem sibi flagello ictus infligant & ad vnumquemque versiculum salutationem Angelicam cum Dominica recitent oratione, dicatur vero Psalmus. De profundis, cum in manus accipitur flagellum. Dictum factum; Extemplo curat materter a. Nec diuersa monasteria inuitè vexationes eas corporis, sed voluntariè suscipiunt, quod illis aliisque pauperibus tempore famis infinitam annonam largâ distribuisset manu, peractis omnibus ad easdem valuas in aurora materteræ apparuit, tantâ circumfusus claritate, vt eius perstringeret oculos; audire tamen meruit, gratias reddo tibi; pro me misericordissimo Domino gratias age, quia iam à pœnis ereptus ad gloriam transeo sempiternam. Corpus ipsius Brunsuicum translatum, & in S. Blasii æde sepultum est. Hinc, vt supra ad annum 1414. monui, apparet Mutii error de obitu Imperatoris Ottonis. B C D

S. Engelberti liberalitas erga Vilecẽses.

Hoc eodem anno liberaliter S. Antistes Engelbertus donauit Elisabethæ Abbatissæ, & Parthenoni in Vilica, cunctisque illius loci ac religionis eiusdem posteris vel vt loquuntur archiua, *in eodem voto & loco successuris*, ob diuinam gloriam vitæque ipsarum sanctimoniam, cùm totius Vilicensis Parochiæ

A chiæ à riuulo Roenbach vsque ad fluuium Sigam; tum noualium agrorum ac vinearum decimas.

Monasterii etiam Heinsbergensis possessiones à B. Engelberto confirmatas subiectum diploma testatur.

Diploma S. Engelberti pro Hinspergensibus.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ENGELBERTVS, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.

Pium attendimus,& ad præsentis vitæ decursum prosperiorem,& ad futuræ remunerationem æternam nobis maximè profuturum, quòd loca sancta,monasticæ religioni dicata, paterna charitate diligamus, &
B vbicunque possumus promoueamus & conseruemus.

Inde est, quòd vniuersitati vestræ cupimus constare, quòd nos monasterium beati Gerlaci, & S.Mariæ virginis perpetuæ apud Heinsberg, ob intimam deuotionem tam fratrum quam sanctimonialium, quem ad cultum & seruitium Dei habent,in specialem defensionis nostræ protectionem recepimus, eisque omnia bona quæ nunc habent, vel in posterum, dante Domino, iustè poterunt adipisci,præsenti pagina confirmamus.

Specialiter tamen exprimimus prædium in Munen, videlicet cen-
C tum duodecim iugera terræ arabilis : quod prædium idem monasterium iusto emptionis titulo conquisiuit ab Hermanno de Brucge, & ipse Hermannus in præsentia nostra apud Leggenich in ipsa Ecclesia eidem monasterio contradidit: & frater suus Reimarus clericus huic facto consensit, pro se & omnibus eorum cognatis vel amicis: & omni iuri,quod in prædio illo videbantur habere, vterque renunciauit,& exfustucauit..

Item mansum vnum in villa Hertene, LX. iugera habentem, quem similiter ipsum monasterium iustè comparauit, ipsi monasterio in per-
D petuum confirmauit.

Ad cuius rei certam in posterum euidentiam, præsentem chartam inde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Huius rei testes sunt, Gerhardus Præpositus Carpenensis, Godefridus Carpenensis Canonicus,Fridericus Præpositus Monasterienſis, comes Wilhelmus Iuliacensis, Theodericus de Koslare,Arnoldus de Gimmenich,Emundus de Brakele, & alij quàm plures, tam clerici quàm laici. Acta sunt hæc Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo.

Deinde ius patronatus in Ecclesia Rommerskirchen, quod modo per bonorum permutationem penes collegium S. Andreæ est, cœnobio Knechstedensi SANCTVS NOSTER & Adolphus de monte fratres contulerunt iuxta literas subiectas. A

S. Engelbertus & Adolphus de Monte fratres Deo offerunt Ecclesiam in Römerskirchen.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Engelbertus diuina fauente Clementia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens pagina peruenerit in perpetuũ. Quia omnium terrenarum facultatum conditio hæc est, vt amatæ noceant, & quamuis tenaciter retentæ possessorem ante speratum relinquant, expedit cuilibet eas salubriter spernere & ipsas misericorditer largiendo thesauros cœlestes sine fine mansuros thesaurizare, atque pro terrenis cœlestia pro trãsitorijs æterna fœliciter commutare. Quod quidem Sancti & Religiosi animaduertentes de suis facultatibus Ecclesias Christo dicauerunt, pauperibus pia solatia deuote impenderunt: quorum venerabilia exẽpla tam Nos quam Frater Noster Adolphus Comes de Monte secuti, ius patronatus quod in Ecclesia Rommerskirchen habuimus, Ecclesiæ in Knechsteden communicata manu in refrigerium animarum nostrarum & parentum Nostrorum contradidimus, vt post obitum Nostrum fratres in ea Domino deseruientes anniuersarium depositionis Nostræ diem tanto celebrent deuotius quanto à Nobis senserint beneficia gratiosiora percepisse: Ne ergo aliquis hanc traditionem legitimam nefaria præsumptione infringere attentauerit, præsentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus corroborari: sub anathemate districtius inhibentes, ne quis huic facto nostro temere contraire præsumat. Testes huius rei sunt Conradus maior Præpositus & Archidiaconus, Macharius Abbas de Steinfeldt, Hermannus Subdecanus, Godefridus Capellarius, Cõradus de Bobardia, Theodorus de Brule, Henricus de Essende, Canonici Colonien. Hartmannus Templarius de Vrbe, Henricus comes de Seyn, Henricus comes de Kessele, Hermannus Aduocatus Colonien sis, Theodericus Dapifer, Sifridus Camerarius, Bruno Pincerna, Gumbertus de Elnere, Daniel de Esterode, Sibodo Puls Dapifer, Engelbertus de Brunsbure, Adolphus de Stamheim, Wichardus de Lennepe, Adolphus de Bernsovve, Theodericus frater eius, Gerardus de Vpladen, Giso frater eius, Pelegrinus Notarius & alij quam plures, Acta sunt

B C

Testes donationis Ecclesię Rommerskirchen.

D

sunt hæc apud Bensbure, Anno Incarnationis Dominicæ M. CC.
A XVIII.





Hoc anno Dux Zeringiæ Bertholdus obijt. Ita *Chron. Dominic. Colmar.* Eodemque vita functus non ingloriâ Adolphus S. ENGELBERTI frater, qui vir nobilis & potens, vt te-
B statur Iacobus de Vitriaco *lib. 3. historiæ Orientalis*, præfuit classi cruce signatorum Colonien-sium, Frisonum, Bremensium & Treuirensium, eorum Dux & Iudex constitutus. Classis hæc ex cogonibus, triremibus & onerarijs nauibus erat con-flata; Cogones autem sunt rates bellicę propugnaculis, instar
C castellorum, munitæ, quarum singulæ trecentos circiter at-matos vehunt, vt ex historia Hierosolymitana Angli sed in-certi auctoris discimus, qui & coggas eas, Oliuerus autem Coccones, Petrus Schriuerius in sua Hollandica historia germanicè scripta, hasce naues Koggen nominat, vbi & hu-ius expeditionis in terram sanctam meminit. Obijt autem Adolphus in oppugnatione turris ante Damiatam captæ circa ferias S. Ioannis Baptistæ. Erat hæc turris lateritia ante
D Damiatam in medio Nili excitata, à cuius pede maximæ ca-tenæ protendebantur ad turrim mœnium ciuitatis, ne pate-ret aditus nauigio intraturis vel egressuris Ægyptum, nisi de licentia Soldani. Hac enim transeundum nauibus, ex India versus Syriam, Antiochiam, Armeniam, Græciam & Cy-prum. Vnde & hic transitus Regi Babyloniæ valde est quæ-stuosus. Hæc porrò turris, quia custodiebat ostium Nili, prius expugnanda erat, quàm vrbs cingeretur. Expeditis ergo in-

strumen-

Moritur Adolphus frater S. Engelberti *Iuxta Bzouium obijt anno 1219. illo enim anno oppugnatio turris, ante Damiatam ex mẽte Bzouij in qua perijt, refertur.*

Cogones quid.

Turris ante Damiatam.

strumentis bellicis, præter Sarracenorum timorem & spem suam Christiani triremes suas in alueo, turrim & terram versus Christianorum castra intersecante, Sarracenis nequicquam telorum & lapidum iaculatione transitum impedientibus, promouerunt. Duasque ad Coggonum malos suspenderunt scalas & ponticulos, ex quibus turrim erant oppugnaturi. Coggones verò dum propius appellunt ad turrim, malus Hospitalariorum ruptus oppugnatores cum scalis præcipites actos extinguit, paulo post lapsu scalarum Ducis Austriæ alij exanimati sunt; Tandem Magister Oliuerus Scholasticus Colonienſis ex puris eleemosynis pauperum ædificium, in quo erant propugnacula & pons constructa, turri applicuit, in quod licet à Sarracenis sagittæ, lapides, ac maximè ignis mitterentur, hæc tamen nihil impediuerunt, quò minus Christiani per pontem in turrim conscenderent, atque eam expugnarent. Ignis enim diuina bonitate in ipso ponte extinguebatur. Ex Sarracenis quidam interfecti, quidam in Nilo submersi, quidam etiam enatarunt, amplius centum capti; Ingens hîc vis commeatus inuenta, ingentes diuitiæ partæ, vt Persis, Arabia, India spoliatæ viderẽtur. Restabat Damiata vrbs munitissima. Tentata è vestigio est, si recenti terrore amissæ turris ac ferè vestibuli vrbis, expugnari posset, scalis, machinis, tormentis adorti, re infecta discessere, multis vulneribus acceptis, castra tamen in expugnato vico fixerunt, & inter vrbem obsessam, Sultanique castra, præsidio collocato commeatum auxiliaque omnia interclusere; post annuam obsidionem fame & peste in vrbe dominantibus, eam Nonis Nouemb. nemine resistente, scalis ad mœnia admotis & conscensis introierunt, cœsis exiguis Sarracenorum armatorum, à peste reliquiis; Ex septuaginta millibus tria tantum millia puberum (nam infirmior ætas ac reliqui

Godefrid.

Oliuerus Coloniẽsis Scholasticus.

Turris expugnationem Bzouius ad annũ 1219. refert.

In hac oppugnatione Damiatæ fuit etiam S. Franciscus, qui videns Christianor. ad pugnam contra Sarracenos apparatum, spiritu prophetico sinistrum prælij euentũ prædixit, sed contemptus fuit. Commissa acie Christiani sunt fugati.

A reliqui omnes fame peſtilentiaque abſumpti iacebant inſepulti) inuenta, & hi affecti quoque, vitâ donati eâ lege, vt vrbem à cadaueribus purgarent. Præda ingens parta auri, argẽti, gemmarũ, margaritarũ, precioſæ veſtis, ſuppellectiliſq;.

Hactenus de Damiata; ex occaſione Adolphi in alieno ſolo defuncti. Porrò mors Adolphi veteri liti, ENGELbertum inter & Walramum Limburgicum, nouos fomites ſuppoſuit. Engelbertus enim *poſt mortem fratris* vt Cæſarius cap. 5. vitæ ipſius auctor eſt, *tenebat terram patris de qua habebat mini-*
B *ſteriales multos, & reditus magnos, ob quam cauſam Ducis VValrami cuius filius Henricus filiam Adolphi Comitis duxerat vxorem, contra ſe non modicam excitauerat inuidiam: Sopita tamen omnia fuerant, tali pacto interueniente, vt Dominus Epiſcopus, quoad viueret, teneret terram; Ille vero ab eo ſingulis annis in pecunijs reciperet penſionem.* Hæc ibi. Sed in compoſitione, quæ anno 1220. inter Sanctum noſtrum & Walramum Limburgicum ſiue Lutzemburgicum interceſſit, prout infra deſcri-
C bitur, iſta de lite ſopita paulo aliter recenſentur, ſic enim ait: *Item Henricus filius ſuus* (Walrami) *ſuper hæreditate vxoris ſuæ ſe poteſtati & gratiæ Domini Archiepiſcopi præcisè ſubmiſit, ita quòd nunquam illam repetet, niſi de gratia & voluntate ipſius eam obtinere poſſet.* Iuſtitiam ea in lite pro S. ENGELBERTO ſtetiſſe conſtat, ex ijs quæ c. 4. de diuortio ab ENGELBERTO atq; Adolpho Henrici ſocero Engelbertique fratre ob conſanguinitatis vinculum tentato narrata audiuimus.

S. Engelbertus ob aditam adminiſtrationem patrimonij ſui patitur inuidiam affinium.

Verò mihi eſt ſimile hoc anno S. ENGELBERTVM primi-
D tus pallium indutũ fuiſſe. Cũ enim ex decreto SS. Canonum in pallio Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis appellatione conferatur *Ex tit. de auct. & vſu pallij c. niſi ſpecialis*, & hucuſque, vt ex varijs tabulis patet, ſeſe duntaxat Electum vocitarit, deinceps verò, vt ex literis monaſterio Flechtropienſi anno ſequenti datis & nonnullis cognoſci-

S. Engelbertus pallium accipit.

mus alijs, Archiepiſcopi titulo vtatur, colligere licet, eum nunc ab vrbe pallium fuiſſe conſecutum. Ad hæc cum in pri- A uilegio de colendis agris minoris campi & grangiæ, id eſt prædij ſeu villæ, remiſſis noualium decimis, Abbati & Monaſterio veteris campi ordinis Cirſtercienſis, conceſſo, & anno 1224. obſignato SANCTVS NOSTER referat: eum eſſe annum Pontificatus ſui ſextum, qui alias ab electione erat octauus, conſequens eſt; Anno 1218. Engelbertum pallium ſuſcepiſſe, & ab eo tempore Pontificatus ſeu Archiepiſcopatus annos numerare cœpiſſe.

1219. Tempus captæ Damiatæ *Bzouius anno 1220.* B Anno milleſimo ducenteſimo decimo nono, Damiata vrbs Ægypti pulcherrima & firmiſſima infinitis turribus interius exteriuſque decorata, duplici tum verſus fluuium tum etiam terram cincta muro, ac condita inter litus maris, & ripas Nili in eo ſcilicet loco, vbi Geon, vel Nilus mari mediterraneo ſuſcipitur, in Chriſtianorum poteſtatem deuenit; vt ſuprà monui ad annum 1218. ſcripſit ea de re ad S. ENGELBERTVM Archiepiſcopũ, Maiorem Præpoſitum, Maiorem Decanum, cæteroſq; Priores & totum Clerum Colonienſem, egregiam epiſtolã Oliuerus Scholaſticus, cuius ſuprà meminimus, in qua ſe Oliuerus peccatorem & ſeruum emptitium Crucis nominat: Fuit is Oliuerus poſt prouectus ad Epiſco-

Damiata veteribus Peluſium à furioſo Peleo Achillis patre.

Oliuerus Scholaſticꝰ Cardinalis.



A piscopatum Paderbornensem, & tandem Cardinalium numero sub titulo S. Sabinæ adscriptus.

Incidit in hæc tempora Beati Hermanni clerici martyrium. Erat is Susati peregrinus, ætate iuuenis, corpore procerus, pulcher aspectu & talibus naturæ dotib⁹ queis oculi animusque diuitis mulieris ita decepti, dementatique sunt, vt ipsa omnibus opibus suis turpem cõsuetudinem Clerici cuperet emere, sed Clericus S. Iosephum imitatus, fœdi criminis detestatione, occasionem præbuit committendi aduersum se facinoris: Impudica enim in furorem & odium acta, castissimum Clericum de illata sibi vi ad Iudices detulit, quanquam vero sequacioris sexus inconstantia & malitia fidem accusationibus abrogent, sic vt pro huiusmodi sceclere cuipiam impingendo nec satis sit illustris fœminæ testimonium, cum & Reginas falsitatẽ commisisse legamus (*Chron. Colonien. fol. 149.*) attamen contra B. Clericum apprehensa mox à Iudicibus suspicio, & procliuitas credendi malum de alijs, tantùm vicit, vt innocentis negatio non ipsum expurgatit à criminis calumnia: Ergo in carcerem compingitur & eodem mulier pertrahitur, non à Iudicibus sed prauo, quo semet illaquearat vinculo: nam exagitata cupidine, admotis carceri scalis, vbi ex alto dabatur aditus, præcipitem se ad captiuum dedit, eum ad amplexus & nefas solicitatura: oboritur proinde vehementior suspicio, qua Clericum philtrorum & magiæ cõscium crederent, ac idcirco non in examen, sed pœnam criminis,

Cæsarius

Kleinsorgius

Msc.

B

C

D

minis festini flammis viuum addicerent. Accepta sententia, A probroso comitatu ad rogum educitur, inter flammas integritatem contestans, dum iam pulmonem ignis denudasset, altissima voce Angelicam Deiparæ, cuius opem experiebatur, salutationem decantat. Amplius hæc constantia circumstantes mali credulos offendit. Hinc vnus accusatricis cognatus miraculosam in medio ignis fortitudinem, necromanticis artibus adscribens, arrepto titione candidissimi cygni vocem & fauces obstruxit. Deus autem destitutam teste pudicitiam tot prodigijs & gratijs comprobauit, vt delationi & sententię obnoxij, magnitudinem iniustitiæ sera æstimatione ponderantes, mitigata ira Æqui Numinis graue (vt ita dicam) Clericidium expiaturi, coram collegio S. Patrocli veniam orarent prostrati, ad B. Hermanni manes & Deum placandum in loco dedecoris Ecclesiam vouerint & ædificarint, quam innocentiæ assertor Deus miraculis fecit illustrem. Hæc postmodum bellis vel hæresi euersa perijt. Videtur stetisse in monticulo, vbi vestigia sacelli vulgo Herimre kirck adhuc extant. C

Castrum Furstenberg à S. Engelberto constructum.

Circa idem ferè tempus, Nobilis vir Gerardus de Brubach ENGELBERTO nostro bellum mouit: aduersus eum vti auctor est Cæsarius distinct. 7. c. 29. Vir sanctus Castrum Furstenbergense construxit. Adeo non deferbuere concitati in illum inuidorum inimicorumque animi, donec tandem anno sequenti Deo iustæ causæ patrocinante omnes sibi aduersantes composuit, eosque sibi parêre docuit.



D

1620. Pacificatio inter S. Engelbertũ & Theodericũ Cliuensem.

Anno itaque millesimo ducentesimo vigesimo, 12. Kal. Iulii inter SANCTVM NOSTRVM, & Theodericum Cliuensem conuenit in eam formam, quam fide, præscriptis verbis,

verbis, ſuiſque & Traiectenſis ac Monaſterienſis Epiſcopo-
A rum, illuſtriſſimi quoque Capituli Metropolitani ſigillis firmarunt. Formam ex tabulario accipe Lector:

Quidã mſc. Cluenſ. vocant Theodorum V.

Comes Cliuenſis ſeruiet Domino Archiepiſcopo contra omnem hominem, contra quem ipſe Archiepiſcopus ſaluo honore ſuo eum conducere poterit, & hoc diſcretioni Archiepiſcopi relinquetur, ſine Comitis contradictione. Item Comes nullo modo guerram Archiepiſcopo mouebit, ſi vero quæ præmiſſa ſunt non obſeruauerit, bona
B quæ de manu Archiepiſcopi tenet libera ipſi erunt & ſoluta. Inſuper duodecim miniſteriales ſuos ſubnotatos Archiepiſcopo obligauit, cum omnibus, quę tenent ab ipſo, vt ſi contra præſcriptam formam venerit, ipſi cum perſonis hæreditatibus & bonis eiuſdē Eccleſiæ Colon. perpetuo pertineant: Miniſteriales Archiepiſcopo à Comite obligati hi ſunt. Theodericus à Strunkedhe, Gerardus de Horſt, Henricus Duckere, Rutgerus de Heiduelde, Henricus Pincerna, Stephanus de Sulen, Wilhelmus de Wiſchele, & Theodericus frater ſuus, Gerardus Palcke, Albertus Clericus, Rutgerus de Galen, Theodericus filius
C Henrici de Winne: ſi vero comes Eccleſiæ Colonienſi per ſe vel per ſuos iniuriam fecerit, ſatisfactionem eis ſecundum veritatem exhibebit. Item ſi miniſterialis Archiepiſcopi aliquem miniſterialium vel hominum comitis læſerit vel damnificauerit, Archiepiſcopus emendari faciet eidem. Quod ſi iniuriator in hoc ſibi rebellis fuerit, ipſe comiti contra eum aſſiſtet, & comes Archiepiſcopo idem faciet in articulo conſimili. Item Archiepiſcopus comiti promiſit, quod ſi aliquis eum vel ſua iniuſtè inuaſerit, ipſe ſatisfaciet ei amicabili compoſitione vel iuſtitia mediante. Quod ſi aduerſarius comitis Archiepiſcopo rebellis, & inobediens extiterit, Archiepiſcopus comiti in iure ſuo con-
D tra ipſum aſſiſtet. Vt igitur quæ præſcripta ſunt firmiter obſeruentur, Colonienſis Archiepiſcopi, Traiectenſis, & Monaſterienſis Epiſcoporum, maioris Eccleſiæ Colonienſis & Comitis Cliuenſis ſigilla præſenti paginæ ſunt appenſa.

12. Miniſteriales Cliuenſis obligati Archiepiſcopo Engelberto.

Acta ſunt hæc Coloniæ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo XII. Kalend. Iulij. Indictione octaua.

Theodericus Cliuésis 21. Comes.

Theodericus ille numeratur Comes Cliuorum viceſimus & primus ab Ælio Gracili, vt conijcit Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, vel ſi coniecturæ quam nuper ſequutus eſt Dominus Streithagenus in tetraſtichis ſuis locus eſt, ab Elia Graio, quem ex detorſione vocabuli poſteri forſan Eliam de Grael vocitarunt. Cæterum quod ille (Pighius) Romanum fuiſſe Eliam, ab ÆLIORVM, Graciliumque familiis ortum, ex quadam conficta fabella, & vocabulorum paronymia coniicit, id intra coniecturæ terminos conſiſtat patimur. Quanquam ſi coniectare licet, dixiſſe maluiſſem Pighium aut ante me quemcunque alium, Eliam hunc potuiſſe eſſe illum Spatharium nobilem, in Græcia illuſtrem virum, à quo Iuſtinianus Rhinotmetus capite truncatus narratur, quique Philippico Monothelita poſt vnius anni & ſex circiter menſium ſpatium, quo imperium tenuerat, oculis orbato atque in exilium relegato ſub Anaſtaſio optimo Principe Catholico, Philippici



V. Baron. ad Chriſti 711. 713. Theophan. Niceph.

A pici eiusque fautorum hoste acerrimo, illius tamen successore creato, apud exteros simul in exilio vitæ reliquæ salutem quærens eam in Beatricis Theodorici qui vltimus Cliuorum præfectus fuit, filiæ matrimonio reperit: Sed coniecturæ sunt, & non aliam, quam coniecturæ habere solent, merentur fidem. Fuit Theodorico vxor Mechtildis Dinslacensis. Verũ ad res hoc anno gestas, SANCTVMQ; Nostrum reuertamur. Mense Augusto inter S. ENGELBERTVM & Walramum Lutzenburgi comitem facto etiam compromisso de

B controuersia & successione Namurcensi, pactum interceßit his conceptum verbis.

Pacificatio inter S. Engelbertum & Walramum Lutzẽburgen.

Comes de Lutzenburg comites de Vianden, quos captiuarat, liberos & solutos sine omni conditione dimittet, hoc adiecto, quod si imposterum erga ipsos actionem ratione hominij, quo ei sunt astricti, eum habere contigerit, per hoc pacem non violabit. Item Henricus filius suus super hæreditate vxoris suæ se potestati & gratiæ Domini Archiepiscopi præcise submisit, ita quod nunquam illam repetet nisi de gratia & voluntate ipsius eam obtinere possit. Item memoratus comes de

C Lutzelenburg super causa quæ inter ipsum & comites Namurcens. vertitur se Domini Archiepiscopi submisit arbitrio, vt quicquid ipse mediantibus personis quas ad hoc assumpserit inde duxerit ordinandum, ratum teneat & inconuulsum. Insuper causam quæ inter eum, & de Hochsteden & Veldenze comites ventilatur Archiepiscopus amicabili compositione vel iustitia mediante decidet. Dominus autem Walramus, Henricus & Walramus filij sui iuramentum præstiterunt corporaliter, quod quæ præmissa sunt fideliter obseruabunt. Præterea

D Gerardus de Horne, Hermannus de Eylsloe, Alexander de Wilre, Theodericus de Hufalis, Wilhelmus Mor, & Vdo filius eius iurarunt, quod si prænominatus Dominus Walramus & filij sui contra præscriptam formam venerint, Domino Archiepiscopo contra ipsos tam diu assistent, vsque dum super omissis satisfecerint, condigne. Ad hæc Cuno de Rulant iurauit quod bona fide ad obseruantiam præmissorum ipsos monebit & inducet: Ad ampliorem etiam firmitatem Dux Brabantiæ, Seynensis, de Lon, & Fridericus de Isenberg comites; Theodericus vir nobilis de Heinsberg, fide data in manus Domini Archiepiscopi

S. Engelberto comitatus Montensis cedit.

S. Engelbertus arbiter super successione Namurcensi.

S. Engelb. iudex inter com. de Hochsteden & Veldenze.

Adiutores fœderis Lutzenburgici.

scopi promiserunt, quod si Dominus Walramus & filij sui quæ prænotata sunt infregerint ipsi contra eos sibi vsque ad satisfactionem assistent. Ad huius autem facti robur & euidentiam præsenti paginæ Domini Archiepiscopi & ipsius Comitis de Lutzelenburg sigilla sunt appensa. A

S.Engelb. benefacit Canonicis suis Seuerinianis.

Hîc non prætereunda, quæ S. NOSTER particulatim Ecclesiis hoc anno contulit beneficia. Principio Canonicis S. Seuerini, quorum Præpositum aliquando egerat ob peculiarem, quo ipsos prosequebatur, *fauorem, in remedium animæ & memoriam sui ibidem perpetuo habendam, concessit centum & viginti iugera de sylua Hesholze, quæ in agros verterent, insuper & noualium decimas. Testibus Conrado Maiore Præposito & Archidiacono, Henrico Præposito Bonnensi, Henrico Præposito Carpensi, Theoderico de Brule Canonico Maioris Ecclesiæ in Colonia, Peregrino Notario, & Vinemaro Sacellanis Episcopi.* B

Fundatio Collegij Radensis prope Virsen.

Deinde Beatissimus Præsul noster, ex donatione Ernesti Sacerdotis de Suchtelen, erexit Collegium quatuor Canonicorum in Rode iuxta Virsen, præsentibus *Conrado Maiore Præposito Gozvvino * maiore Decano, Gosvvino Chorepiscopo eiusdem Ecclesiæ, Godefrido Capellario, Theoderico de Brule Capellano Episcopi, Henrico Præposito Carpano, Tegrino Notario, Gerardo comite Geldriæ, comite de Lon, Gerardo de Hurne, & sociis eius, Hermanno Nobili Aduocato, Hermanno Marschalco, Godefrido Camerario & alijs quam pluribus.* C

Nomina Procerum.

* *Borvvino.*

S.Engelb. dotat Ecclesiam in Questelberg.

Ecclesiæ quoque B. M. Virginis in Questelberg, hoc anno ENGELBERTUS *pro salute animæ suæ & perpetuâ sui memoriâ* iuxta antiquas literas *donauit patronatum Ecclesiæ in Medebach à Nobili viro Henrico de Brunnichusen acquisitum.* D

S.Engelb. dotat Brawiler.

Nobili item Abbatiæ S. Nicolai in Brawiler ad manus Godelsmanni de Fremmerstorff Abbatis liberaliter tradidit ius decimandi noualia in Asp, vt compensarentur damna superioribus scismatibus illata. *Huius rei testes sunt: Conradus maioris Ecclesiæ Præpositus & Archidiaconus, Gosvvinus maioris Ecclesiæ Decanus, & Archidia-*

A *chidiaconus, Arnoldus S. Gereonis Præpositus, Gerardus SS. Apostolorũ Decanus & Capellanus, Pelegrinus & Godefridus Notarij, Hermãnus Marschalcus, Theodericus Dapifer, Bruno Pincerna, Sifridus Camerarius, & alij quamplures: Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, indictione octaua, imperante Domino Friderico secundo, Anno Imperij eius primo.*

Hoc anno Otto Frisingensis Episcopus cuius aliquoties mentionem fecimus, obijt, cui successit Geroldus eiusdem Ecclesiæ Canonicus. *Chronica Augusten.* Otto Frisingensis.

B

Caput Quintum.

In quo Imperij & Henrici pueri cura S. ENGELBERTO *commissa. Henrici item Coronatio & S. Viri Magnificentia, aliæq; præclaræ virtutes recensentur.*

C FRiderico Rege ab Honorio in Imperatorem coronato, cum intrasset regnum Siciliæ, audita Archiepiscopi sibi in Alemãnia bene noti probitate, per literas Imperiales regni negotia citra Alpes illi commisit, Henrici filij sui eum constituens tutorem, & totius regni Romani per Alemanniam prouisorem. Qui regni negotia non absque timore suscipiens, Reipublicæ tam vtilem & tam fidelem se exhibere studuit, vt de contingentibus vel modicum, vel nihil negligeret, & inuidus, vbi detractionis dentem figeret, in eius verbis vel actibus non inueniret. Congregatis principibus, Henricum puerum Aquisgrani in Regem consecrauit: quem nutriebat vt filium, & honorauit vt Dominum. Imperii negotia ei demandãtur. 1. *Mach.* 10.

D Cum quo & sine quo diuersas regni partes perlustrans, tantam fecit pacem, vt Augusti tempora crederes. Videntes huiusmodi virtutis opera prædones & dissensionis amatores, gloriæ pontificis, sicut de Ionatha legitur, inuidentes tabescebant: boni verò, & maximè negotiatores, ipsum laudantes & benedicentes Deum, pro concessa potestate glorificabant. Die quodam mercator quendam Archiepiscopum Imperij, ipso audiente, pro fide publica per quædam loca diœcesis eius interpellabat. Quam cum ille dare renueret, nobilium siue militum illic habitantium malitiam prætendens, glorioſus Archiepiscopus &

Dux Engelbertus, non Episcopo insultando, sed petenti compatiendo, ait: Dic mihi bone vir, audesne te committere conductui meo? Respondente illo constanter, Etiam Domine: subiunxit Machabæus noster: Sume istam chirothecam, & si necesse habueris, pro signo ostendas: & si aliquid tibi vi sublatum fuerit, ego tibi omne damnum restituam. Et fecit sic, gratia signi, imo timore Episcopi, sua securus deducens. Sicut scriptum est de Iuda, Similis factus est leoni in operibus suis, & protegebat castra Israel, id est, bona Ecclesiæ sibi commissæ gladio suo. Natura leonis esse dicitur, vt prostratis parcat, & erectos inuadat. Nouerat leo noster, Machabæus noster, tum ex nobilitate naturæ, tum ex zelo iustitiæ parcere subiectis, & debellare superbos. Erat enim defensor afflictorum, & malleus tyrannorum, magnanimus & humilis, gloriosus & affabilis, rigidus & lenis, multa pro tempore dissimulans, & cum minus speraretur, ad vindictam se accingens. Acceperat autem cum Episcopatu gladium spiritualem, & cum Ducatu gladium materialem. Vtroque gladio rebelles coercuit, quosdam excommunicando, quosdam per militiam debellando. Sic Machabæus prius proprio in deiectione inimicorum deinde Apollonij gladio legitur pugnasse. Et quid eius laudi immorer, cum gloria, diuitijs & potentia, sicut de Salomone legitur, omnes supergressus sit pontifices, qui ante eum fuerunt in Colonia: excepto Brunone primo, cuius gratia Ducatus Episcopatui per Ottonem primum Imperatorem, cuius frater erat, additus est? In rebus exterioribus & fama sub nullo pontifice vsque ad diem hanc, tantum Ecclesia Colonienſis profecit, quantum sub Engelberto. Prædia plurima simul & feuda, Ecclesiæ diu subtracta, & à multis eius antecessoribus siue per torporem, siue per inualetudinem neglecta, ipse per iudicium & sententiam recuperauit. Puto tamen, quod iudicio vel sententia modicum profeciſſet, si animi virtus & militiæ robur illi defuisset. Præter redditus Episcopales, post mortem fratris tenebat terram patris, de qua habebat ministeriales multos & redditus magnos. Ob quam causam Ducis Walrami, cuius filius Henricus filiam Adolphi Comitis duxerat vxorem, contra se non modicam excitauerat inuidiam: sopita tamen omnia fuerant tali pacto interuenire, vt Dominus Episcopus, quoad viueret, teneret terram: ille vero ab eo singulis annis in pecunijs reciperet pensionem. Præterea feudis multis ac prædijs diuersis Ecclesiam Colonienſem ditauit & sublimauit, terminos eius ciuitatibus, castris & possessionibus ampliauit. Quædam

1. *Mach.* 3.

Præclarę eius virtutes

Ibidem.

3. *Reg.* 3.

* Scilicet Lotharingiæ. Vt vult Chron. Mag. Belg. fol. 80. lin. 25. & 50.

Auget opes Ecclesiæ Colonienſis.

A B C D

dam ex his de nouo ædificauit, quædam renouauit, nonnulla pecunia
A comparauit. In quibusdam ciuitatibus & turribus suis, turrita satisque pulchra construxit palatia. Henricus Dux Lotharingiæ & princeps Imperij, probitate præsulis attractus & illectus, & quia prudens esset in consilio, & validus in auxilio, quædam sua prædia, quæ hic nominare necesse non est, de manibus præsulis Engelberti iure feudali suscepit, tanto pontifici eiusque Ecclesiæ volens arctius adstringi, & bonis proprijs ab eo gaudens beneficiari.

Godefr. At Mutius lib. 20. Chron.

Notatio ad Caput Quintum.

B

ANno 1220. Fridericus Rex habitis Francofurti Comitijs & filio suo Henrico Principibus Imperij commendato in Italiam abijt, in festo S. Ceciliæ ab Honorio tertio Imperij diadema ritu solemni recepit; inde in Siciliam iter fecit. Deinceps verò Henricum, quem Francofutti vniuersi Imperii principum fidei permiserat, præaliis ENGELBERTI NOSTRI curæ cum administratione regni cis Alpes Imperialibus literis demandauit. Ideo vir SANCTVS apud
C Godefridū Panthaleonitā ad annum 1225. Regni Teutonici gubernacula tenuisse dicitur, atq; in Augustēsibus Chronicis vir magnæ prouidētiæ & tutor Regis audit. Cōfirmat id ipsū Leuoldus à Northoff in Chronicis Marcanis, *Henricū*, inquiēs, ENGELEERTVS *Archiepiscopus Colonienſis Aquis in Regem coronat, ipsumque & totum regimen suscipit in tutelam.* Non possum hîc reticere pietatem S. ENGELBERTI, quam grauissimis
D etiam reipublicæ negotiis districtus, hoc eodem tempore omnium oculis subiecit. Videbat SANCTVS NOSTER à monasterio Porcetano disciplinam religiosam exulare, in eius restituendæ exardescebat desiderio. Auctoritate ergo sedis Apostolicæ dissolutum Monasterium virginibus Cistertiensis instituti ex monte Saluatoris plus minus quinquaginta adductis tradit, atque in eas totum ius transfert, *vt refert Beckius in Aquisgrano c.* 11.

Mogunti æ vult conuocatos Imperij proceres.

Fridericus S. Engelberto Hēricum filiū committit.

S. Engelbertus Prorex.

S.Engelb. Pacificus.

Magnanimus.

Humilis.

Iustus.

Mansuetus

Quæ porrò in hoc capite de pace firmissima (quo epitheto Godefridus *ad Annum* 1225. §. *item ipso anno 7. Id. Nouemb. circa finem vtitur.*) terris Imperij ab eo conciliata, de chirotheca præsidii loco mercatori data, de defensione afflictorum & repressione tyrannorum; de magnanimitate, & animi submissione, magnificentia, & affabilitate; rigore iuxta & lenitate SANCTISSIMI PRINCIPIS, celebrantur, non existimet quispiam, hæc primum ab illo virtutum decora comparata, cum ad honorem eius curatio Henrici Imperatoris filii, Germaniæque administratio illi est commissa, quippe & antea in Archiepiscopatu suo & Electoratu harum virtutum ornamentis fuit excultus. A B

De pace à SANCTO NOSTRO promota in suis maximè prouinciis, etiam illo tempore rumor Hierosolymarum tenus increbuit. Vnde iucunda illa Oliueri Scholastici sub finem literarum suarum de captura Damiatæ acclamatio. *Tu Colonia ciuitas Sanctorum vt quæ in hortis rosarum martyrum; liliorum virginum, violarum confessorum nunc pace temporali, per venerabilem Archiepiscopum vestrum gaudens habitas pro deuotione filiarum tuarum, flecte genua cordis tui coram Altissimo, qui vitæ & mortis habet imperium &c.* Sed pergamus ad reliqua. C

Amplificator diœcesis,

Castrum Turrinũ emit S. Engelbertus.

Godefr. ad annũ 1225. *circa finem.*

Inter alia præclara facinora extollit Auctor studium viri Sancti in augendis opibus Ecclesiæ Colonienſis, recuperatione prædiorum simul & feudorum vel quondam Ecclesiâ de possessione deiectâ, occupatorum, vel per torporem aut impotentiam neglectorum, atque in adiectione nouorum bonorum etiam Ciuitatum ac Castrorum munitorum, aut demum in eorum facienda maiori accessione. Nam inter cætera castrum Turrinum nobili Germaniæ fluuio Mosellæ adiacens, latibulum prædonum, maximo Ecclesiæ Patriæque bono comparatum, Ecclesiæ Colonienſis posteritati reliquit. Ad eundem Beatissimi Præsulis feruorem etiam accen- D

sendus

A sendus est Ecclesiasticæ libertatis defendendæ zelus, contra Aduocatos potissimum, quibus obsistere ab initio regiminis cœpit, nec vnquam imposterum desiuit. Honorius Pontifex maximus zelum hunc trino diplomate insigniter acuit viamque ad futurum Martyrium strauit. Extant literæ Pontificiæ in Archæo Illustrissimi Capituli Metropolitani in palatio Lateranensi Kalend. & Id. Martij 1221. signatæ.

Zelus S. Engelberti contra Aduocatos.

1221.

B



Literæ primæ decretales Honorij Tertij contra Aduocatos iure clientelarj abutentes.

C HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus. Archiepiscopo Colonienſi & eius suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem. Si Ecclesiarum Aduocati significatum sui nominis attenderent, vt deberent, studerent eas ob reuerentiam Aduocati cœlestis, cui speciali titulo sunt adscriptæ fouere beneficiis & viribus defensare, sed quod dolentes referimus nonnulli eorum habentes

Officium Aduocatorum der Schirmherren.

D velamen malitiæ libertatem in bonis Ecclesiasticis in quibus aduocationis ius obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt vt prædones quod Ecclesiæ Colonienſis prouinciæ iugi-

NB. Sũma mala Ecclesiis illata fuerunt per Aduocatos, sed Aduocatos sua mãsit à Deo vindicta, prout

ex historijs nostræ Patriæ poterit demonstrari.

ter experiri coguntur, sicut earum nobis A
transmissa conquestio patefacit. Quia igitur
z elus nos comedit domus Dei, Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta mandamus: quatenus singuli prosequentes proprium interesse, & quasi collo vno & humero vno Ecclesiarum onera comportantes Aduocatos ipsos vt contenti iustis & ab antiquo statutis stipendijs ab Ecclesiarum molestiis conquiescant, moneatis prudenter & efficaciter indu- B
catis: Quod si forsan vestris monitis non acquieuerint ne medicinalis Petri gladius in manu vestra torpere rubigine videatur, in eos iuxta quantitatem & qualitatem culparum intendatis, & remittatis, appellatione postposità, rigorem Ecclesiasticæ disciplinæ; ita quod Ecclesiæ ab huiusmodi oppressione respirent & Vos exinde mereamini apud Deum & homines commendari. Datum Lateranen. Kalen. Martij C
Pontificatus nostri anno quinto.

Secundæ literæ Honorij in Aduocatos Ecclesiarum.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus..... Archiepiscopo Colonienſi & suffraganeis eius salutem & Apostolicam benedictionem. Cum plerique Aduocati Ecclesiarum aduocationis obsequium conuertentes in Dominationis abusum, Ecclesias ipsas op- D
primant & affligant: Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus Ecclesias vestrarum Diœcesium humano amore ac mundano timore postpositis ab Aduocatorum vexationibus taliter defendere studeatis, quod per studium vestrum à suis possint angustijs respirare, Nosque sollicitudinem vestram commendare merito debeamus. Ad hæc si quas Aduocatias vacare contigerit, expressè inhi-

Aduocatiæ vacantes inhibentur conferri.

beatis

A beatis Ecclesiis, ad quas spectant ne illas conferre præsumant, sed suis curent vsibus applicare: illud districtius inhibentes, ne vna Ecclesia plures Aduocatos assumat, cum ministerium Aduocatorum huiusmodi quod ad Ecclesiarum tranquillitatem noscitur, fuisse prouisum, ad vexationem ipsarum per eorum vsurpationes constet esse conuersum. Datum Lateranen. Idus Martii Pontificatus nostri anno quinto.

B Tertiæ eiusdem Pontificis literæ quibus inhibentur Aduocatiarum oppignorationes.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus.....Archiepiscopo Colonien. & suffraganeis eius & dilectis filiis, aliis Ecclesiarum Prælatis per Colonienſ. Prouinciam constitutis, salutem & Apostolicam
C benedictionem. Cum sæpe contingat aduocatos, Aduocatias quas in Ecclesiis obtinent, aliis titulo pignoris obligare, in Ecclesiarum ipsarum non modicam læsionem nos idemnitati Ecclesiarum nostrarum paterna volentes sollicitudine præcauere Vobis præsentium auctoritate concedimus vt si aduocati Ecclesiarum vestrarum aduocatias suas vobis obligare voluerint pignori, vos eas recipere valeatis nec fructus
D prouenientes ex eis in sortem teneamini computare. Hi autem qui eas obligauerint, à seruitio in quo vobis pro Aduocatijs tenebantur, interim sint immunes. Datum Lateranen. Kal. Martii anno Pontificatus nostri quinto.

Aduocati vbi ius aduocationis prætendũt nõ possint oppignorationes facere.

Videtur Aduocatorum insolentia non solum in Diœcesi Colonienſi, sed & alibi in Germania valdè eo tempore inualuisse, vt non immeritò in eosdem insurrexerit Honorius Pontifex. Anno enim 1220. Conradi comitis Sylueſtris de

Aduocatorum insolentiæ.

de Dunen vulgo Wiltgraff caput Sifridus Moguntinus Archiepiscopus diris deuouit, eiusque territorio, quàm longe A comitatus fines pertinent, sacrificiis interdixit, quod Aduocationem in Reimbach reclamantibus Henrico Præposito, Canonicisque maioris Ecclesiæ Moguntinæ sibi arrogasset. Verùm hoc pacto sibi reconciliantur, vt comes receptis à Canonicis centum marcis argenti abdicet se aduocatione. *Hæc Pater Serrarius in historia Moguntina.*



Vide Cæsar. lib. dial. 2. c. 26. & cap. 27. refert de alia Iudæa baptizata in Lintz ad Rhenũ circa ann. 1219.

Hoc tempore puella quædam Hebræa, B per cultum Deiparæ mirabiliter ad fidem Christianam, & ad virginitatis seruandæ propositum inducta est. Quinquennis enim Coloniæ in domo Parentum ad Christianos C affici cœpit. Beatæque Mariæ nomen magna cum lætitia audire gestiebat, ideoque de mensa parentum panem latenter surreptum pueris mendicis Mariæ nomen vsurpantibus erogabat. Deinde Louanium cum Parentibus veniens, à quodam presbytero Raynerio, qui Duci Louanensi à sacris erat, fidei Christianæ articulos clam edocta, tantâ eos auiditate excipiebat, D vt Raynerus & quædam pia mulier vix eius desiderio satisfacere possent. Quibus auditis, parentes eam in Prouinciam transrhenanam mittere sponsoque educandam committere decreuerant. Id puella Presbytero indicauit, adiecitque, si eam saluam vellet, vt eadem nocte ipsam raperet, & Christianis imbueret sacris. Mansit ea nocte in domo parentum, oblita eorum, quæ cum Presbytero condixerat. Tum dormienti

A mienti S. Deipara in veste candida apparuit, virgamq; splendidã illi porrigẽs præcepit: Surget, inquiẽs, Catharina, & iter arripe: grandis enim tibi restat via; Rachel virgam prehẽdere credens, è lecto cecidit, & expergefacta Presbyterum adiuit, à quo ad monasterium virginum Cistertiensis instituti, quod Pratum Dominicum dicebatur, dimidia leuca à Louanio disiunctum adducta, Sacro baptismi fonte abluta nomen Catharinæ à Dei Matre sibi impositum & habitum Monialium assumpsit. Egerunt parentes apud Hugonem Leodiensem
B Episcopum & Honorium Summum Pontificem, vt ad duodecimum vsque annum in eorum domo educaretur. Cæterum ipsa septennis coram Episcopo causam suam ita sapienter & constanter egit, vt aduersarios omnes rubore suffuderit & ad monasterium reuerterit. Submiserant parentes Iudæum quendam adolescentem, qui simulato fidei Christianæ desiderio baptismum susceperat, petieratque, vt cum ea quasi cognatâ de rebus fidei liceret differere; at illa fraudem
C odorata, subdolum impostorem contempsit, neque aspectu dignata est, illud ad imaginem Deiparæ, cui genua submittebat, sæpius prolocuta; Ego paupercula, pupilla & indigna ad te Dominam meam & cognatam accedo, Tu sola præ omnibus esto mihi refugium & solatium. His tentationibus ope D. Virginis depulsis, in eodem cœnobio sanctam vitam duxit. *Thom. Cantipratan. lib. 2. cap. 29. p. 14.* Hugo vero Leo-
D dienſis Episcopus quòd nonnihil parentum Iudæorum voluntati concessisset, in prouinciali Colonienſi Synodo, post institutam apud S. ENGELBERTVM accusationem, acribus verbis castigatus, ex inhibitione SANCTI nostri parthenoni amplius propter puellam iam Christo dicatam molestus esse desiit teste *Cæsario lib. 2. cap. 26.* Hinc elucet, quantus fuerit viri sancti ardor in tutanda immunitate personarum & locorum Sanctorum.

S. Engelbertus Leodiensẽ Episcopũ in synodo corrigit.

S. Engelb. immunitatem Ecclesiasticam tuetur.



A

Decretũ S. Engelberti de custodia sacrorũ vasorum.

Saluberrimum quoque his temporibus decretum à Pontifice nostro vigilantissimo circa clausuram tabernaculi, quo sacra reponitur hostia, in synodo Diœcesana prolatum emanauit. Occasionem huius decreti in hunc sensum enarrat *Cæsarius lib. 9. de Eucharistia cap. 52.* Haud adeo longum est, cum quidam sub specie religionis visitantes Diœcesim Colonien sem, ex diuersis Ecclesijs sacram furarentur hostiam: de reliquis ornamentis, calicibus scilicet, B

Cæsar. lib. 5. dial. c. 21. etiã refert ad annũ 1222. de sacrilegijs apud Traiectũ inferius.

libris siue indumentis sacerdotalibus nihil soliciti. Prouincia nostra ab Horum vno in scelere deprehenso, atque vbinam venerabile Christi corpus reliquisset, rogato, responsum abstulit, in lutum se illud abiecisse, ideoque infœlix arbor misero suspendium præbuit, vnde in stygias deturbatus est paludes. Proximâ vero superiore synodo à D. ENGELBERTO Episcopo in mandatis datum est, vt in omnibus Diœceses suæ templis, venerabilis hostia concluſa seruetur:] Quia vero huius synodi à Sancto ENGELBERTO celebratæ decreta C

Sinodus Engelbertina.

non exstant, nec dabitur mihi etiam, rem gestam suis anni temporibus adscribere; Ex Cæsario tamen licet colligere, illam hoc vel sequenti anno contigisse: Quod proximè conuentus ille fuerit celebratus ab anno 1222. quo ille libros de miraculis comprehensos sub distinctionum titulo, cuius cõplexu & hic de Eucharistia elaboratus continetur, elucubrauit. Non autem proximè diceretur celebratus, nisi vel 20. D

Dominicani & Franciscani Colonię sub S. Engelberto.

vel certè 21. anno contigisset.

Hoc eodem anno Patres Prædicatores Coloniam ingressos, à B. ENGELBERTO ardenti charitatis affectu susceptos esse, Chronographus Colonien sis, & manuscriptus Brawilerensis testatum reliquerunt: vnde huic & sequentibus tribus annis adscribenda sunt, quæ de SANCTI nostri patrocinio, quo religiosi Patres institutorum SS. Dominici & Fran-

Vide infra cap. 7. lib. 1.

ciſci

A ciſci vſi ſunt, afferuntur à Cæſario. Hîc verò inſerüi, vt ſua Chronologiæ conſtet ratio. His ijſdem temporibus SANCTVS noſter publicis regni ciſalpini negotijs illaqueatus, Hermannum Bonnenſem Decanum, & Godeſchalcum Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, Romam ad impetrandam relaxationem vinculi crucis ablegauit, ſed fruſtra. *Vide Cæſarium lib. 3. dial. cap. 33.* Adeo tenax erat concepti de liberandâ terra ſancta propoſiti Honorius, vt & Archiepiſcopũ Diœceten Regium ſeu Regis Regniq; curatorem, & adminiſtratorem

B hac obligatione ſoluere detrectarit, Maiorum ſcilicet exemplo, qui Imperatores ipſos, ſupremos Eccleſiæ in terris aduocatos, haud vnquam ſtimulare deſtiterunt, quin ab ijs locus, (in quo verſatus ille, qui cum eſſet Deus, non rapinam arbitratus eſt formam ſerui ad nos liberandos accipere,) à ſpurcitie & barbarorum impietate purgaretur. Sed & hîc quanta viro ſancto religio fuerit, videre eſt ex publicæ rei adminiſtratione, eiuſque impedimentis, quibus ſe nihil excuſa-

C tum credidit, vt eapropter ad illum, cui poteſtas eſt ligandi & ſoluendi datâ legatione perfugeret. Et quamuis hæc ipſius ad Honorium legatio de obligationis diſſolutione tunc fuerit inanis: Hoc tamen effecit, vt eius obligatio crucis, auctoritate Pontificiâ commutaretur, quemadmodum conſtat ex his, quæ libro 2. c. 8. editionis Surianæ omiſſa ex mſc. reſtitui, vbi id apertè traditur his verbis: *propter neceſsitatem communem detentus, Domino Papa Honorio diſpenſante, pro ſe milites miſit, cum ſumptibus magnis; Quin imo & ante mortem B. Martyr*

D *renunciare negotijs regni propoſuerat, & pro peccatis ſuis Perſonaliter transfretare:*] *Hactenus illic*; Deinde non incongruè & illud pro viri ſancti expurgatione, ſi quod forſan vinculum ob ſuſceptæ crucis obligationem, ſed non ſolutam, inhæſit, vſurpare poſſumus, quod B. Auguſtinum de Cypriano martyre dixiſſe S. Thomas *3. part. quæſt. 64. art. 9. ad 2.* teſtatur: *vt*

Relaxatio vinculi S. Crucis petitur à S. Engelberto.

Zelus Pontificius.

Religio S. Engelberti

Diſpẽſatio ſuper cruciata.

charitatis, quâ excellebat, luce, obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. A

De Ducatu Lotharingico.

Cæterum quod in capite 5. refertur industriâ B. Brunonis & liberalitate Ottonis primi Ducatum Episcopatui Colonienſi accessisse, de eo fusè copioseque in notis ad vitam Brunonis: quas suo tempore Lector videbit.

Confœderatio Lotharingica cum Ecclesia Colonienſi.

Quæ verò sub finem c. 5. attexuntur de fœdere Henrici Lotharingiæ Ducis icto cum Sancto nostro, & de feudali iure, quo idem Sancto nostro obligatus erat, illustre de ijs prostat in tabulario testimonium, quod vt suprà in notis ad annum 1217. c. 3. quo ex serie temporis proprie spectabat, promisi, hic, secutus auctorem nostrum, affero. Est autem huiusmodi. B

Henricus Dei Gratia, Dux Lotharingiæ vniuersis præsens scriptum intuentibus salutem in Domino. Ne rei gestæ finem consumat obliuio, solent ea quæ acta sunt literarum indicijs æternari. Inde est quod notum facimus præsentibus & futuris, quod ab antiquo inter Nos & terram Nostram ex vna parte, & Episcopum Colonienſem & Ecclesiam ex altera parte confœderata est dilectio & confirmata confœderatio, vt nullæ aliorum hominum amicitiæ vel discordiæ possint huius dilectionis indissolubile vinculum dissipare. Nos igitur hanc amicitiæ confœderationem innouare & corroborare volentes, de consilio hominum nostrorum Domino nostro ENGELBERTO Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ electo promisimus iuramento firmantes, quod ipsi ad conseruanda iura & libertatem Ecclesiæ suæ, cui ratione hominij sumus obligati, contra omnem personam fideliter assistemus, ipse quoque Nobis vice versa pollicitus est iuramento, quod Nobis in iure Nostro contra omnem hominem suum efficaciter auxilium impendet. Ad huius igitur facti robur ac euidentiam, fecimus conscribi hanc paginam, & sigilli nostri appositione communiri. C D

Testes fœderis Lotharingici.

Testes sunt Gerardus comes Geldriæ, Walterus Bertolt & Ægidius frater suus, Arnoldus de Dyst, Leonius Castellanus Bruxellenſis, Goswinus de Gorenkurt, Arnoldus de Walheim, Rubinus de Tillimunt, & alij quam plures. Acta sunt hæc Coloniæ, Anno Dominicæ incarnationis 1217. 3 Nonas Iulij.

Fuit

Henricus Antwerpiensis Marchio.

A Fuit hic Henricus Dux Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ, quin & Marchionis Antvverpiensis titulo insigniebatur, de quo qui accurate multa desiderat, is D. Miræi Stemmata, donationes & diplomata Belgica lustret.



Literæ fœderis S. Engelberti

B Quas vero S. ENGELBERTVS Henrico dedit mutuæ fidei suæ literas, his conceptæ sunt verbis.

ENGELBERTVS Dei Gratia Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Electus, omnibus præsentem chartulam intuentibus salutem in Domino. Ad C omnem dubietatis scrupulum resecandum vniuersorum notitiæ præsenti scripto cupimus declarari, quod Nos vinculum amicitiæ indissolubilis inter Ecclesiam Colonienſem & Henricum Ducem Lotharingiæ, suosque progenitores ab antiquo habitæ, innouare inuicem & corroborare volentes, ipsi de consilio Priorum & fidelium nostrorum, promisimus iuramento firmantes, quod contra omnem hominem.....assistemus eidem, vtpote dilecto & fideli Nostro, de cuius fidei puritate certa colligimus & certa habemus argumenta, Ipse quoque præsentibus tam nostris quam Đ Suis fidelibus versa vice nobis pollicitus est, iuramento quod Nobis ad conseruanda iura & libertatem Ecclesiæ Colonienſis erga quamlibet personam auxilium suum efficaciter impendet. Ad huius igitur facti robur, & euidentiam præsenti paginæ sigillum Nostrum & Ecclesiæ Colonienſis fecimus appendi. Testes sunt Theodericus maior Præpositus, Conradus maior Decanus in Colonia, Gerardus Præpositus SS. Apostolorum, Gerardus Præpositus S. Mariæ de Gradibus, Gerardus comes Geldrienſis, Adolphus comes de Altena, Otto de Wickerode, Gerardus de Randerode, Hermannus Aduocatus Colonienſis,

Quam fuerit continuũ fœdus Ecclesiæ Colonienſis cũ Brabãtis Videpag. 29. 47. & 41. huius opusculi.

Testes fœderis à S. Engelberto initi.

sis, Hermannus Marschalcus de Aluetre, Theodericus Dapifer, Bruno Pincerna, Franco de Rothe, & alij quam plures. Acta sunt hæc Coloniæ, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo ducentesimo decimo septimo tertio Nonas Iulij. A

Donatio Esch per S. Engelbertvm.

Honorius Papa, diplomate Verulis sub hunc annum dato, ratam habuit donationem villæ Aschat, quâ S. Engelbertvs Monasterium Capellense ditauerat: Hanc tamen ipsam nouo postmodum contractu Capitulum Metropolitanum sibi acquisiuit. Infelix huius anni autumnus occasionem dedit Ioanni Hierosolymorum Regi ad Honorium prius, deinde ad S. Engelbertum Germanici Regni Administratorem perfugiendi, vt etiam ex Cæsario, *sequenti Capitulo* videbimus. Ad diem siquidem octauum Septemb. Cruce signati in Ægypto Damiatam amiserunt, atque vniuersa Ægypto, magna cum ignominia Christianorum excesserunt. Ita cesserat consilium Pelagij Sedis Apostolicæ Legati, suadentis Cairum, seu Memphim vel Babyloniam Vrbem Regiam occupari. Detrectabat id quidem Ioannes Brennus Hierosolymorum Rex, quòd non ad expugnandam Ægyptum, sed Palæstinam recuperandam milites conscripsisset. Verum metuens diris caput suum deuouendum, cum 70. hominū millibus, Idibus Quintilibus Cairum profectus, vbi Sultanus copijs suis diuisis viarum aditus, quibus Cruce signati transierant, adeo insedit, vt cum omni commeatu aduehendo, tum subsidio ferendo prohiberentur: à milite nostro hostis sæpè ad pugnam lacessitus eam subterfugit. Tumefacto Nilo cataractisque obiectis aqua terram inundans post duorum mensium interuallum equis nostris pabulum negauit, omniaque in castris stramenta destruxit. Ad hæc milites nostri re frumentaria laborare B

Cruce signati nostri perdūt Damiatam in Nili ostio vrbē. C



D

A rare cœperunt; Vix enim quo triduum victitarent, reliquum habebant: Vnde sacrum inter & Saxum hærentibus nec locus relinquebatur ab aquarum inundatione, nec Damiatam reditus patebat, hoste omnes vias obsidente: nec animus erat amplius cum hoste congrediendi. Mirabile dictu, cum nostri iam ab infidelibus quasi capti tenerentur, Sulthanus ad Regem atque Apostolicum Legatum missis nuncijs pacem obtulit. Tandem post multa, in hoc conuentum, vt Christiani vrbem Damiatam Sarracenis restituerent, & Sulthanus par-
B tem Crucis Dominicæ ab Hierosolymis absportatam Christianis redderet, & captiuis viciſſim liberatis, Christiani Acam, Tyrumque redirent, quibus vrbibus earumque opibus pax 8. annis esset cum Turca Sarracenoque seruanda. Præterea Sulthanus cognita illorum inopia illis liberaliter subuenit, donec Damiatam attingerent, quam die Natiuitatis Deiparæ cum cæteris reliquêre, & iuxta fluuium in ten-
C torijs consedére. Cui multitudini in Palæstinam deuehendæ cum naues non sufficerent, ipsemet Sultanus dato filio suo securitatis obside, naues suppeditauit, quibus irent in Palæstinam. Christianorum verò Duces conuasatis omnibus in Italiam rediere, quos Ioannes Brennus, dispositis, vt potuit, rebus, subsecutus, perbenigniter ab Honorio susceptus, magnisque muneribus ornatus est. Refert paulò aliter Godefridus, nimirum: ex quotidianis velitationibus plurimos Gentilium cecidisse, paucis Christianorum desideratis, ideo-
D que ira accensos gentiles septingentas & quinquaginta Christianorum naues cum hominibus & omni penu, græco igne combussisse, nostros verò continuis hostium incursibus & aquarum inundatione fractos cum Soldano conuenisse, vt Christianis ab ipso, vel fratre eius Coradino captis libertati suæ restitutis, ipse reciperet Damiatam. Annuit Soldanus redditisq; Christianis Damiatam recepit. Subijcit Gode-

Beneuolẽtia hominis Barbari in hostem.

Godefridus: Ex hoc liquet certissimè peccata in hanc miseriam Christianos traxisse: quod prius Soldanus eis obtulerat se Regnum Hierusalem restituturum, vrbem instauraturum, Damiatam relicturum cum adiacente regione ad 20. milliaria, ne vlterius in terras suas irruerent. A

1222. Coronatio Regis Romani Henrici VII. per S. Engelbertum.

Anno 1222. VIII. Id. Maij, quæ fuit *Dominica ante Ascensionem Domini*) S. ENGELBERTVS Henricum eius nominis septimum, adhuc puerum decēnem Friderici Secundi filiū, Henrici Sexti Nepotem, Friderici Barbarossæ Pronepotem, cuius ipse curam gerebat, in consortem Paterni Imperij, Regijs insignibus & honore apud Aquas Graneas inaugurauit. Magnates qui solennitati adfuerunt, referuntur à D. Miræo in donationibus Belgicis, c. 93. in literis priuilegiorum Henrico Lotharingiæ & Brabantiæ Duci ab Henrico Rege concessorum: Sifridus Moguntinus, ENGELBERTVS Colonienſis, Theodericus Treuirensis Archiepiscopi, Conradus Metensis, & Spirensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, Episcopi quoque Herbipolensis & Augustanus, *Hugo Leodiensis Episcopus teste Aegidio aureæ vallis Monacho*, Godefridus comes de Dyst, comes Palatinus Rheni, comes Ludovvicus de Wertenberge, Adolphus comes de Marcka, Fride-



B

C

Magnates qui coronationi interfuerunt.

NB. Comes de Marcka.

Fridericus comes de Altena, D. de Hinsberg, Lotharius co-
A mes de Hochsteden, comes de Castele, Henricus Dapifer de Walpurg, Pincerna de Syp (*Forsan Scipfen*) Wernerus Boland, Gerardus de Senceka &c. *Fallitur ergo fragmentum M. Alberti Argentinensis Chronicis præfixum, quod vult Henricum puerum diademate redimitum ab Ottone Herbipolensi Episcopo electo, ipsiusq; illum tutelæ fuisse commendatum.*

Attendarienſiũ priuilegia per S. Engelbertum.

ENGELEERTVS quoque noster pro sua erga subditos beneuolentia, & studio suæ Diœcesis amplificandæ, oppi-
B dum Attendarienſe nouis aggeribus hoc anno circumuallauit, eiusque loci incolas Susatensibus exæquauit. Extat eius rei diploma, quo ait: *se ex suscepti regiminis officio omnium in Diœcesi & Ducatu suo constitutorum defensioni & commodis intendere, ampliori attamen sollicitudine eorum promotioni ac quieti insistere, qui Ecclesiæ Colonienſi propensiori fidelitatis nexu fuerint astricti, obligatum esse.* Ideoque à propensiori in Ecclesiam Co-
C lonienſem voluntate ciues Attendarienſes sibi commendatos & vallis & iure ciuitatis Susatensis donat atque honorat. Alij quoque per Diœcesin hoc tempore beneuolum Sancti nostri animum experti sunt. Nam apud Susatenses Xenodochij patrocinium suscepit. Deinde Benedictæ, Sanctarum vndecies mille Virginum Coloniæ Antistiti, *coram Sculteto*, vt inquiunt literę, *& Scabinis in Kempene Cerecẽsuales Hagenses cessit.* Qui Cerecensuales dicantur, notabo ad caput septimum huius libri. Cessionis testes nominant tabulæ, *Theodericum*
D *Lyschanck, Henricum VVelbecke, Hermannum de Hulsen, Theodericum de Kurck, Ioannem de Handen, Henricum de Garpaphen, & alios.*

NB. Susatẽses tum parebãt S. Engelberto quod infra libr. 2. c. 2. deducetur latius.

Hospitale Susatense per S. Engelbertũ.

Collegium 11000. Virginum honoratur à S. Engelberto.

Caput Sextum.

Quo affectus Regum Hierosolymitani, Franciæ, Angliæ, Bohemiæque Daciæq; in S. Engelbertum ob virtutes, Barbaris etiam ab his iniectus timor, & in subditos viri Sancti Clementia describuntur.

Rex Hierusalem, Ann. 1214. vt habet Godef. Monach.

IOANNES Rex Hierosolymitanus propter eum, & cum eo Coloniam diuertit: vbi tam magnificè susceptus est, vt tam eius, quam ciuitatis gloriam admirari non sufficeret. Quod dictum est de Salomone, qui regnauit in Hierusalem, quod Reges terræ desiderauerunt videre faciem eius, & audire sapientiam eius, & obtulerunt ei munera: etiam de ipso exponi potest. Cognita eius sapientia atque potentia, & quod potentior esset imperio, Reges terræ Franciæ scilicet & Angliæ, Daciæ, Bohemiæ & Hungariæ, miserunt ei munera in auro & argento, gemmisque pretiosis eius adspectu & colloquio vel pro amicitia comparanda, vel pro diuersis causis & necessitatibus vti desiderantes. Hæc quæ à me in eius laude scripta sunt, qui legerit, & illius gesta viderit, dicere poterit, quod regina Saba Salomoni dixit: Probaui, inquit, quod media pars mihi nũciata non fuerit. Maior est sapiẽtia tua & opera, quã rumor, quem audiui. Fama nominis eius & operum iam vsque ad exteras nationes peruenerat, & timebant eum Sarraceni. Cui nomen Salomonis re vera congruebat, eo quod esset multum pacificus, pacem diligens, & pacem faciens. Gratia pacis reformandæ neque expensis, neque corpori pepercit. Vnde si beati pacifici, imo, quia beati, & ipse beatus est. Qui cum aliquando argueretur à religiosis, quare exactiones faceret in populum sibi subiectum, humiliter se excusauit, culpam recognouit, dicens sine pecunijs pacem se non posse facere in terris. Tempore quodam de tali materia conferens cum magistro Ioanne Abbate sancti Trudonis, aiebat: Magister, nostis quid facere cogitauerim? Respondente illo, Non Domine: subiunxit: Super omnes redditus meos duodecim scultetos ordinare disposui, vt illis cæteri administratores rationem reddant, & ex illis duodecim singulis mensibus singuli mihi meisque administrent, & ita non erit necesse, vt aliena rapiam, siue per exactiones aliquem grauem.

2. Par. 9. Aliique multi Reges.

3. Reg. 10.

Matth. 5. Non vult grauare suos exactionibus.

A B C D

Caput Septimum.

De septem donis Spiritus Sancti quibus S. Engelbertus ditatus fuit.

Testimoniũ Cõfessarij eius de illo.

DITAVERAT illum gratia diuina, secundum vsum exteriorem, spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis, nec deerat ei spiritus timoris Domini. Secundum vsum exteriorem dixi, eo quod spiritualiter sine charitate haberi nequeant.

A queant. Statum eius interiorem Deus nouit. Sed & quidam ex eius Capellanis, qui conscientiam eius nouerat, de ipso cum Abbate nostro conferens, sic ait: Licet Dominus meus secularis habeatur, non tamen intus talis est, qualis foris apparet. Sciatis eum multas occultas consolationes habere à Deo. Erat enim sapiens ad omnia, & intelligens. Sapienter ad omnia respondit, & quid quisque dicere vellet, facile intellexit. Cum veniissent Coloniam fratres de nouo Ordine Prædicatorum, necnon & fratres, qui dicuntur Minores, & graues quidam eis essent ex Clero, eisque coram Archiepiscopo Engelberto diuersa obijcerent, illos accusando, respondit: Quamdiu res in bono statu est, stare

B sinite. Cumque instarent tam primores, quam plebani, & dicerent: Timemus ne isti sint illi, de quibus Spiritus sanctus per os beatæ Hildegardis prophetauit, per quos Clerus affligetur, & ciuitas periclitabitur: verbum notabile respondit: Si diuinitus prophetatum est, necesse est vt impleatur, quo verbo compescuit omnes. Spiritu consilij sic abundabat, vt in consilijs dandis esset prouidus, & in responsionibus tam promptus, vt consiliarij eius sua paruipendentes consilia, mutuo dicerent: Dominus noster consilium suum in crumena sua portat. Spiritu fortitudinis ita pollebat, vt neque minis frangi, neque blanditijs facile

C flecti posset, os habens agninum, & cor leoninum. Hinc est, quod cum Dominus Conradus Episcopus Portuensis, & tunc temporis in Alemannia legatus, diceret prædicto Abbati Ioanni: Vnde est, quod Dominus Colonienſis ita timetur? respondit ille: Ex quadam gratia speciali Dei est. Spiritus scientiæ illi non deerat: quia tanto rationis vigebat acumine, vt prudenter inauditas & difficiles solueret quæstiones: quod, multo literatiores eo, facere non poterant. Cui etiam spiritus pietatis tantus inerat, vt, si in turbis positus, consideraret ex remoto Pauperem sibi loqui volentem, nutu, siue per nuncium, illum vocaret, & querimonijs eius cum multa patientia perauditis, efficaciter expedi-

D ret. Hoc sæpius illi contigisse certum est. Quam pleno sinu necessitatibus afflictorum sit compassus, subiecta declarant exempla.

Dominicani Frãciscani initio quid passi sint à Clero.

Prudens eius responsum.

Præclarum Dei donũ.

Rara virt°.

Notatio ad Caput Sextum & Septimum.

VT accuratè temporis seriem attexam, vtriusque capitis 6. & 7. Scholia coniungo. Cæsarius enim de materiâ,

non de tempore laborans, quædam capite septimo recensuit, A
tempore priora ijs, quæ capite sexto enarrantur.

6. Reges Daciæ.

1223. Anno reparatæ salutis supra millesimum ducentesimum, vicesimo tertio, ab Henrico Iuniore Rege, Northusij, *vel vt volunt alij, Barduici*, curia principum celebrata est: Vbi testibus Godefrid. & Crantzio. S. ENGELBERTVS Colonienſis Archiepiscopus de Rege Daniæ multum laborauit, vt vinculis solutus in libertatem pristinam assereretur, sed nihil obtinuit. B

Crantzius lib 7. Saxo. cap. 38.

Reges Daniæ captiui

Henricus enim Zuerinensis comes, deturbato Ioanne Gantz ex arce sua Grabou, Daniæ Regem Waldemarum (cum quo id Ioannes ex fuga sua conquestus fuerat) à se abalienauerat, ideoque iussu Regis per Albertum comitem de Orlemundo vicissim quibusdam ibi subiectis arcibus fuerat exutus. Atque vt publica accepta fide in Daniam, Regi vt reconciliaretur, profectus, graues reconciliationis sibi constitutas abstulerat conditiones, eaque seruatu difficiles; obseruauit tempus, quo ruri in insula Luithe, dilapsis, præter vnum vel alterum, in venatione (non verò in castris, quod per id temporis pacata omnia tenebantur) Regijs stipatoribus, Regem ipsiusque filium Regni successorem designatum, & diademate coronatum, in tentorio cum suis comprehensum, faucibus occlusis manibusque constrictis in nauim haud D
procul illinc disiunctam, sed proximam abduxit. Ita Regem noctu eremigans, nemine sentiente, vinculis cohibitum, nauigio suo auexit in Saxoniam, atque in munitissima arce Dannenberg diligenti custodia septum tenuit, donec post biennium extincto S. ENGELberto 45. marcarum argenti millibus, præter alia alijs amicis collata munera, se captum redimeret. Cepit ex captiuitate hac Regis Adolphus Iunior

Godefrid.

comes

A comes de Schovvenburg ope & auxilio parentis sui, Gerardi Bremensis Archiepiscopi, Henrici de Zvverino & Henrici de Werle comitum, atque aliorum, occasionem recuperandi patriam trans Albim terram, quam Rex Waldemarus anno superiore 1204. occupatam Alberto comiti de Orlemunde commiserat, ipsiusque fidei mandauerat. Albertus quidem infestis Adolphi Iunioris signis, signa intulit obuia, sed subsidio destitutus, in prælio ab Henrico Zvverinensi comite fuit interceptus, ac cum Rege Daniæ auunculo suo in
B custodijs biennium asseruatus. Rex ære se suo redimens, prior emissus est è custodia & vinculis leuatus. *Crantz. 7. Sax. 38. 39.* Hinc falli videtur Godefrid. qui vult ad annum 1224. post natalitia Domini Nostri celebrata, ab Alberto Orlemunde, cum Henrico comite castri cuiusdam obsidionem ad eius aduentum soluente, ducto in ipsum exercitu, multoque vtrinque fuso sanguine ac multis desideratis ab hora diei prima vsque ad vesperam Regi liberando fuisse certatum. Quo
C in certamine ipse Albertus cum pluribus Nobilibus in arcem Dannenberg captiuus sit abductus. Nam bellum ab Alberto non susceptum recuperatorium, de Rege recipiendo, vt hîc intendit Godefr. sed tantum defensorium contra Adolphum, omnia trans Albim recuperantem, vt auctor est *Crantzius d. loco.* Hactenus de Regis Dani captiuitate &c.

Olinghausen prope Arnsberg.

Tabulæ archiui Olinghausani in Westphalia monasterij
D piũ S. Engelberti in ipsum asceteriũ, affectũ produnt, quod inquiũt: *quemadmodũ, annis superioribus nimirũ octauo à Brunone & nono à Theoderico Colonienſium Archiepiſcopis, nonnulla plantatio Præmonſtratenſium in Olinghauſen ſub alas paternæ protectionis contra Aduocatos ſuſcepta fuit, ita anteceſſorum ſuorum præclaris inſiſtens veſtigijs Sanctus noſter* ENGELBERTVS *eiuſdem congregationis Olinghauſanæ clientelam hoc anno ſuſcepit, & ab omni onere & conditionis conſuetudine Aduocati alicuius vel aliquorum Aduocatorum*

S. Engelberti perpetuus zelus contra Aduocatos.

exemit, auctoritate sua decernens, vt ad ipsum tantum, ipsiusque successores inposterum perpetuum respectum habeat, ac locus cultui Diuino destinatus ab vniuersa secularis potestatis cura liber, in laudem & gloriam Redemptoris nostri exsurgat. A

Hoc eodem anno S. ENGELBERTVS quædam sub Philippo alijsque suis antecessoribus compositio seu ex pacto facta inter Ecclesias in Hustene & Olinghausen approbauit, literis à se datis, quarum initium & finem hic subijcio.

Officij nostri ratio deposcit, vt iura Ecclesiarum nostræ Diœcesis ab B
antecessoribus nostris ad nos ritè deuoluta, integra conseruemus, & rationabiliter emendata pro temporum veritate corroboremus.....actum Anno M.CC.XXIII. *Indictione* XI. *quinto Nonas Martij, die Dominicâ publicè in Capella Gosvvini Susatiæ præsidente Apostolicæ sedi Domino Honorio Papa tertio, regnante inuictissimo Romanorum Imperatore, Domino Friderico semper Augusto, præsentibus Henrico S. Seuerini Colonien. Thoma Sosatiensis Præpositis, Erpone Decano, Rudolpho Scholastico, Gerardo custode, Hartardo Cellerario, Henrico* C
Camerario, Ioanne Tiderico, Canonicis Sasatiens. Ludolpho S. Ceciliæ Canonico, Rudolpho Priore, Alberto in Olinghausen, & alijs quam pluribus fœliciter, Amen.

§. Super omnes reditus meos.

Capite sexto meminit Cæsarius duodecim Præfectorum, quos constituere decreuerat S. ENGELBERTVS: quod D
vt inquit Roleuinck: vtique fecit ad exemplum Diœcesis Monasterienſis in Westphalia, quæ in substantia temporalium deputatos habet à prima fundatione duodecim maiores officiarios cum curijs suis distinctis, partim Ecclesiæ partim ciuitatis Monasterienſis, adiunctis etiam sibi schultetis numero 48. qui simul faciunt cum eis sexaginta, præfecti substantiæ Pontificis iuxta exemplum Salomonis Regis Israel præbentes alimoniam Principi per singulos dies vnusquisque in mense suo. Hæc dum ita seruarentur omnes diuites atq; fœlices fuêre, nullusque locus querelæ aut iurgiorum patuit,

A tuit, sicque famosa ac celebris fuit hæc sancta obseruatio, vt diuæ memoriæ SANCTVS ENGELBERTVS Archiepiscopus Colonienſis Martyr hanc obseruantiam in sua Metropolitana Diœceſi introducere moliretur, licet sanctâ morte præpeditus ac martyrij laureâ coronatus id exequi nequiuerit: Hactenus Wernerus Roleuinckius Carthusianus in sua Westphalia cap. 9.

§. Quod cum Dñs Conradus Portuenſis.

1224. Conradus Portuenſis Episcopus Coloniæ est.

Anno 1224. Feriâ sextâ à
B Pentecoste Conradus Episcopus Portuenſis, Coloniæ cum honore susceptus est. Erat is Eginonis ab Vrach Svvitonum * Dynastæ (quamuis alij aliam eius velint prosapiam) filius, olim à patruo suo, Bertholdo Zaringiæ Duce, obses cum fratre Ru-
C dolpho datus, Philippo Sueuo, qui cum Ottone, vt suprà memini, de Imperio armis decertauit, & manu Ottonis Wittelsbachij Bambergæ cecidit. Conradus & Rudolphus adhuc obsides, religionis amplectendæ vota emiserunt, si vadimonium illis missum fieret; misso facto, Conradus apud Villarium Ordinis Cistertienſ. Rudolphus Luzirachi monachorum habitum induerunt. Ipse porrò Conradus primò Prior,
D deindè Abbas Villarienſis, tandem Clareuallenſis & Cistertienſis est designatus. Denique obtento Episcopatu Portuenſi, inter Patres Purpuratos titulo S. Rufinæ relatus, contra Albigenſes legatione functus est.

* *id est, Heluetiorum.*

Ciaconius.

Hoc quoque eodem tempore in concitandis Germanorum animis ad recuperationem terræ sanctæ non sine ingenti fructu laborauit. Erat hic vir cum Nobiliſſimus, tum Religioſiſſi-

gioſiſſimus, Sancto noſtro perquam familiaris & amicus, ac A
pòſt, anno 1234. diues meritis ad ſuperos euolauit.

§. Ioannes Rex Hieroſolymitanus.

Rex Hieroſolymitanus Coloniam.

Eodem anno 1224. Ioannes Hieroſolymorum Rex, cuius in capite ſexto fit mentio, à viſitatis S. Iacobi liminibus in Germaniam diuertens Regem Henricum ſalutauit, quem Coloniam comitatus, ab ENGELBERTO Archiepiſcopo, ac totâ ciuitate in peruigilio Aſſumptæ B. M. Virginis cum magno honore & gaudio fuit exceptus.



Inſignia hæc Hieroſolymitana ſecundũ vulgarẽ vſũ ſculpta ſunt alioquin prout ex antiquo numiſmate peregrinorũ D. Aubertus Miræus vulgauit eſt H cum I interſecante & quatuor ✠ circũpoſitis.

Occaſione hac vſus S. ENGELBERTVS iterum pium ſuum conatum oſtendit, in liberando Waldemaro Daniæ Rege, & recuperandis Imperij terris à Rege occupatis, egitque, vt Henricus Imperatoris filius & Conradus ſedis Apoſtolicæ Legatus alijque Principes cum ipſo ea de re in Saxoniam irent. Albis igitur fluuii ripam tenentes præmiſerunt Hermannum Magiſtrum Hoſpitalis Teutonicorum ab Imperatore eo etiam nomine miſſum, vt Regem Waldemarum & comitem Henricum inter ſe reconciliaret: Effecit is, vt ſubſecutis Principibus & præſentibus, Rex promitteret, ſe reſtitutis Imperij terris coronam de manu Imperatoris accepturum, ac pro dimiſſione ſui è vinculis centum marcarum millia numeraturum. Accipientibus eam promiſſionem Principibus, Albertus

Pro Regibus captiuis & reputatione iuris Imperii laborat S. Engelbertus.

D

tus comes de Vorlemunde Waldemari ex sorore filius cum
A Baronibus Daniæ eam improbantes, conscensis nauibus indignabundi recesserunt, ablata secum immensa vi pecuniæ, quam redempturi Regem contulerant. Re igitur infecta Principes abiere:] *Godefridus hîc.*

His alijsque Imperij occupatus negotijs S. ENGELBERTVS, suorum Religiosorum non neglexit commoda, sed ea etiam liberalibus promouit donationibus. Ita enim ipse SANCTVS hoc anno 24. (vt habetur in Archiuo Cam-
B pensi) ordinationis suæ sexto concessit, vt supra memini, Abbati & Monasterio veteris Campi priuilegium colendi agros in minori campo & grangia, remisitque eis decimationem noualium, de quibus primum instruendis laborarent, vt antè Eugenius tertius & Innocentius tertius quoque remiserant. Tabulæ eam in rem hæ sunt confectæ.

C

IN Nomine Sanctæ & Indiuiduæ TRINITATIS. Diploma S. Engelberti pro Campensibus.

D

ENGELBERTVS Dei gratia Sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus tã presentibus quam futuris in perpetuum. Expediens est animabus & salubre, eorum qui vt Christum lucri faciant spõtanei pauperes effecti sunt, inopiam & defectum supplere, hoc enim faciendo seminantur temporalia, vt æterna metantur. Hac consideratione inducti dilectæ Nobis filiæ Ecclesiæ Campensi concedimus authentico præsenti, vt si causa exigente in locis qui dicuntur interior campus & grangia pecudum, vel alijs quibuslibet locis ipsorum, personas Laicas pro agris colendis Voluntaria paupertas.

instituere voluerint, ipsi Laici in communibus syluis pratis, pascuis, & locis palustribus adiacentibus, potestatem habeant, & ius commune, A
& quia eidem Campensi Ecclesiæ duorum Summorum Pontificum, Eugenij videlicet Tertij, & Innocentij Tertij benignitas, remisit omnē decimationem prouentuum, de locis proprio labore & sumptu excultis, Nos etiam iuxta hanc Patrum Nostrorum indulgentiam, Campensi Ecclesiæ indulgemus, vt à Laicis suis in locis prædictis institutis vel pro tempore instituendis propriorum bonorum decimas tam maiores recipiant quam minores. Vt hæc nostra donatio Campensi Ecclesiæ stabilis perpetuò & inuiolata perseueret, præsentem paginam, inde conscriptam, imaginis nostræ appositione fecimus communiri. ß
Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1224. Pontificatus nostri Anno sexto.

Et vt Lectori magis manifestum fiat, quàm bene cupierit religiosis S. ENGELBERTVS, alias subijcio tabulas, quibus hoc eodem anno nonnullorum prædiorum donationem Campensi Ecclesiæ factam confirmauit.

Aliud Diploma S. Engelberti pro Campensibus.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis ENGELBERTVS Dei gratia Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus vniuersis hæc legentibus atque lecturis in perpetuum. Pastoralis nostræ curæ debitum requirit, vt regimini & paci omnium fidelium iurisdictionis nostræ, paterna sollicitudine intendere debeamus, specialius autem & attentius curam gerere tenemur profectus & quietis eorum, qui derelicto in manu Ægyptiæ pallio fugientes manent in solitudine, vt quietius & liberius seruitio valeant vacare diuino. Cum igitur dilecta nobis filia Campensis Ecclesia per testes omni exceptione maiores nobis constare fecerit, quod curtes quæ dicuntur Gomersheim, Honnepel, Hanxlær, Gottersw ich & Wilich, cum omnibus suis pertinentijs per 40. annos quietè possederit, consequens est, vt ipsa bona Episcopalis authoritas Nostra domui Campensi confirmare debeat ac tueri: Eandem igitur D
domum cum personis Religiosis, & sæcularibus Ecclesiæ attinentibus, vel ex bonis Ecclesiæ commorantibus, & omnibus possessionibus suis in nostram suscipientes tuitionem, super prædictis curtibus & terminis earum districtè & sub excommunicationis pœna prohibemus, ne quis in eis de cætero dilectis filijs nostris incommodus aut molestus existat. Præterea præstabilibus eorundem filiorum petitionibus prompto libenter concurrentes assensu, sub eadem districtione firmiter inhibemus,

mus,ne quis communia ipsorum bona ipsi Ecclesiæ,vel eius grangijs in
A syluis,in paluſtribus locis, & pascuis circumquaque adiacentia in agros excolendo conuertat vel cõstructiones nouas in eisdem ipsorum communibus ædificare præsumat. Vt autem hæc nostræ libertatis indulgentia Ecclesiæ Campensi perseueret, præsentis chartæ attestatione & sigilli nostri impensione roborauimus. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1214. Pontificatus nostri anno sexto.

Bonnensis Collegij dotatio.

Hoc etiam anno perpetuum largitus est, *Henrico Præposito Bonnensi* (suo postea successori) *decimas noualium in Parochiis, in*
B *quibus ius illi patronatus competebat*, vt eis libere vteretur, frueretur.

Rodensis Parœcia.

Claudant anni periodum, procurata Rodensibus in Parœcia Cæsaris Insulari per S. ENGELBERTVM, eiusque tutelæ commissum Regem priuilegia. Cum enim à parente Ecclesia,seu vt loquuntur,à matrice longius abessent, certis pactis sacellum velut ipsius propaginem ac sobolem vel si mauis cum vulgo loqui, ius filialis à Werdensi Capitulo, & Archipresbytero obtinuerunt; Dati ea de re diplomatis introitum & clausulam hîc subtexo.

Henricus Septimus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Cum Romanorum Regum dignitati præcellenter conueniat, vnicuique subditorum suorum ius suum illæsum conseruare,speciali tamen affectu moueri debet circa Ecclesias,& personas Ecclesiasticas,vt, qui frequentius diuinis inseruiunt laudibus,ab incursu rerum sæcularium non inquietentur: consideratione igitur eâ moti ad declinandam præsentis sæculi calumniam notum facimus, tam præsentibus quam
D futuris:quod Capitulum & Archipresbyter Werdens. Ecclesiæ ad petitionem Nostram & Domini Colonienſis Archiepiscopi ENGELBERTI Capellam in Rade in Parochiâ Werde sitam consecrari permiserunt tali distinctione & cautela.....Si quis vero ausu ductus temerariò huic ordinationi tam rationabiliter factæ obuiare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,Nostræq; Maiestatis offensam se nouerit incurrisse. Ad huius perennem memoriam, imposterum duraturam præsentem exinde chartam conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt: ENGELBERTVS Colonienſis

Archiepiscopus, B. Argentinensis, D. Marchio de Hamberg & comes de Ditz An. Marschalcus de Instingen. *H. Dapifer de Walpurg. M. A Notarius. C. Notarius de Popardia, H. de Scharffenburg, F. de Tanne, & alij quam plures. Datum apud Hagenowe Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXIV. VIII. Idus Decembris Indict. 13.

*E.

§. Cũ veniſsẽt Coloniã FF. de nouo ordine Prædicatorum, & FF. qui dicũtur Minores.

Quæ de nouis ordinibus Coloniam introductis Cæsarius hoc capite septimo tradit, ea iam supra relata sunt, anno supra milleſimum ducẽteſimum, vigeſimo primo, quo primum intra Colonienſium mœnia sunt admiſſi: quamuis ipſi vigeſimum velint ſui in vrbem ingreſſus eſſe initium. Et Franciſcani quidem eodem anno ſæculi viceſimo primo Prouinciale Capitulum Coloniæ celebrarunt. Incolebãt tunc iidem ſub S. Seuerini Banno vt loquũtur ſeu iuriſdictione ædes, quas hodie Moniales Beatæ Mariæ Virginis in Sione poſſident.

Fr̃aciſcani Coloniæ.



B

C

Anno verò 1239. occuparunt vmbilicum ciuitatis in Parœcia S. Columbæ, quẽ templo lauto, amplo & luminoſo artificioſeq; elaborato nobilitarũt. Dominicani Patres anno 21. vel vt vult ipſorum mſc. P. F. Maluenda atq; priuata inſtructio, an. 1220. Ductore B. Henrico Agrippinẽſi ſeniore Coloniam ingreſſi, neque hoc 24. neq; proximo inſequenti 1225. anno liberi fuerunt aut

Dominicani Colonię



D

A aut quieti à populi aliorumque murmure, vt patet ex defensione à Conrado Legato Apostolico susceptа. Hic enim in Synodo querulum, & inquietum propter priuilegia Prædicatorum, atque ab iis administrata sacramenta, S. Martini minoris Parochum, Parœciâ suâ mouit, vt testatur Fr. Ioannes Molitor *in manuscriptis Chronicis, Et pag. seq. Malvenda* &c.

Beneficio insignis Collegii Canonicorũ S. Andreæ, Hospitale B. Mariæ Magdalenæ cessit B Dominicanis in locum habitationis, censibus in sacellum sancti Heriberti nuperrimè erectũ, translatis. Meminit noui hospitalis à Petro Canonico fundati *Cæsarius lib. 9. dialog. cap. 56.* Illius alias in Annalibus Colonienſibus dabo instrumenta.



Canonicorum S. Andreæ liberalitas.

C Eiusdem porrò Collegii (prout ex diuersis Archiuorum literis patet de Annis 1226. 29. 32. & 54.) vlteriorem liberalitatem in acceptis ædibus, hortis, areis, ac structuris, Dominicani sunt experti. Generosi quoque Ducis Limburgensis (qui Ermesindam Theobaldi comitis Luxemburgensis in bello sacro functi viduam coniugio sibi iunxerat) munificentiâ princeps ipsius aula [prout D in originalibus de annis quadragesimo secundo & quinquagesimo docetur] conuentui ampliando accessit, atque ita ad hanc, quam hodie videmus, latitudinem hoc Prædicatorum à S. ENGELBERTO satorum cœnobium excreuit, licet illustrior multò sit amplitudo nominis ex multorum Theologorum, quos aluit, luminibus parta; quos inter vndecim vitæ sanctimonia excelluerunt. B. videlicet Henricus senior Colonienſis,

Amplissimus Prædicatorum conuentus Coloniæ.

Sancti Colonienses Dominicani.

lonienſis, B. Henricus Colonienſis Iunior, B. Leo ſecundus tempore S. ENGELBERTI Prior conuentus, Albertus Magnus Epiſcopus Ratiſponenſis, Thomas Aquinas Angelicus Doctor, Ambroſius Sanſedonius Lector, Henricus Suſo, Henricus Calſtrius, Thomas Cantipratanus, Adam & Salomon. Verum de his propediem pluribus in hiſtoria Sanctorum Agrippinenſium. Illis igitur omiſſis proſequar nunc Cæſarii inſtitutum. Et principiò, quî S. ENGELBERTVS aliquos metu de periclitatura ciuitate, ſi Ordines admitterentur, exemerit, perſpicue Cæſarius retulit: Quin etiam vanitatem metuentium Clericorum adhuc hodie proſperi ipſorum Ordinum ſucceſſus redarguunt. Deinde haud quaquam in ordines à ſede Apoſtolica approbatos prophetia B. Hildegardis conuenit, quæ extat in Epiſtola S. Hildegardis ad Clerum Colonienſem Coloniæ in Quenteliana Typographia anno 1566. excuſa. Ipſas porrò continuas contra Prædicatores obiectationes ab Authoribus Maluenda & Bzouio allatas & dilutas hic ad verbum deſcribo; quamuis hi aliquantulum à tempore aberrent, eò quòd Synodum ex codice antiquo Archiepiſcopalis Archiui anno 1225. quarto Idus Decembris celebratam, poſt Honorii Tertii annos videantur reiicere: ita enim inquiunt: Conradus Portuenſis, cum vidiſſet fratres Ordinis Prædicatorum, qui de nouo illuc aduenerant, viſitauit eos: dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Dominum, vt ſibi ad quid ordo iſte veniſſet, oſtendere dignaretur: neque mora, oblato & aperto libro, ad quid ordo Prædicatorum veniſſet, reſponſum eſt cogitationi. LAVDARE ſcilicet, BENEDICERE & PRÆDICARE. qui ſtatim effuſus in laudem Chriſti, coram omnibus dixit, licet alterius profeſſionis ſim habitu, frater tamen veſter ero, quam diu in vita ſubſiſtam, neque vlla vnquam aduerſitate à vobis diuellar. Proinde idem Cardinalis poſteà tempore Gregorij noni verbum memorabile reſpondiſſe fertur cuidam in Colonia ſacerdoti. Illi enim ſynodo præſidenti quidam ſacerdos Parochialis conqueſtus eſt dicens: Ecce fratres ordinis Prædicatorum, qui in noſtrum damnum Coloniam intrauerunt,

Priora hæc Pariſiis, poſteriora Coloniæ contigerunt.

A trauerunt, falcem mittunt in messem alienam, subditorum nostrorum confessiones audiunt, & per hoc homines in fauorem suum attrahunt. Cui mox Conradus Legatus respondit, quis est numerus hominum in Parochia tibi subditorum & ille nouem millia, inquit, tunc consignans se cruce Legatus dixit, quis es tu miserrime, qui tot millibus solus sufficis debitam gubernationis curam impendere? nescis hominum perditissime, quia in illo debes tremendo iudicio ante tribunal Christi de his omnibus respondere? & tu tales habens vicarios, querularis, qui onus tuum gratis releuent. Quia igitur ex hac querela indignum te omnimodo cura indicasti, ideo priuo te omni beneficio Pastorali. Hoc
B facto publicauit auctoritatem, qua à Sede Apostolica Fratribus Ordinis Prædicatorum specialibus priuilegijs prædicare populis, & confessiones audire per sanctissimos Patres Innocentium Tertium, & Dominum Gregorium Nonum commissum est & iniunctum.

Societas Iesv frustra impugnatur.

Videant nunc, quàm probè agant, quotquot Societati Iesv, alijsq; Religiosis hac ætate nostrâ eandem occinunt cantilenam.

C

Caput Octauum.

De affectu viri Sancti *in pauperes, viduas & afflictos aliosq; subditos etiam tempore famis nec non submissione erga sanctam Sedem Apostolicam.*

Sedente eo Coloniæ in palatio Episcopali in iudicio, vidua quædam causam habens, propius accessit, petens sibi dari aduocatum qui eius querimonias proponeret. Cui beatus Episcopus compassus, Nota tanti principis singularē humanitatem.
D aduocatorum auaritiam non ignorans, viduæ respondit: Bona domina, liceat tibi pro te loqui: tu melius nosti, quæ necessitas te vrgeat, quam alij. Dicentibus scabinis, Domine, hoc est contra ius ciuitatis: non aduertit verba illorum: hoc tamen adijciens, Nos bene intelligimus verba eius. Alio tempore, descendente eo de palatio, occurrit quidam, in partibus superioribus nescio à quo se spoliatum conquerens. Qui statim in gradibus gradum figens, ita vt erat vestibus ad iter accommodis indutus, & calcaribus instructus, substitit, & cum multa patien-

* *Mareſcalco* patientia hominem audire cœpit * Mareſtallo dicente: Domine, aſcendite equum, quia via longa eſt, & tempus breue: ac ſi non audiret, hominem monuit, vt cauſam ſuam peroraret. Cumque iterato clamaret Mareſtallus, conuerſus ad illum Epiſcopus, ait: Modo negotium produxiſti. Cumque plene intellexiſſet, vbi vel à quo ſpoliatus eſſet homo, accito notario, literas in eodem loco & ſcribi & obſignari iuſſit, eaſque viro tradens, Vade, ait, & oſtende ei, qui tibi tua abſtulit, has literas: & ſi tibi non fuerint reſtituta, rurſus ad me venias, & ego tibi tantundem reddam, ſicque equum aſcendit, & abiit. Oſtendit & aliud ſignum magnæ pietatis. Anno præterito cum annona venderetur ſex ſolidis, & eo amplius, &, quod magis terruit homines, nec haberi quidem poſſet pro pecunia, naues cum annona comparans, authoritate ſua è prouincia Moguntina eas iuſſit adduci, & per cœnobia, quæ magis indigebant, diſtribui. Eodem tempore Coloniæ per totum Epiſcopatum ſuum, ad totius prouinciæ ſubſidium, cereuiſiam coqui inhibuit, malens maximis redditibus, quos recipiebat ab illis qui cereuiſiam coquebant, carere, quàm quæſtus ſui cauſa populos fame perire. Spiritu timoris Domini alienus non erat: quia nullus noſtri temporis pontificum ſummo Pontifici plus illo timoris & reuerentiæ exhibebat. Vnde cum Dominus Honorius Papa mortem eius deplangeret, dixiſſe fertur hoc verbum: Omnes de Alemannia, timore eius me timebant. Nam propter obedientiam, quam Papæ & Regi exhibuit, occiſus eſt.

A B C

NB. Auctoritatem S. Engelberti in vicinis prouincijs.

Vt proſit multis ſua lucra negligit.

Notatio ad Caput Octauum.

§. Anno præterito cum annona venderetur.

1225. Prodigioſa fames mortem S. Engelberti præcedit.

Proximo enim anno ſuperiore, vt teſtatur Godefridus ſæuiſſima hyeme conflictati mortales, à dira & inattenuata fame bienni vexari cœperunt; Vnde annus Martyrij S. ENGELBERTI & fame inaudita prodigioſus fuit, eaque propter Cæſarius aduectam Moguntia rei frumentariæ copiam, cocturamque cereuiſiæ inhibitam retulit.

D

Hoc eodem 25. anno Fridericus Secundus Barbaroſſæ Nepos propter S. ENGELBERTI merita liberaliter in Eccleſiam

A siam Colonienſem contulit prædium in Richterich, tanquam feudum, vt conſtat ex archiuo Metropolitano. Cuius liberalitatis & munificentiæ tabulas ipſas præſtat audire.

Donatio Richterich facta S. ENGELBERTO *Anno* 1225.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Amen. Fridericus ſecundus Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ. Inter actus noſtros multiplices quibus noſtræ dignitatis ſublimitas exaltatur, illud nobis & perpetuo glorioſum in B terris & procul dubio retributiuum in cœlis, quidquid propter Deum conferendo Sacroſanctis Eccleſijs in aula reponimus ſancta eius: hac igitur conſideratione ducti & attendentes fidem puram, & deuotionem laudabilem, nec non & grata valde & accepta ſeruitia quæ ENGELBERTVS Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopus dilectus Princeps Noſter Nobis & Imperio exhibuit iugiter & exhibet inceſſanter, vt merita ſuæ probitatis & fidei Eccleſia ſentiat cui præeſt, ad petitionem & preces eius quas fauorabiliter admittere volumus & liberaliter exaudire, de liberalitatis noſtræ gratia qua conſueuimus benemeritis C reſpondere, concedimus & donamus in legitimum feudum ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ ipſi etiam Archiepiſcopo & eius ſucceſſoribus in perpetuum, prædium illud quod Theodericus de Heinisberg fidelis noſter in Richterich ab imperio tenuit, & voluntate ſpontanea noſtris manibus reſignauit, volentes & authoritate præſentis priuilegij firmiter ſtatuentes vt prædicta Colonienſis Eccleſia iure perpetuo prædium ipſum in pace & quiete poſſideat, nec aliquis ſit tam auſus, qui Eccleſiam ipſam, præfatum Archiepiſcopum, ac ſucceſſores ſuos de eodem prædio perturbare de cætero ſeu moleſtare præſumat, quod qui præſumpſerit indignationem noſtri culminis ſe nouerit grauiter incurſuD rum: Ad huius igitur conceſſionis & donationis noſtræ memoriam & robur perpetuo valiturũ, præſens priuilegium ſcribi & ſigillo maieſtatis noſtræ iuſſimus communiri: huius autem rei teſtes ſunt hi, Ioannes Rex Hieroſolymitarum, Ekbertus Babebergenſis, Conradus Ratisponenſis, Oliuerus Padebornenſis, Eckehardus Mersburgenſis, Epiſcopi, Hermannus Magiſter Hoſpitalis S. Mariæ Teuthonicorum in Ieruſalem, Lupoldus Dux Auſtriæ, Bernardus Dux Carinthiæ, Reinaldus Dux Spoleti, Henricus Marchio de Andisle, Henricus Marchio de Burgovve, Hermannus comes de Vroberg, Otto comes de Orlenburg,

Diploma Friderici.

Bernardus de Horſtmare, Henricus comes de Euerſten & alij quam plures. A

NOS Signum Dñi Friderici Dei Gratia inuictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti & Regis Siciliæ. B

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo quinto, menſe Iulij tertiæ decimæ indictionis, imperante Domino noſtro Friderico ſecundo Dei Gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Romani Imperij eius quinto, Regni verò Siciliæ viceſimo octauo, fœliciter Amen. Datum apud Sanctum Germanum, anno menſe, & indictione prædictis.

Infra Diploma ex Sericis, rubei, viridis, & flaui colorum filis contextis, dependet ſigillum magnum rotundum, referens in ſolio Imperatorem togatum, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ tenentem globum cruce inſignitum, in capite geſtantem coronam à quâ velut infulâ Vittæ ab vtraque parte, duo lilia deſtuunt. Inſcriptio eius hæc eſt. C

✠ Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Walterus Epiſcopus Cariolēſis ſuffraganeus S. ENGELBERTI.

His ijſdem temporibus, Idibus Iulii, Walterus Cariolenſis Epiſcopus authoritate S. ENGELBERTI Archiepiſcopi in Eccleſia SS. Apoſtolorum creatæ & excitatæ ſanctarum reliquiarum thecæ benedixit, cuius thecæ inſtrumentum cum deſcriptione precioſiſſimi theſauri edam in *Metropoli Coloniēſi. Teſtudo eius Eccleſiæ abſoluta fuerat Anno 1219. per Alberonē Laicū.* D

Repoſitas in penetralibus Veteris Campi tabulas de anno 25. notitiâ Cerecenſualium Lectorem inſtituturas, & mecum

A cum à Domino Laurentio de Beueren Abbate Campensi communicatas, prout supra spopondi, adverbum hîc euulgo.

Diploma S. Engelberti pro FF. Campensibus. 1225.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis ENGELBERNVS Diuina ordinatione sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quoniam Ecclesiis nostræ Diœcesis vniuersis & principaliter Christi pauperibus infra ambitum ipsius degentibus ex authoritate officij nobis designati cura solerti intentione sedula prouidere monemur, super
B quadam donatione solemni Ecclesiæ Campensi confirmanda, præsentis priuilegij notulas conscribi & sigilli nostri impressione corroborari fecimus; non ergo prætereat tam modernos, quam in perpetuum successuros, quoniam vir illustris Hermannus de Volco ex vnanimi consensu Florikini filij sui quendam suæ proprietatis iuuenem Godefridum nomine, & mulierem nomine Gertrudem, iure seruili sibi attinentes cum omni sua proprietate ob animæ suæ & prædecessorum salutem iure Cerecensuali Ecclesiæ Campensi & fratribus ibidem Christo famulantibus nullo renuente coram testibus idoneis contradidit ea con-
C ditione, vt quilibet de tribu præfatæ mulieris siue masculus siue fœmina cum ad annos discretionis peruenerit, debitum suæ conditionis recognoscendo singulis annis duos nummos in natiuitate Beatæ Mariæ Ecclesiæ Campensi tribuat, cum vero ad nuptias transire desiderat, nubendi licentiam sex denarijs redimat, morientes verò quidquid in mobilibus rebus quibuslibet vnum possederant pretiosius hoc successores eorum Ecclesiæ supradictæ sine doleo exhibeant. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo vicesimo quinto indict. tertia decima, mense Maio. Nomina testium Rudolphus Sacerdos de Hulse, Henricus miles de eadem villa, Hermannus miles de
D Buckheim, Godeschalcus de eadem villa, Pelegrinus de Campo, Henricus Wittwege.

Pseudocomes ad S. Engelbertũ appellat

De Pseudo-Balduino Constantinopolitano ad annum vicesimum quintum, Godefridus mira recensет; quod videlicet cuiusdam solitariorum habitu induti vultus, in fraudem Flandrenses & Hanaugienses impulerit, ita vt Balduinum ipsum, qui multis iam antè annis post Constantinopolitani adeptionem Imperii in Græcia perierat (vti docet historia) viuere

Vide Miræũ in historia sua Flãdrica ad annum 1225.

viuere crederent, quod ipsius faciem exhiberet. Ab ipsis igitur in comitijs ad honorem euectus, intra duorum mensium spatium, magna terræ parte occupata, purpuram obtinuit ornatum Imperialem, præeunte Cruce; qui mos est Imperatoribus Constantinopolitanis. Et quamuis à Ludouico Franciæ Rege iuxta Peronam, Viromandiæ Castellum examinati persona fuisset detecta; cum parte tamen suorum secum faciente, profectus est Coloniam, quasi auxilia petiturus ab ENGELBERTO Archiepiscopo tunc Regni Teutonici gubernacula tenente; at clam sociis soliuagus aufugit, Archiepiscopo nunquam viso, & paulò pòst in Burgundia exagnito vultu detentus, atque in Flandriam remissus, vbi ad Risle Flandriæ Castellum, patibulo eminens affixus, laqueo vitam finiuit. Magna plebis pars, etiam à morte, ipsum fuisse verum Comitem contendit. Alberti Stadensis Chronicon in ista Pseudo-Balduini historia, vehementer cespitat, dum Sancto nostro prudentia ac perspicacitate excellenti viro affingit, tutelam huius personati Regis, & nescio quas inter ipsum Archiepiscopum nostrum, eiusque suffraganeum Leodiensem Episcopum, de hac ipsa larua tricas & adiurationes intercessisse retexit. Ego potiorem fidem censeo habendam Pantaleonitæ Colonienſi, qui Pseudo-Balduinum inquit, *fuga elapsum, Archiepiscopo nunquam viso.* Deinde haud parum Stadensis aberrat, dum successorem S. ENGELBERTI vocat Conradum, cum is fuerit Henricus de Molenarck.

Risell id est Insulis.

Caput Nonum.

De Veneratione SANCTI ENGELBERTI *erga D. Virginem, humanitate ac beneficentia in Sacerdotes atque Religiosos & studio pro decore domus Domini.*

RELIGIOSOS, imo in religiosis Christum, ita honorare studuit, vt personis priuatis assurgeret, & tam humiliter cum eis loqueretur, ac si illis

A si illis subditus esset. Sacerdotes seculares & pauperes valde, personis illustribus, secularibus tamen, neglectis, de sua scutella comedere, & de suo scypho bibere sæpissime coëgit. Vestimenta sua aliquando satis preciosa, quibus ad breue tempus vsus fuerat, non histrionibus, sed sacerdotibus: non scurris, sed Clericis dare consueuerat. Et quia timor sine dilectione minus placet, B. Virginem Mariam, quæ mater est pulchræ dilectionis, id est, Christi, qui fons est & author totius amoris, in tantum dilexit, vt per annos aliquot, omnes quartas ferias in eius honore ieiunaret, & duabus vicibus, postquam factus est Episcopus, limina eius in Rupe amatoris visitaret. Decorem domus Dei cum sancto Dauid sic dilexit, sic desiderauit, vt Ecclesiam Sancti Petri, quæ mater est o-
B mnium Ecclesiarum prouinciæ Colonienſis, renouare fratres hortaretur, promittens se quingentas marcas statim ad inchoationem oblaturum, ac deinde annis singulis marcas totidem, donec fabrica consummaretur. Fecerat autem ante mortem suam vestimenta pontificalia ex purpura & lino subtilissimo, fimbriis & laminis aureis, itemque margaritis & gemmis tanti decoris, vt cordis eius deuotio in illis tanquam in speculo reluceret. Semel tantum iis vestimentis vsus est, idque in velatione sanctimonialium: quod officium sine lachrymis exercere non potuit. Calicem vero aureum ex gemmis preciosis, à diuersis Regibus
C illi missis, valoris, vt aiunt, plus quam quingentarum marcarum, ad honorem domus Dei fieri curauit, quem deuotus super altare beati Petri Apostolorum principis obtulisset, si non prius de passionis calice bibisset.

Mira eius modestia & humilitas.

Impense amat matrem Christi. *Psal. 52.*

Calix ingentis precii, vnde liquet gratũ esse Deo quicquid ad eius honorem expenditur.

EPILOGVS LIBRI PRIMI.

HÆc de vita & actibus beati viri dicta sufficiant, ex multis pauca. Non enim tam multa, quam vera probitatis eius acta scribere pro-
D posui, ne mihi ab iis, qui virum nouerant, de mendacio posset insultari, eo quod nondum expletus sit annus, ex quo passus est: & ne congestorum copia legentibus generet fastidium. Nunc autem quam feliciter, etsi difficulter, de læua temporalium per ascensum purpureum, id est, martyrii meritum ascenderit ad amplexus veri Salomonis, id est, ad quietem diuinæ contemplationis, stylus manifestet: quia, vt ait quidam ex eius concanonicis, sacerdos deuotus ac literatus, aliam viã, per quam in statu tali positus ianuam regni cœlestis, quæ angusta est, intrare potuisset, non considero.

Notatio ad Caput Nonum.

A

§. Religiosissimo in Religiosis Christum.

Multi Religiosi sub B. Engelberto admittuntur Coloniæ.

QVAM molestiam SANCTVS ENGELBERTVS ob quosdam mendicantes Religiosos, vrbi Colonienſi adſcriptos, deuorauerit, cap. 7. adnotaui. Sed præterij eorundem priuilegiorum participes Auguſtinianos & Carmelitas, quorum Baſilicas auſpicijs S. ENGELBERTI ædificatas Archiua docent. Tacti eiſdem temporibus cœpiſſe Teutonicos ad diuæ Catharinæ, monaſteriaque Ciſtertienſium B. M. V. in Sione vel ſpeculo, & Pœnitentium, quas vulgo albas Dominas appellant. Meritò igitur Sancti noſtri beneficentiam in religioſos hoc capite extollit Cæſarius: illud tamen aduertendum, quòd Religioſis nimium tenacibus non prolixum ſuum animum oſtenderit; ſed illis potius, ſibi ſuiſque benefaciendi, occaſionem præbuerit: Hinc Beatus Martyr alioqui in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, auari cuiuſdam Religioſi ac tenacis monaſterium frequentabat. Nam, vt teſtis eſt Cæſarius lib. dial. 4. cap. 72. *Monaſterio cuidam Epiſcopatus Colonienſis, regulis & legibus S. Benedicti obſtricto, (nomen pro tempore omiſi) Præpoſitus nimium tenax præerat, qui neminem ſponte ſuâ hoſpitio ex regula ſuâ ſuſciperet, licet rebus omnibus abundaret. Epiſcopus* (ENGELBERTVS) *eiuſdem monaſterij Patronus ſciens hominem pecunioſum, & inhoſpitalem, ſemel atque iterum quotannis equitum & Nobilium ſtipatus agmine, apud ipſum diuerſabatur, in quo à Præpoſito totidem impendebantur ſumptus, quot ſufficerent peregrinorum toto anno aduentantium alimoniæ. Ad reliqua verò monaſteria, multo etiam ditiora non diuertebat,* (S. ENGELBERTVS) *ſed iis ſua benignè largiebatur, vt impleretur illud Saluatoris, omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, etiam quod non habet, auferetur ab eo.*

Auari Religioſi mulctatio.

B C D

§. Limi-

§. Limina eius in rupe Amatoris.

A Est ea rupes in Cadurcensi diœcesi à Tolosa Parisios versus milliari Gallico disiuncta; locus à peregrinantibus multis, etiam à S. Dominico frequentatus, vt refert *Maluenda msc. anno 1219. cap. 19.* Id loci miraculis celebrem sub B. M. V. Patrocinio Ecclesiam exstruxit. S. Amator, quem in Deiparæ ministerio fuisse baiulum Christi asserunt.

B §. Vt Ecclesiam S. Petri quæ mater est omnium Ecclesiarum prouinciæ Colonienſis.

Structuram operis Metropolitani à B. ENGELBERTO meditati, Conradus de Hochsteden magnificè primum inchoauit. Vnde hi versus scripti leguntur,



Anno milleno bis centeno quater decimo dabis octo,
Dum colit assumptam Clerus populusque Mariam,
Præsul Conradus ex Hochsteden generosus,
C *Ampliat hoc templum, lapidem locat ipsèq; primum*
Anno milleno ter centeno vigenaque iungo
Tunc nouus ipse chorus cœpit iubilare canorus.

§. A diuersis Regibus illi missas.

Hoc nono vt & sexto capitulo suprà allato Cæsarius meminit donorum à diuersis Magnatibus in Sanctum nostrum collatorum: inter quæ in Metropolitanæ Ecclesiæ Colo-
D nienſis sacrario etiamnum plura conseruantur, nonnullaque, vt traditio habet & necrologia testantur, manibus S. Elisabethæ elaborata, Deoque T. O. M. oblata.

FINIS LIBRI PRIMI.



A

B

C

D

ENGELBERTE *viden' gladys* * *vt fixa laboret*
Cynthia? fatalis sunt ea signa manus.
Ergo pugil, lætus quod stringitur accipe ferrum
Maior ab accepto Gloria, crede, venit.

* *Surius 7. Aprilis in vita B. Hermanni.*

A

LIBER VITÆ
SANCTI ENGELBERTI
SECVNDVS.

B

Caput Primum.

In quo post introitum ex verbis Diui Pauli sumptum causa martyrij insinuatur.

C VAs electionis B. Paulus Apostolus, electorum gloriam, & diuinam circa illos intelligens dispensationem, ait: Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Quatuor hic enumerat, prædestinationem, vocationem, iustificationem, magnificationem. Primum æternum est, & est causa trium subsequentium. Quos Deus ab æterno prædestinat, hos in tempore vocat, iustificat & magnificat. Beatum pontificem Engelbertum, ab æterno prædestinatum, prædestinantis gratia ad martyrij locum tempore & occasione, quibus voluit, vocauit: vocatum, contritione, confessione & proprij sanguinis effusione iustificauit: iustificatum, signis & virtutibus post mortem magnificauit, & quotidie magnificare D non cessat. De magnificatione eius cœlesti, dicere non sufficimus: quia qualis vel quanta sit, nescimus. Causa verò martyrij eius, per quam, illam promeruit, talis erat: Fridericus comes de Isenburg, aduocatus fuit Ecclesiæ Essendiensis. Est enim Abbatia regalis, & ab Imperatore tenetur. Iste Fridericus, fratre seniore in fata cedente sine filio, vt fratris esset hæres, recedens à Clericatu, factus est miles: & tanto fortassis ad malignandum promptior, quanto à gratia remotior. Vnde Dauid in Psalmo: Qui elongant se, inquit, à te, peribunt: perdidisti omnes, qui

Rom. 8. Prædestinatio. Vocatio. Iustificatio. Magnificatio.

Causa cædis Engelberti.

Psal 72. Nota.

fornicantur abs te, Non potest esse sine periculo & gratiæ detrimento, quando Clerici, qui secundum nomen suum de sorte sunt Dei, ordine A mutato, militiæ se mancipant seculari. Tales, sicut exemplum habemus in multis, cum ad malum, vt dici solet, deterius tendunt, etiam malis peiores, & crudelibus crudeliores fiunt. Hinc Ieremiæ dicitur à Domino: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus malas, malas valde. Ficus malæ, sunt maligni religiosi, vtputa Monachi vel Clerici. Ficus malæ valde, cum ex illis fiunt Laici. Fuerat enim Fridericus maioris Ecclesiæ Colonienſis Canonicus. In Comitem ex Clerico mutatus, fit Ecclesiæ Essendienſis Aduocatus nomine, re ipsa inimicus. Non enim defendere, sed magis deprædari didicit. Cum pater eius Arnoldus Comes de B Altena, vir admodum prudens & modestus satis in genere suo, ratione aduocationis satis indebite iam dictam vexasset Ecclesiam, iste nouissimus Fridericus exossauit eam. Aduocatos siue scultetos Ecclesiæ, contra voluntatem Abbatissæ & sororum, amouit: pro libitu nouos instituit: homines ad monasterium quocunque iure attinentes, tantis vexationibus angarians, tantisque exactionibus excorians, vt nobilis illa Ecclesia subsistere, vel diutius eiusdem incubatoris insolentias sustinere non posset. Non legerat, vel potius non attenderat scriptum, si legerat, miserrimus ille: Væ qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Abba- C tissa sæpius cum sororibus Coloniam veniens, cum coram primoribus suas miserias, & Friderici violentias prius Domino Theoderico, ac deinde eius successori Engelberto Archiepiscopo exponerent, modicum profecerunt, quod amore cognationis multa circa illum dissimularent.

Ieremi.24.

Abbatia Essendienſis misere vexatur.

Esa.33.

Notatio ad Caput Primum.

ABsolutâ libro superiori, temporis serie, quam notatio- D nibus inserui, hoc libro & tertio solas obseruationes adiiciam.


§. Causa verò martyrij.

Causam martyrij S. ENGELBERTO præbuit Ecclesiæ Essendianæ susceptum contra Fridericum Isenburgicum comitem patrocinium, cuius Friderici progenies à florentissima hodie Comitum Isenburgicorum differt, & prorsus diuersa

Causa martyrij S. ENGELBERTI.

A uersa est stirpe: Imagines huius ad Lanū fluuiū familiæ quæ Salentinū Archiepiscopū & Principē Electorē Coloniensē progenuit, nigro depictæ colore trabes designant. Illius verò

Differentia familiarū Isenburg.



B familiæ Isenburgicorum apud Rurā rosæ referunt, ipsaq; sedi Colonīēsi dedit Adolphū Archiepiscopū, ædificatorē castri Isenburg ad Ruram, qui illud in feudum concessit fratri suo Arnoldo, in plerisque manuscriptis & vulgatis Euerhardo appellato. Deinde verius hic existimat Cæsarius, Friderico patrem fuisse Arnoldum, (nisi malis auum eius nuncupare) sed pro illo militant archiua, extant enim plurima diplomata Adolphi Archiepiscopi fratres suos enumerantis: Arnoldum Friderici patrem, & Fridericum eiusdem Patruum: Ec-

Friderici Isenburgi pater Arnoldus.

Arnoldus Aduocatus Essendiēsis fuit.

D clesiæ quoque Essendianæ parrocinium, quam aduocatiam vocant, in diuisione hæreditatis Arnoldo obuenit, vti hoc capite Cæsarius innuit, atque ex varijs diplomatibus probatur. Vidi vnū aliquod in Veteris Campi tabulariis inscripto nomine Elisabethæ Abbatissæ in manuscriptis Antistitarum Essendiendiensium Catalogis hactenus omisso. Hi inter Heidintrudem (illic circa annum Domini millesimum centesimum

Elisabeth Abbatissa Essendiensis.

tesimum septuagesimum gubernantem) & Adelheidem eius nominis tertiam tempore S. ENGELBERTI Præsidem meminerunt tantummodò Cunegundis de Windeck, Beatricis de Lennep, & Iuttæ de Miluen intercedentium, nulla facta commemoratione Elisabethæ in illo apud veteris Cãpi monasterij Diplomate recensitæ, in quo anno 1197. *Arnoldus* nuncupatur *Aduocatus Assindiæ*, ibique post Sacellanos, *curiæ Officiales referuntur. Godescalcus Dapifer, Bertholdus Pincerna, VVolframmus Camerarius, Rutgerus Marscalcus, Ecclesiæque ministeriales Hermannus de Aldendorp, & fratres eius* Henricus *&* Cæsarius, *VVinnemarus de Vinffhausen,* Henricus Goltstein, *Hethenricus de Steuene.*

A

Ecclesiæ Essendiẽsis clientes plurimi.

B

Amplissimus hic se mihi iurium Ecclesiæ Essendiensis eiusque Clientum, seu Vasallorum, & Curialium enumerandorum offert Campus; Verum hæc sufficiant, ad aliquam eorum notitiam, atque imprimis ad faciendam Cæsario fidem asserenti: *Aduocatum Arnoldum fuisse Friderici patrem*; à quo Ecclesia sit vexata, atq; ab eius filio demũ exossata, tẽporibus videlicet S. ENGELBERTI circà annum millesimum ducentesimum decimum sextum, præsidentis; Adelheidis verò de Wildenberg eius nominis tertiæ Ascetriatum Præfectæ, cuius iam memini. Est illa quæ Canonicis ibidem residentibus reditus in Holtzweiler, ac virginibus ex canone viuentibus vulgò Canonissis obuentiones in Paffendorff transcripsit Anno à Christi Natiuitate 1224. *Regnante inuictissimo Romanorum Imperatore Friderico, glorioso Rege Henrico, ac venerabili Coloniensium Archiepiscopo* ENGELBERTO, eam transcriptionem tandem Gregorius Nonus, anno Pontificatus sui IV. 7. Kal. Iulij confirmauit. Deinde Adelheidis Ecclesiæ Capellensi, (quæ nunc Collegium Rellinghausanum dicitur) concessit priuilegium, vt virgines ibidem æquè sibi possint adsciscere certum præpositum ex Præmonstratensi Religione, atque illæ

C

Adelheidis Abbatissa Essendiẽsis tẽpore S. Engelberti

D

A illæ in Monasterio Staupenberg, ambabus enim Ecclesijs olim vnus præerat Hierarcha. Defuncta Adelheidis 23. Aprilis Essendiæ ante altare S. Georgij est tumulata, qua ipsa etiamnum viuente destructum est ab Henrico S. Engelberti successore, ope Henrici Ducis Brabantiæ, Gerardi Geldriæ, Theoderici Cliuiæ, Gerardi Iuliæ, & Adolphi Marchiæ comitum castrum Isenberg] *Hæc ferè Catalogi asserunt Essendienses*, debuit igitur Adelheidis fuisse illa Essendiensis Præses, quã Cæsarius scribit sæpius cum sororibus Coloniam venisse
B cum Theoderico Archiepiscopo, & deinde cum successore eius ENGELBERTO conquestum, de Friderici violentiâ Ecclesiæ Essendiensi illatâ.

Nobilitas Ecclesiæ Asnidrẽsis.

Ipsa vero Essendiensis (vel vt in exemplari seu originali primæ suæ institutionis habetur, Asnidiensis) Ecclesia est in quam præter Canonicos, solæ Regulorum filiæ Canonissæ adleguntur. Abbatissa sacri Romani Imperij Princeps in
C politicis præclaro dominatur territorio. Gloriantur ipsæ corpore B. Alfridi quarti Hildisheimensis Episcopi Institutoris Essendiensis, cuius soror Gersvvida prima loci Antistita, circa annum Christi 878. floruit: diuites præterea sunt sacris Lipsanis SS. Cosmæ, Damiani, Basilij, Quintini, Remigij, B. Pinnosæ, quartæ Abbatissæ, nec non S. Marsi, à Mechtilde Præfectâ, Ottonis secundi & Theophoniæ filiâ, dono dati, à
D qua & institutum Collegium Rellinghausanum; sacellum verò S. Annonis, in rupe extructum, vulgò Staupenberg dictum, cuius supra memini, dotauit Svvanehildis Abbatissa, Anno Domini millesimo septuagesimo tertio. De vtriusque etiam Præfectis videtur agere Cæsarius, quando in plurali Patronos & Prætores; vel vt ipse loquitur, *Aduocatos & Schultetos Ecclesiæ à Friderico Isenburgico vexatos perhibet.* Nam præter Essendianam, alii de ipsius sanguine, collegia dictæ Ecclesiæ

Vide Chron. Eggehardi Abbatis Vragiensis.

Reliquiæ Essẽdiẽses.

NB. *Corpus S. Marsi Essendiæ in aurea hierotheca quiescit*

Diuersi ex Altenana familia grauarunt Ecclesiam Essendiensem.

NB *Staupenberg fortasse dici ab Idolo Stuffonio in partibus Saxonicis culto, sicut de eiusdem nominis mõte in Eichfeldia obseruat P. Nicol. Serrarius in hist. Mogunt. lib 30. Notat. 2.*

cleſiæ ſubiecta, Rellinghauſanum & Staupenberg infeſtarunt, atque afflixerunt; Vnde hæ propter Collegium Rellinghauſanum ab Henrico Romanorum Rege, manarunt literæ Regiæ in comitem Marchiæ Adolphum. A

Henricus Dei Gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, vniuerſis Imperij fidelibus, quibus præſens ſcriptum fuerit oſtenſum gratiam ſuam & omne bonum. Inſinuatione præſentium ad vniuerſorum cupimus notitiam peruenire quod Nos dilectam Principem noſtram, Aſnidienſem Abbatiſſam de plenitudine conſilij Noſtri in poſſeſſionem Aduocatiæ ſuæ Relinghauſſen miſimus, in quâ Aduocatiæ poſſeſſione, ſicut aſſerebat, à comite Adolpho de Marchia per violentiam fuerat eiecta, & in eadem poſſeſſione memoratam Abbatiſſam in omnibus defenſare proponimus diligenter. Volumus etiam, quod ſi prænominatus comes de Marchia affirmet ſe aliquod ius habere in Aduocatia antefata, in noſtra præſentia proponat, plenam iuſtitiam recepturus. Inhibentes nihilominus eidem Comiti ne prælibatam Abbatiſſam ſuper poſſeſſione Aduocatiæ in Relinghauſſen, quam à Nobis debet & ab Imperio tenere, in alio iudicio quam coram Nobis impetere præſumat: Volentes quoque vt coram Nobis omnia per iuſtitiam diffiniantur: Præterea mandamus ſub attentu Noſtræ Gratiæ firmiſſimè præcipientes, quatenus coram fideli noſtro Burggrauio Werdenſi omnes miniſteriales & miniſtratores Eccleſiæ Aſnidienſis ſuper omni querimonia, & ſatisfactione debita iuri pareant, & obediant eidem, ſicut indignationem Noſtram voluerint euitare, Datum apud Spiram Idibus Decemb indictione quarta. B C

Patrocinij ſeu Aduocatiæ Eſſendienſis ius, poſt ſumptum de Friderico ſupplicium perſæpè Colunienſis ſibi Sedes vindicauit, vt plura Archiuorum diplomata teſtantur, *è quibus: compoſitio inter Sifridum Archiepiſcopum & Euerhardum comitem de Marcka, qua libere patrocinium ſeu Aduocatiam Eſſendienſium permittit Eccleſiæ Colonienſi. Deinde priuilegium Regis Henrici, Henrico Archiepiſcopo Francofurti conceſſum, 6. Kalend. Octob, Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono regni primo. Item conuentio inter Engelbertum eius nominis tertium Archiepiſcopum & comitem de Limburg, de patrocinio ſeu aduocatia Aſſindienſi, iudicio & comitatu de* D

Buichen,

Buichen. Hæc & id genus alia ad patrocinium Assindiensium
A spectantia, quia in alia incidunt, tempora hic prætereo.

ALTERA MEDIETAS CAPITIS PRIMI.

POST annos aliquot sororum querimonijs Dominus Papa Honorius, nec non Imperator Fridericus defatigati, compatientes sæpe dictæ Ecclesiæ vrgentes literas Episcopo dixerunt. Qui cum Ecclesiæ Imperialis iniurias diutius dissimulare nec auderet, nec vellet, Comi-
B tem serio monuit, sed nihil profecit. In tantum autem ei pepercit, vt de proprijs redditibus annis singulis certam pensionem ei offerret, modo aduocatione legitime vti vellet; sed ille minime acceptauit, quoniam in maleuolam animam non intrabit sapientia. Intelligens autem idem ipse Fridericus præsulis voluntatem, quod eum exhæredare vellet, cognatis conqueritur & amicis, Et ecce flante Bohemoth, cuius halitus prunas ardere facit, sic succensus est ad Episcopum interficiendum, vt verbis fumantibus carbones, id est, satellites suos, homines in malitia exercitatos, & ad omne facinus pronos, ad parricidium inflammaret.
C Fridericus, dictio Teutonica est, & significat pacis diuitem. At misero isti non nisi per antiphrasim, id est, à contrario congruebat. Nam pacis inops erat, pacis inimicos sibi socians. Mox cultelli, lanceæ, enses præparantur, à misero miseri falsis promissis animantur. Ego sum, inquit, Comes, castra fortia habens & terram. Duo ex fratribus meis Episcopi sunt. Dux Walramus, & terræ nostræ potentissimus, affinis meus est, cuius filius Comitatum Montensem* habiturus est. Consobrinus sum Theoderici Comitis Cliuensis, cuius fratruelis est nobilis vir de Hennisberg. Godefridum Comitem de Arnsberg. Ottonem Comitem de
D Tekelenburg, Herimannum potentem de Lippia, & alios complures iniurijs affecit, læsit & offendit, nec est qui sanguinem eius vindicet. Omnes vos ditabo, protegam & sublimabo. Simile quiddam clandestino huic parricidio, antequam occideretur beatus Episcopus, frater Friderici Engelbertus cuidam honesto militi; sicut nuper ab eius ore audiui, proposuit, ita dicens: Tales & tales sunt cognati mei, tales & tales sunt affines mei, prædictos nobiles nominans, & quis mihi fratribusque meis nocere posset? Respondente milite, Nullus sane possit, maxime quamdiu vobiscum est Dominus & cognatus vester Archiepiscopus:

Anno 1225 Iussu Papæ & Imperatoris Engelbertus Episcopus comitē exhæredat.

Sap. 1.
Iob 41.

* post mortem Engelberti.

Inflāmantur multi in necē Engelberti.

pus: ille subiunxit: Ponamus non superesse Archiepiscopum, ecquis nobis vim vel contumeliam inferre posset? Miles quidem respondit, sicut & prius responderat, sed satis displicuit ei hic sermo, cum postea comperisset, quare prolatus esset ab eo. Atque inde conijci potest hoc sacrilegium non tum primum, cum Episcopus occisus est, fuisse conceptum, sed diu pertractatum. Feruntur huic conspirationi consensisse nonnulli potentes, quos fama quidem non tacet, sed propter tempus nominare non licet: sed veniet narrandi opportunitas, dicente Saluatore: Nihil est opertum, quod non reueletur; & occultum, quod non sciatur.

Militem vocat virũ nobilem.

Matth. 11.

A

Notatio ad alteram medietatem Capitis I. Libri secundi.

B

§. In tantum ei pepercit.

FAsti Mariani Monachienses immoderato Ecclesiasticorum in suos cognatos affectui opponunt exemplum S. ENGELBERTI: *libertatem*, inquientes, *Ecclesiæ* S. ENGELBERTVS *contra cognatum sanguinem (audiant vtinam hæc, illi qui Christi patrimonium sua putant, & in suos effundunt) toto pectore propugnauit ipsique adeo vitæ antehabuit:*] Quare quæ Cæsarius refert de mercede *seu pensione ex propriis reditibus oblatâ* non erunt capienda de emolumentis Ecclesiasticis, verum potius de fructibus amplissimi patrimonij Montensis Territorij, cuius administratio Germano suo Adolpho ante septennium vita functo, ad ENGELBERTVM Nostrum erat deoluta, vt liberum ei fuerit perceptos inde reditus & census mercedis loco soluere. Ex iisdem solutam arbitror dotem elocatæ consanguineæ ante promissam: apud Buranos enim Dynastas conseruatum testificatur exemplar; à SANCTO NOSTRO Anno 1222. sub traditione fascium Henrico Romanorum Regi facta auguratione, coram Nobilibus viris comite de Marcka & Lippia consanguineam suam Comitissam

S. ENGELBERTVS nò laborat nepotissimo vel immoderato amore in suos consanguineos

C

D

S. ENGELBERTVS cognatam sponsam dotat.

A mitissam de Kessel despõsam nobili viro Bertholdo Domino in Buren, in dotem dato pone oppidum Belikense castro Welschenbeck suis ipsius nummis comparato. Itaque ne Martyr
B noster velut ἀσόργος in illiberalitatis aut immanitatis suspicionem vocetur, aio non eum à se liberalitatem repulisse aut Sensum humanitatis in suos, vbi licebat
C exuisse, sed de Gazophylacio templi non auxisse amicos.



Buren.

Cæteroquin vt & liberalitatem SANCTI NOSTRI Beneuole Lector plenius perspicias, & quàm immeritò Fridericus Isenburgicus hoc primo capite B. Engelberto affingat: *quod* Vir Sanctus *complures iniuriis affecerit, læserit, & offenderit*, cognoscas, exhibeo hic testes munificentiæ eius tabulas, ex insignis Collegii SS. Apostolorum archiuo, in quibus oppidanos ad vadum Viperæ fluuii, vulgo Wipperfurdenses
D ab omni exactione perpetuò liberos declarat. Tabulæ sic se habent:

S. ENGELBERTVS vir liberalis.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, ENGELbertus diuina fauente Clementia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus ad quos præsens scriptum peruenerit in perpetuum. Ne rei gestæ finem consumat obliuio literarum solet indicijs æternari. Quapropter notum facimus vniuersis; quod nos vna cum fratre nostro Adolpho comite de Monte felicis recordationis cum adhuc viueret,

Priuilegiũ Wipperfurdensiũ.

commodum & felicitatem ciuium noſtrorum in Wipperfurde attendentes. Ipſos ab omni exactionis onere exemimus & perpetuo liberos A dimiſimus ac ſolutos. Hoc adiecto, quod ſinguli in memorato oppido degentes cuiuſcunque conditionis Dominis ſuis * ſiue Eccleſiijs quibus pertinent, debita ſeruitia & iura exhibeant. Vt autem hoc factum noſtrum ratum permaneat & inconuulſum præſentem paginam exinde conſcriptam ſigilli noſtri charactere fecimus communiri. Teſtes huius rei ſunt, Sibodo Dapifer, Engelbertus de Bensbure, Requinus de Zudendorp, Adolphus de Stamheim, Adolphus de Bernſouue, Theodericus & Henricus Fratres ſui & alij quam plures. Acta ſunt B hæc Anno Dominicæ incarnationis M.CC.XXII.

* *id eſt, Canonicis SS. Apoſtolorũ,*

§. Dux Walramus terræ noſtræ potentiſſimus affinis meus eſt.

In manuſcriptis habetur, *Socer meus eſt*, vide in Notationibus capitis 12. Stemma Walrami Ducis.

Caput Secundum.

Suſati inter Dominum Archiepiſcopum & Comitem Fridericum de pace tractatum. C

Fridericus comes reſpuit pacis cõditiones

POST feſtum omnium Sanctorum Deo dilectus pontifex propter bonum pacis Suſatum venit. Venit & Fridericus cum fratribus ſuis Epiſcopis, alijſque cognatis ſuis atque conſiliarijs. Vbi cum triduo pro compoſitione pacis laboratum eſſet, nulla via, quæ Friderico placeret, inueniri potuit. Indurauerat enim diabolus cor eius quaſi lapidem, & ſtrinxerat id quaſi malleatoris incudem. Eius conſiliariis tunc temporis D congruebat, quod de diabolo, cuius membra per conſpirationem effecti ſunt, paulo ſuperius ad Iob dictum eſt à Domino: Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. Ita erant, quicquid ore dicerent, conſpiratores illi in concepta malitia pertinaces & indurati, ita cohærentes & confœderati, vt nullum pacis conſilium corde poſſent admittere.

Iob 41. *Ibidem.*

Nota-

A

Notatio ad Caput Secundum.

§. Susatum venit.



Susatum Opidum.

Est Susatum in Westphalia celebris Angariæ Metropolis *quam* (vt loquitur Diploma S. Annonis in Armario S. Cuniberti) *Diuo Petro* SANCTVS CVNIBERTVS *Archiepiscopus acquisiuit*, &
B *pius Archiepiscopus Hermannus postea, effosso corpore Sancti Cuniberti & Susatiam translato, ab iniustis & importunis hæredibus duello defendit & obtinuit*:] eadem in manuscriptis ac magno Belgij Chronico referuntur. Est hoc oppidum amplũ, ac præter Archidiaconale Collegium complexu suo duo virorum, vnumque virginum cœnobia, & sex Parœcias coërcet: in suburbanis vero duos Parthenones, & decem Parœcias. Ipsum Oppidum Henrici
C Aucupis authoritate muro circumdatum est, atque opificia in pagis exerceri prohibita. Ex Archiepiscopis Colonienſibus Bruno Magnus per Euercarum Leodiensem acceptis à Carcassonensi in Gallia Episcopo S. Patrocli reliquiis illud honorauit (*translationem in historia SS. Colonienſiũ vulgabo*) Philippus Heinsbergicus duodecim viros in magistratũ cooptauit, duosq; tauros in publicorũ ministrorũ vsum instituit ma-
D ctari, atq; eis munera ac beneficia quãplurima cõtulit. Gograuius qui iudicis dignitate pro Archiepiscopo, Oppidanis circũfusoq; ad milliare territorio præerat, in Archęo Westphalico, vice-Dux appellatur. Susatenses, qui B. ENGELBERTI tempore necdum à fide Diœcesios recesserant, anno supra milleſimum tercenteſimum nonageſimo nono, defectionis ansam quæsiuerunt, post Anno 1441. inita cum Adolpho Cliuensi & Marcano amicitia cœperunt obtendere vltrà

priuilegia & consuetudines suas à Colonienſibus se onerari: A
sed interpellatis Metropolitano Capitulo, Statibusque &
nobilitate Westphaliæ, res per triennium fere agitata quo-
dammodo composita fuit; attamen mox nouis querimoniæ
tricis ab ipsis ciuibus ad Cæsarem delatis, Bernardus Saxoniæ
Dux arbiter datus, pro Theoderico de Morsa Archiepisco-
po Colonienſi, anno 1444. pronunciauit; In cuius arbitrio
ciues haud acquiescentes, eodem ipso anno, die decem mil-
libus Martyrum cõsecrato, Ioannem Adolphi XI. Cliuensis B
filium cum exercitu in vrbem intromiserunt, illique ac poste-
ris eius stricta fide clientelæ officia iureiurando spopondе-
runt, seu homagium præstiterunt. Vnde cum milite profe-
ctus Ioannes oppidum Sanctense, cuius dimidium ad Archi-
episcopum spectat Colonienſem, vi expugnauit, illo expu-
gnato Susatum redux ab Archiepiscopi Colonienſis Theo-
derici exercitu fuit circundatus. Faciebat cum Ioanne Ru-
dolphus Episcopus Traiectenſis, ac Bernardus Lippiæ co- C
mes. Archiepiscopus vero Colonienſis vicinorum omnium
Episcoporum, Hildesienſis, Mindenſis, Monasterienſis, Pa-
debornenſis; ac Principum Ludouici Bauariæ Electoris, Gui-
lielmi Brunsvvicenſis Ducis, Ioannis Nassouiæ; Gerardi Sci-
eni, Wilhelmi Landgrauij Thuringiæ, Ducis Saxoniæ &c.
auxilio, exercitum 8000. militum duxit, quibus Susatum cir-
cumfusum, & continuis ænearum fistularum ictibus fuit pe-
titum; sed cum elapso vnius mensis spatio nihil prom ouere- D
Crantz. in Saxon. tur, scalis vrbem varijs in locis, magnoque numero conscen-
surimilites, & lapidibus & obiectis trabibus ab incolis sunt
retusi; maximè tamen mulierum Susatienſium industria re-
iecti; Illæ enim præferuidis in obuios quosque effusis pulti-
bus eos grauissimo enecauere cruciatu. Quamobrem cum
magna suorum clade Archiepiscopi miles coactus fuit sol-
uere vrbis obsidionem. Verum anno 1462. Pius secundus
Ponti-

A Pontifex vsurpatione improbata Susato vna cum medietate oppidi Xantensis Archiepiscopum Colonienſem iniuſte excluſum reſtitui iuſſit.] Hæc fere ex manuſcriptis, noſtra tamen tempeſtate etiamnum Suſatenſes Marcanorum Comitum Imperio obſequuntur.

Caput Tertium.

De prænunciata eius morte.

B PLACVIT circa idem tempus Spiritui ſancto, martyris ſui finem quibuſdam viris religioſis, idque diuerſis in locis reuelare. Monachus quidam congregationis noſtræ, iuuenis probatæ vitæ, Abbati noſtro ſecretius dicebat: Domine; ſi qua habes tractanda cum Archiepiſcopo, ne differas: qui breui morietur. Poſt dies paucos infirmarius noſter, Winandus nomine, pro negocio quodam ad illum Suſatum directus eſt. Qui cum in Veteri monte, domo Ordinis noſtri pernoctaret, & mane vellet recedere. Supprior ſubſecutus, ait ad eum: Eſt apud nos conuerſus quidam, ſpiritum habens propheticum, ſicuti ſæpe experti C ſumus. Is tribulationem ingentem breui Domino noſtro Archiepiſcopo euenturam prophetat. Quapropter rogo vos, vt moneatis eum, vt cautus ſit ſeque cuſtodiat. Cui ille reſpondit. Satius eſt me id tacere, nam pro friuolo habiturus eſt. Veniens inde ad Epiſcopum, benigne ſuſceptus eſt & expeditus, nec quicquam tamen illi hac de re indicare auſus fuit.

Religioſis quibuſdã viris marcretius dicebat: tyriũ eius reuelatur.

Notatio ad Caput Tertium.

D §. Placuit circa idem tempus Spiritui Sancto.

TEmpora S. ENGELBERTI ornata fuiſſe viris diuino Spiritu afflatis, nemini temporum illorum inueſtigatori non notum eſt, quos inter in vetere Abbatia Montana, Martyrium S. ENGELBERTI eo quo contigit modo prædixit B. Ioannes Horichem



A

B. Ioannes de Horichem; cuius meminit Cæsarius lib. 7. dialog. cap. 7. quemque Chrysostomus Henriquetz in menologio Cistercienſi ante diem 4. Id. Maii his laudat verbis. *In Germania B. Ioannes conuersus qui in Veteri Monte habitum Religionis assumpsit, & dono Prophetiæ ac variis visionibus illustratus, atque eximiâ sanctitate celebris ad cœlestem gloriam transcendit.* In manuscriptis quoque codicibus reperio à Conrado Portuensi Legato Apostolico B. ENGELBERTVM de periculo suo monitum. His similia libri tertij capite vltimo proferentur, vbi & de gemina luna à B. Hermanno Steinueldensi visa.

B

Conradus Legatus S. Engelbertum præmonuit.

§. Infirmarius noster Winandus.

C

Commemorat hunc virum Cæsarius dialogorum lib. 9. cap. 2. & lib. 10. cap. 2.

Caput Quartum.

Confitetur Generaliter Episcopo Mindensi.

Vide animum candidum, & pacis studiosum.

DIE sequenti Dominus Episcopus literas indices mortis suæ accepit. Quas cum legisset, in ignem mittens, pedibus conculcauit, ne discordiæ seminarium fierent inter ipsum & cognatum suum Comitem Fridericum. Recitauit tamen eas Episcopo Mindensi, qui præsens erat. Cui cum diceret ille, Caue tibi Domine propter Deum, non solum tuæ causa, sed etiam pro vtilitate Ecclesiæ nostræ, & totius terræ salute: respondit ille, Angustiæ mihi sunt vndique, & quid mihi faciendum, Dominus nouit, prorsus ignoro. Væ mihi, si tacuero: si autem eis proposuero, dicent, imo amicis & cognatis de me conquerentur, quod parricidij crimen eis impingam. Non solum de Friderico, sed de Godefrido & Wil-

D

& Wilhelmo fratribus eius suspicio fuit, & adiecit: Ego ab hac hora
A corpus & animam meam diuinæ committo prouidentiæ.

Assumensque Episcopum illum in sacellum suum, solus soli cœpit confiteri omnia peccata sua ab ineunte ætate, cum tanto imbre lachrymarum, vt totum pectus eius infunderent, & cordis maculas crebris stillicidijs, vt speramus, diluerent. Cumque diceret ei Dominus Mindensis, Timeo adhuc latere in conscientia vestra, quod mihi dictum non sit: respondit beatus ille: Dominus scit me ex industria nihil subticuisse. Postea tamen plenius cogitans de peccatis suis, summo mane in priorem locum ducens confessorem suum confessor Domini, in spi-
B ritu humilitatis & in animo contrito, quod memoriæ occurrerat, rursus cum tantis lachrymis confessus est, vt in tali persona talem gratiam lachrymarum Episcopus Mindensis mirari non sufficeret, & ille merito cum Propheta dicere posset: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodiui legem tuam. Teste eodem Episcopo, cuius relatione hæc comperta sunt, sic sese contritione cordis coram Domino mactauit, sic se oris confessione mundauit, tam solicite vtraque iustificatione se præparans, ac si ipsa die moriturus esset. Postea conscientia serenata, confidenter ait: Modo voluntas Dei de me fiat. Ecce sic verus
C & summus sacerdos homo Christus Iesus, qui se in ara Crucis offerri dignatus est, hostiam propitiationis pro peccatis nostris sacerdotem pœnitentem pro fluuio lachrymarum suarum abluere & emundare voluit, vt Deo patri per martyrium offerendus in holocaustum, esset hostia pura, hostia sancta, hostia placens & immaculata. Sacerdotes veteris testamenti, hostias offerendas prius lauabant. Interim pulsabatur ad ostium sacelli, sed non permisit aperiri Dominus Archiepiscopus, eo quod haberet oculos ex fletu adhuc tumidos & humidos. Cumque pulsando perseuerarent, dicerentque Monasterienſem & Osnaburgē-
D sem Episcopos ad ostium stare, postquam oculos extersit & faciem siccauit, permisit eos intromitti: quibus & ait: Vos Domini ambo cognati mei estis: ego, sicut optime nostis, in nullo vos læsi, sed quantum potui, semper promoui, nec non & fratres vestros: Et ecce à diuersis, tam literis quam verbis, indicatur mihi, Comitem Fridericum fratrem vestrum, quem ex animo dilexi, & cui non nocui, malum mihi machinari, meq; velle occidere. At illi simulantes, quod in pectore non habebāt, pauidi responderunt: Absit hoc, Domine, absit: nihil necesse est vos hoc reformidare, quia nunquam ascendit in cor eius. Omnes per vos diti, ho-

Cū multis lachrymis confitetur Engelbertus peccata sua.

Psal. 118.

Leuit. 1.

Episcopis Fratribus Friderici indicat, quid ad ipsum perlatū sit de cæde sua.

Rependũt ei mala pro bonis dissimulatores impij.

ti, honorati & sublimati sumus, & hoc quidem verissimum erat. Nam Theodericum, electus in Archiepiscopum, statim promouit in summi templi Præpositum, ac deinde in Monasterienſem Episcopum: Engelbertum verò in Præpositum S. Georgii, & postea in Episcopum Osnaburgenſem: & Philippum fratrem illorum, in summa Colonienſi Ecclesia Canonicum, & thesaurarium fecit. Atque eo tempore, quo occisus est, operam dabat, vt Bruno frater eorum Præpositus fieret summæ ædis Traiectenſis. Quæ idcirco commemorare volui, vt lector cognoscat, qualem ei vicem rependerint. Reuera retribuerunt ei mala pro bonis: & cum loqueretur illis & pro illis bonũ, impugnabant eum gratis. A B

Notatio ad Caput Quartum.

Conradus Episcopus Mindenſis Cõfessarius S. Engelberti. vide infra lib. 3. cap. 3.

MIndenſis Episcopus B. ENGELBERTO ab exomologesi fuit Conradus de Diepholt succeſſor Henrici eius nominis secundi & Mindenſium viceſimi octaui Episcopi, ipſus est qui Anno Domini 1213. arcem Reinenberg ædificauit, cuiuſque temporibus Monasterium Viſchrodt est extructum, ac sub cuius auſpicijs anno Domini 1236. Prædicatores in D. Pauli Mindæ ſunt introducti. Obiit anno 1238. Magnam à sera posteritate fert laudem.



C D

Caput

A

Caput Quintum.

Comes Fridericus sæpius S. ENGELBERTVM *accedens statum eius explorat.*

COMES Fridericus vt conceptam malitiam melius dissimulare posset, pro bono pacis ipsi à Domino Episcopo oblata verbotenus acceptauit, cum eo à Susato exiens, eumq; tam familiariter deducens, vt ei Episcopus diceret: Cognate, cum multa iucunditate simul ascendemus ad solennem Regis & principum conuentum, qui Nurenbergæ
B celebrabitur. Sciens autem Fridericus, quod postera die dedicaturus Simulat
esset Ecclesiam in Swelme, oblata hac occasione, exemplo Iudæ petiit pacẽ Fri-
licentiam ab Episcopo discedendi, sicque ad satellites suos rediit, eos- dericus.
que diuersis in locis insidias tendere iussit, quidque facerent instruxit, & omni quo potuit studio ad facinus animauit. Erat tum sexta feria post festum omnium Sanctorum, & Domini electus eodem die Sanctis omnibus per meritum passionis sociandus, ad dedicationis locum ieiunus venire constituit. Eodem autem die occurrit ei vidua quædam, super duabus causis sub diuini nominis obtestatione iudicium illius
C flagitans. Cuius vociferatione sacerdos Dei commotus, ne in hoc in- *Luc.18.*
ferior videretur iudice illo iniquitatis, de quo Dominus dicit in Euan- Singulari
gelio, quod nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur: mox de e- humanita-
quo descendit, & sede composita loco Ducis ad iudicandum sedens, te satisfacit
super feudo, de quo vidua conquerebatur, sententiam quæsiuit & acce- viduæ ius
pit. Audiens vero pro se & contra viduam sententiam esse latam, ex petenti.
multa cordis commiseratione protulit verbum memoria dignum: En
domina, inquit, feudum hoc, de quo conquereris, tibi per sententiam
D ablatum, mihique adiudicatum est. Sed ego propter Deum, dolens mi-
seriam tuam, id tibi relinquo. Porro alterius negotij tui ad me non
pertinet querimonia. Simile quiddam legimus in Romana historia de
pio principe Traiano: qui cum esset in expeditione positus, & militia Traianus
vallatus, vidua illi vetustissima in foro occurrit, & iniuriam suam illi Imperator
conquesta est. Cumque ille diceret se ius ei dicturum cum rediret, &
illa responderet, incertum esse reditum eius: mox Dominus orbis sub-
stitit, viduam audiuit & vindicauit, omnia illi restituens. Amplius ali-
quid operatus est princeps noster. Traianus per iudicium viduæ fecit
iustitiam: Engelbertus omne iudicium conuertit in misericordiam. Et

quia sine fide impossibile est placere Deo, si Imperator illam humanitatem exercuit zelo iustitiæ, non appetitu secularis gloriæ, poterat ei esse ad mitigationem pœnæ; quod sacerdoti Domini, eo quod esset vir Catholicus, contritus & confessus, meritorium fuisse creditur vitæ æternæ. Opus Imperatoris, cum extra charitatem factum sit, mortuum remansit; Opus vero Episcopi, quod ex charitate factum speramus, ad martyrij gloriam valde eum habilem reddidit.

Hebr. 11. A

Notatio ad Caput Quintum.

B

§. Sciens autem Fridericus quod posterâ die dedicaturus esset Ecclesiam.

An saluentur Episcopi Regnicolæ.

CLericum Parisiensem, cui Episcopi Alemanniæ æternam salutem videbãtur despõsuri, quod maiorẽ sæcularis gladij, quam animarum curam gererent, refutat Cæsarius *lib. 2. dialog. cap.* 28. exemplo Sanctorum Brunonis, Heriberti, atque Annonis Archiepiscoporum Colonienſium. Nos potiori iure illi Clerico obijcimus B. ENGELERTVM nostrum, qui etiam Theoderico Heistorum, Waltero Carliolensium Episcopis demandata sua vice Pontificali, à Pontificij per se executione, neque per Imperij curas, neque per Montensis comitatus administrationem abstrahebatur. Cuius rei hæc vetusta habeo documenta, quod templa in Zarne, & Beatæ Mariæ Virginis in oppido Ruremundano, ipsemet consecrarit, ac Schwelmensem sacris faciendis fuisset dedicaturus.

C

Vicarij in Pontificalibus S. Engelberti.

D

Schvvelma

Schvvelma hodiè oppidum est ferraria celebre iuxta cognominem riuulum, inter Brackerfeldt, Lennepiam, Hatnegen, & arcem Wetter, profluentem; est vnus ex fundis fiduciarijs à Diœcesi Coloniensi ob exiguum acceptæ mutuo pecuniæ



datis

A datis. Nam Aſpelen, Rees, Bechem, Schvvelm, & Hagen in fiduciam, & antichreſin dicuntur conceſſa, donec ſeptem & quinquaginta millia florenorum ab Archiepiſcopo Colonienſi Marcanis Comitibus refundantur.

Vide infrà lib. 3 c. 46.

Caput Sextum.

Comes Fridericus animum ſuum quodammodo prodit in itinere.

Fridericus comes eius iter explorat.

B CVM autem Epiſcopus properaret ad locum deſtinatum, Comes Fridericus circa meridiem venit ad eum, certior fieri cupiens quo tenderet; & qui vel quot cum eo eſſent. Epiſcopus illum ſalutat, vtque apud ſe pernoctaret, plurimum inuitat: ſed ille non acquieſcit, aliquid ſemper, vt prius, cauſæ prætexens. O cor agninum, ô oculum columbinum. Cor ſine felle, oculus ſine ſuſpicione. Inuitat amicus hoſtem, domeſticus latronem, hoſtia carnificem. Comite recedente, & pontifice procedente, tempus adeſt veſpertinum. Veſperis vero dictis, rurſus adeſt Comes. Eum cernens eminus Conradus Comes Tremoniæ, ait C ad Epiſcopum: Domine, creber Comitis huius acceſſus & receſſus mihi multum eſt ſuſpectus. En nunc tertio venit, & non, ſicut ante, in palefrido, ſed in dextrario. Conſulo vobis, vt & vos dextrarium veſtrum aſcendatis. Cui ille reſpondit: Hoc nimis eſſet notabile. Non enim timeo: quia non nocui illi. Cumque appropinquaret, viderunt vultus eius colorem penitus immutatum. Heu quam difficile eſt, vt quidam ait, crimen non prodere vultu. Cœpit autem eum alloqui Epiſcopus, & dicere: Sciebam cognate, quod tandem maneres mecum: ſed ille nihil reſpondit, conſcius ipſe ſibi: pergebantque ſimul. Ea cauſa quidam tam ex Clericis, quam ex militibus ſuſpicione territi, ab illorum ſe D comitatu ſubduxerunt. Magna vero pars Epiſcopalis familiæ cum cocis iamdudum ad hoſpitium præparandum præceſſerat, & pauci cum pontifice remanſerant. Sole properante ad occaſum, hoſtia cum immolante properat ad aram, vt fieret Domino ſacrificium veſpertinum, quod dignius erat in lege. Paſſus eſt Chriſtus ſexta feria, hora ſexta, ſcilicet in meridie, vt declararet ſe mediatorem eſſe Dei & hominum: Engelbertum vero pati voluit eadem feria, ſed in fine diei: vt oſtenderet eum per bonum finem, non per præcedentem vitam, coronatum.

Non' caue ſibi ab inſidiis Fridericí.

Per caudam hostiæ, bonus finis designatus est in lege. Hostiam sine
Leuit. 3. cauda offerre non licuit: neque Deo vita bona sine bono fine placebit. A
Sciens scriptum beatus ille, Qualem te inuenero, talem te iudico: maxime à religiosis expetere solebat, quatenus ei finem bonum suis orationibus apud Deum obtinerent: quod & factum est eo, quo iam dicemus, ordine.

Notatio ad Caput Sextum.

B. Engelbertus horas Canonicas non negligit in itinere.

IN manuscriptis hoc caput à præcedenti non distinguitur. Obseruatu dignum est, quod B. Engelbertvs in itinere B
& precum horariarum pensum accurarit, & in comitatu suo Clericorum duxerit multitudinem.

§. Comes Tremoniæ.

Tremoniensis comitatus.

Rẽpublicã Tremoniẽsem olim pro Imperatore Comes seu Regius vicarius vniuersam administrabat cum consilio Borchmãnorum, id est Castrensium ex antiquæ nobilitatis Familijs: Quæ Comitum Tremonienſium dignitas licet antiquitus à solâ Regum beneficentiâ penderet, ex quo tamen à domo Saxonicâ Imperii dignitas translata fuit, Cæsaresq; rarius in Westphalia versabantur, ita hæreditaria esse cœpit, vt Comitum successores clientelæ seu feudi nomine eam ab Imperatore acciperent. Sed postmodum à Conrado Comite anno 1343. vt docent venditionis ipsius tabulæ, alienatio à maioribus ipsius facta, sub certis legibus rata est habita, atque in Senatum Comitatus medietas translata est, ita vt magistratus & Comes diu admodum partitam æ-



C

D

Bertius in comm. rerũ Germ. lib. 3. in Tremonia.

qualiter

A qualiter iurisdictionem exercerent, donec Ioannes Steckius, iure *dotali acquisitam ab Lindenhorstiorum familiâ, alteram comitatus medietatem cum iure gladij senatui Tremonensi venderet, vnde totius liberi comitatus, seu VRIGRAVIATVS administratione & curâ hodie proconsules ibidem vtuntur. Hanc in Senatum Comitatus translationem Maximilianus I. Imp. Anno 1504. Regio suo diplomate confirmauit, ratamque habuit.

* hæreditario habet Bertius.

B

Caput Septimum.

Martyrizatur B. ENGELBERTVS *Archiepiscopus.*

CIRCA crepusculum ventum est ad locum insidiarum, & ecce Comes enormitatem concepti facinoris considerans & abhorrens, dicere cœpit ad suos: Væ mihi misero. Quid est, quod facere volui, vt Dominum & cognatum meum occiderem? Sed mox illi, quos ipse iam C ante flatu Behemoth succenderat, eum rursus inflammantes, adeo ad facinus instigauerunt, vt instar colubri venenum, quod ad breue tempus euomuerat, ardentius resorberet & resumeret: statimque cum Heriberto de nece Episcopi tractans, voluntatem suam ei exposuit. Ille confestim, vt edoctus fuerat à fratre suo Dapifero, assumpto secum Heriberto de Suueren, Dominum Archiepiscopum præcesserunt, & cum in ascensu montis esset, Comes ait: Domine, hæc est via nostra. Cui Episcopus respondit: Dominus nos custodiat. Non enim sine suspicione fuit. Tunc parum expectans Comes, alios famulos post eum misit, præcipiens eis, vt Heriberto assisterent in eo, quod ille moliturus D esset. Cumque iam concauam viam, quæ in *summitate duabus hinc-inde semitis cingebatur, Dominus Episcopus ingrederetur, præmissi serui Comitis cum tanto strepitu aditum præoccuparunt, vt etiam ipse Pontifex, sicut hodie testis est Cellarius de Hemmerode, turbatus miraretur. Alij à dextris, alij à sinistris gradiebantur, quidam verò retro cum Comite insidias obseruantes, sequebantur. Tunc Heribertus signum eis dans, qui in latebris erant, tam horrificum edidit sibilum, vt non modo homines proditionis ignari, sed etiam equi, quibus insidebant, stuperent. Mox ij, qui præcesserant, extractis gladijs reuersi sunt.

Sceleris immanitate terretur Fridericus, sed à suis animatur.

Fuit hic Heribertus cognominatus Rinckore.

montis scilicet Geuelsberg.

Misere circũuenitur beatus Episcopus.

Id vbi conſpexit miles quidam, qui inter illos & Epiſcopum erat, territus clamauit: Domine, aſcendite cito dextrarium veſtrum, quia mors in ianuis eſt. Ducebatur enim dextrarius à tergo eius à nobili adoleſcente de Hemirsbach. Videntes autem famuli Comitis, quod dextrarium aſcendiſſet, obiecerunt ſe ei, & vnus ex illis vulnerauit eum graiuiter in crure, nullo eum defendente, excepto milite Conrado de Tremonia, qui diſtricto enſe Heriberto Rinckore ſe obiecit, quem tamen is Heribertus anteuertens, dire in fronte percuſſit: & cum ſe ab illo Conradus auerteret, alio ictu inter ſcapulas eum vulnerauit. Atque hic eſt ille Heribertus, qui paulo ante Dominum Epiſcopum præmonuerat, vt ſi ſecus, quam ipſe ſperabat, res eueniret, excuſare ſe poſſet. Vt autem viderunt hæc illi, qui erant cum Epiſcopo, omnes relicto eo fugerunt: & impletum eſt in illis, quod per prophetam de capite noſtro ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues. Quid poſt hæc de illo geſtum ſit, tum propter ſuorum fugam, tum propter imminentem noctem plene ſciri non potuit. Sed ecce nutu Dei actum eſt, vt Comes Fridericus ab Vrbe rediens, Coloniam captiuus adduceretur, ex quo martyrij eius ordo moduſque cognitus eſt. Is enim facinus ſuum palam confeſſus, parricidij reos nominatim expreſſit, etiam fratres ſuos de reatu accuſans. Captus eſt cum eo, & milite quodam, Tobias notarius eius: qui in vinculis poſitus, ad preces quorundam Canonicorum, qui me ad ſcribendum amplius ſolicitarunt, vt verius ſcribi poſſet, quēadmodum & à quibus occiſus eſſet Epiſcopus, ſpe conſequendæ veniæ manifeſtauit, Deum teſtem adhibens, ſe vera dixiſſe, prout ipſius Comitis in agone, & aliorum nefandorum Romæ confeſſio patefecit. Vt ergo Tobias ille ſcripſit, cum Dominus Epiſcopus in via concaua poſitus adhuc eſſet, ſatellites præire iuſſi, tanta vi arrepto freno dextrarium eius verterunt, vt frenum ei è manibus extraherent: cumque ex vtraque parte alio diuertere non poſſet, quod via arcta & concaua eſſet, per mediam illam fugere cœpit. Iis autem eum inſequentibus, Ioachim dextrarium eius in femore vulnerauit: & cum ex neutra parte in via eum antecedere poſſent, Heribertus extra viam cum equo exiliens, in * acutiſſima ſemita, ſicut ipſe confeſſus eſt, eum præueniens, per * capitiū arripuit, & eum ex latere ad ſe inclinans, ſecum in terram traxit. Sed mox violenter ſurgente B. Epiſcopo, quia fortior illo erat, extra viam in rubū fugit ſolo Heriberto per fimbriā cappæ illi inhærēte, cumq; clamorē in rubo Comes audiſſet, propius accedens, clamaſſe dicitur: Apprehendite

A

Primū vulnus in crure accipit.

Aulicism⁹ Mundi.

ß

A ſuis deſeritur. *Zach.* 13.

C

Tobias notarius totū martyrij ordinē pandit.

D

* fortè arctiſſima.

* *mſc. per caputiū cappæ*

A dite & tenete eum, quia fortior nobis efficitur vir. Cumque verba ſupplicationis ederet Epiſcopus & diceret, Sancte Petre, quid mihi imputant homines iſti? frendens Fridericus ait: Cædite latronem, cædite qui & nobiles exhæredat, & nemini parcit. Tunc Giſelbertus videns Heribertum chlamydi eius inhærentem, ocyus deſcendit, & furibunde accurrens, primum vulnus capiti eius inflixit, ſecundo ictu vibrans ferrum, manum eius, vt puto amputauit, corpuſque eius gladio transfixit. Tobiæ ſunt hæc. Eadem hora Iordanus, qui ab eo proſcriptus fuerat, ſuperueniens, maximum vulnus capiti eius impoſuit, quemadmodum in Iſenburg iactitauit, ſemel atque iterum dicente Epiſcopo: Eheu, B eheu. Tum ſeorſum eum inclinantes, Heribertus primo cultello eum perfodit, Comite, vt aiunt, eiulante & clamante: Heu me miſerum: nimium eſt. Cum autem Giſelbertus caput ei præcidere vellet, à Godefrido, quem Comes ad prohibendum miſerat, per capillos abſtractus eſt. A quercu autem, vbi primo cædi cœperat, vſque ad locum, vbi detractus eſt & extractus, vbi hodie ſuper martyrium eius ſacellum fabricatum eſt, vix decem paſſus diſtant. Vbi ſuper eum velut canes rabidi ac famelici, filij perditionis congregati, cultellis acutiſſimis ad hoc præparatis ſic totum corpus eius perfoderunt, vt à vertice vſque ad C plantam nulla pars corporis à vulnere vacua remaneret, ita vt dicere poſſet cum Propheta in perſona Chriſti, cuius membrum effectus eſt pro iuſtitia moriendo: Circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me, &c. Porro vnus ex eis, inſtar eius qui latus Domini lancea aperuit, fertur eum ſub pede incidiſſe, exploraturus an extinctus eſſet. Deinde ad equos ſuos ſinguli reuertentes, ad Comitem conuenerunt, corpore Epiſcopi in terra relicto. O cæcam temeritatem ô furorem mille mortibus plectendum, ô rabiem non hominum, ſed belluarum, quæ non eſt verita tam audacter, tam crudeliter, tam viliter & indigne occidere Chriſtum Domini, ſacerdotem Domini, pontifi- D cem magnum, & non qualẽcunque pontificem, ſed pontificum patrem ac principem: & quod magis terrere debuerat, Ducem fortiſſimum, & Romani Regni tutorem. Patrato tanto parricidio, homines malo dæmone pleni cum ſuo Comite, imo totius malitiæ fomite recedentes, Domini ſacerdotem, ac ſi vnctus non eſſet oleo, liquerunt in ſterquilinio. Miles autem quidam Leonius nomine, qui illi adhæſerat, cum primum detentus, & vulneratus fuit, Henricum Cellarium de Hemenrode, qui paulum præceſſerat, ſubſecutus, ait ad eum: Heu Domine Cellarie,

Horrendũ in modum trucidatur.

Innumeris vulneribus conficitur. *Pſal.* 21. *Ioan.* 19.

Relinquitur corpus tanti viri ab impiis occiſoribꝰ inſepultũ.

larie, quid faciemus? Dominus noſter Archiepiſcopus grauiter vulneratus eſt, & à Comite Friderico captiuus abductus eſt. Cui ille, ſupra quam credi poteſt turbatus, reſpondit: Pium eſt, vt reuertamur & videamus, quid circa illud agatur, vel quorſum abducatur. Cumque ſimul reuerſi eſſent ad locum cædis, audiunt clamores carnificum illorum in nemore errantium. Erat enim nox, & cum vndique circumſpicerent, offenderunt corpus martyris extinctum, confoſſum, ipſoque adſpectu nimis horrendum. Valde igitur conſternati, ſuadente Cellario, ne à feris corpus exanime, ſi illic nocte remaneret, indigne attrectaretur, abeunt ad proximas ædes, atque inde bigam ſtercorariam, qua illa die fimus euectus fuerat, adducunt: & ecce corpus clariſſimi principis, quod ex parte veſtitum reliquerant, pene totum reperiunt nudum. Nam præter femoralia & ſubuculam, quæ collo eius adhærebat, nihil ei reliquerant: diploidem vero & pileum eius iuxta corpus inuenerunt. Quæ omnia ita erant ſanguine infecta & dilacerata, vt tanquam nulli vſui accommoda ſpoliatores illi neglexerint. Per quæ tamen hodie multi ſanitatis beneficia conſequuntur. Cellarius vero & miles atque eleemoſynarius corpus tollentes, & linteamini inuoluentes, vehiculo impoſuerunt. Cumque Suuelme illud perduxiſſent, & in Eccleſia ponere decreuiſſent, non permiſit ſacerdos, contaminationem baſilicæ prætexens, cum potius ſanguine martyris dedicaretur. Sed propter hoc & alia quædam, quibus martyris gratia ſe indignum reddidit, vſque hodie ſatis grauiter in ſuo corpore diuinitus flagellatur. Attamen poſitus eſt in eadem domo, in qua pernoctare & comedere propoſuerat ſacerdos Dei viuus, duæque candelæ dedicationi præparatæ illic collocatæ ſunt, vna ad caput, altera ad pedes. Cum autem inter ſe vigilias noctis partiti eſſent, & Cellarius vſque ad mediam noctem corpori aſſideret, preceſque horarias beatæ Dei genitricis & Virginis Mariæ lectitaret, ſicut hodieque teſtis eſt, nunquam aliquid horroris ex contactu illius, vt de cadaueribus occiſorum fieri aſſolet, paſſus eſt. Haud dubium quin ex præſentia ſanctorum Angelorum gratia hæc extiterit, qui apud corpus martyris cœleſtes excubias celebrabant. Fuerat autem is Henricus Cellarius ante conuerſionem miles, & tanto fortaſſe ad huiuſmodi opus expeditior & audacior, quanto aſſuetior.

Diploidem Author vocat Wanbaſium.

Eſt veſtis proxima ſubuculæ.

Sacerdotis cuiuſdã temeritas punitur à Deo.

Nota-

A

Notatio ad Caput Septimum.

HOrrendum Friderici facinus noſtrique Martyris extremus agon hoc capite deſcribuntur; Erat eius tragœdiæ cataſtrophe, quondam iuxta ſepulchrum Beati viri in pariete depicta; ſed nunc excitato nouo altari, eſt obliterata: quam his ferè verbis vbique ſeruatâ verborum ipſius vi, Godefridus monachus repræſentat. Ipſo, inquiens, anno 7. Id. Nouembr. ENGELBERTVS venerabilis Colonienſis Eccleſiæ
B Archiepiſcopus, Pater noſtræ Patriæ & decus Teutoniæ, heu, à Comite Iſenburg cognato ſuo miſerabiliter trucidatur; quod ab ipſo Archiepiſcopo regni Diœcete & pro Imperatore Germaniæ gubernacula tenente, Comes prohibitus fuiſſet Regalem Eccleſiam in Eſſen, cuius idem Patronus ſeu Aduocatus erat, violenta oppreſſione lacerare, hominesque dictæ Eccleſiæ duriſſimis angarijs & perangariis affligere; ob frenum hoc ſuæ tyrannidi iniectum, Comes Archi-
C epiſcopo necem machinatus; à multis (vt fertur) inſtigatus nobilibus, quorum ſuperbiam fortiſſimus Præſul repreſſerat, inque acerba concurſatione, ductis ſecum XXV. ſcutarijs, ſeu ſicarijs ad tantum ſcelus expeditis, obſeruauit Dominum Archiepiſcopum Suſato opido Weſtphaliæ Coloniam reducem nihil mali ſuſpicantem; huiuſmodi enim ſuſpicionem neglectis illius per literas denunciationibus paucis an-
D te diebus factis, & animus Principis Heptaboëus & ſanguinis cum Comite coniunctio depellebant. Obſeruatum igitur tempore oportuno & loco haud procul ab oppido Svvelmenſi, *de quo ſupra*, Præſulem Comes præſentibus ſuis Conſiliarijs & conſpiratis circumſtans, latere eius perfoſſo à ſcelerato Sicariorum globo, ad internecionem rapi iubet, qui in eum ſtrictis irruens gladijs & pugionibus XXXXVII confoſſum vulneribus ipſum exanimauit. Qua re peracta recepit

se Comes cum suis in Castrum Isenberg. Nobile vero corpus Martyris iacebat humi desertum, ab omnibus, nam tota familia tam inopinato conterrita scelere aufugerat, præter vnum seruulum, qui solus corpus Domini custodiebat. Sub noctem duo loci illius indigenæ corpus biga deuectum reposuerunt in Ecclesia Svvelmensi, quam ipse proxima Dominica erat consecraturus, quapropter ipso necis suæ die, omnium peccatorum suorum exomologesin fecerat. Funus altera die ad cœnobium Bergense elatum, fletibus Religiosæ illius familiæ fratres sunt prosecuti, atque aromatibus conditum vigilia sua tanquam custodia ad funales cereos psallentes muniuerunt. Ex fratribus quidam Angelos accinuisse inaudierunt; alii eadem hora secundum quietem Martyr visus est testari, se pro iustitia triumphalem martyrii lauream meruisse. Intestina eius ibidem subleuata sunt. In S. Martini peruigilio Colonia tota cum Clero & populo obuiam effusa, manantibus oculos lachrymis, pretiosum martyris corpus in vrbem delatum, & glorioso conditum loculo in D. Petri Ecclesia collocauit.

Ad tumbam eius quotidie miracula percrebescebant, & virtutes: ægris sanitas ex toto restituebatur. Vnde omnium existimatione & fiducia martyrii decora videtur abstuliſſe. Iudex enim & æquitatis amans & strenuus Patriæ atque Ecclesiarum Dei defensor pro earum occubuit defensione. *Quæ de conciliata pace ac castri Thurinensis ad Ecclesiam, accessione hic referuntur, à Godefrido, vide supra lib. 1. c. 5. pag. 84.*

Cognita ENGELBERTI nece Henricus Comes Svverinensis fidem de cessione in iure Regi Daniæ datam mutauit ac fefellit, ipsum Regem sub certa conditione seu pacto acceptis obsidibus & magna numeratæ pecuniæ vi liberum in suos lares inuiolatumque dimisit:] *Godefrid.*

Labitur hic Chronicon Eluagense quod ad ann. 1226. vult Conra-

Conradum natione Svveuum de Pfullingen Episcopum Co-
A lonienſem miſerè à Comite de Altenach interemptum, cum Conradus non Episcopum Colonienſem, ſed Legatum egerit Apoſtolicum nec ictus à Comite in Altenach occubuerit.



Geuelſberg monaſterium.

Locum in quo S. Archiepiſcopus in inſidias delapſus occiſione perijt Geuelſberg, maiorum noſtrorum pietas nobili
B cœnobio Puellarum Ordinis Ciſtertienſis decorauit, quæ deplorando hoc ſæculo licentia deteriores in hæreſim prolapſæ ſunt; Ipſa loci profunditas ſeu depreſſio inſidiis aptiſſima adhuc hodie oſtenditur. Collocatam illic S. Martyris ſtatuam iuſto viro altitudine ſuperiorem temporis longinquitas non deleuit

SS. Euchariſtiæ tabernaculo hæc verba leguntur inſcripta:


C Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo.....quinto ſeptimo Idus Nouembris obijt hoc in loco venerabilis Pater & Dominus ENGELBERTVS Colonienſis Archiepiſcopus qui hic magnis miraculis claruit.

D Supra ſacrarij fores hi verſus ſcripti oculis perleguntur:

Quis tua templa Deus tua nunc tentoria dignus
InColet? en VItæ MaCVIIs non oblItVs VIIIs. 1225.

§. Cultellis acutissimis ad hoc præparatis. A

Vera species quarundam reliquiarum in Geuelsberg.



B

Inter reliquias longo tempore asseruarunt inauratum Martyris pectinem, pocillum quoque, calceos mulleos, vestes aliquas atque ex occidionis instrumentis pugionem, C quæ pleraque aduentu militis Hispani Hatnegiam vicinaque loca occupantis perierunt. Optandum esset Deus Principum SANCTI ENGELBERTI consanguineorum animis instillaret, vt cœnobium Geuelsbergense veteris Religionis cultui redonarent.

Hemmersbach.

§. A Nobili adolescente de Hemmersbach.

Castri Hemmersbach meminit Cæsarius *lib.* 10. *dial. cap.* 7. quod in Harreim pago propius abest à Bottenbroch cœno- D bio, nunc à Nobilibus de Vercken dominatu tenetur.

Caput Octauum.

Quod corpus eius in Monasterium Bergense delatum miraculo non caruerit.

MANE martyris corpus currui impositum est: cumque illud deducerent, plures ex familia Episcopi, qui timore mortis dispersi fuerant,

rant, deducentibus adiuncti sunt, Venientibus autem ad nouum ca-
A strum, quod beatus Episcopus suis expensis ædificauerat, cum intrare
vellent, vt illic corpus lauarent & componerent, negatus est introitus,
timore, vt æstimo, Henrici nunc Comitis de monte. Sed Randulphus
Prior Montensis cœnobij, ante castrum illis occurrit, eoque duce ad
monasterium festinatum est. Cumque appropinquarent monasterio,
fratres cum Cruce & thuris suffitu eis obuiam processerunt. Corpore
sacro in feretrum de curru deposito, quidam è senioribus Henricus no-
mine, nunc eiusdem monasterij prior, linteamen de capite martyris re-
mouit, vultum eius cruentum & confractum fratribus ostendens. Quo
B viso, lachrymati sunt valde, tam dilecti patris morte, & tali morte plu-
rimum consternati. Specialiter enim ille dilexerat Montense cœno-
bium, vtpote ab eius proauis fundatum. Henricus vero cum ob cruris
infirmitatem vno pede nutaret, cogitans beatum virum à nocentibus
innocenter occisum, brachium eius nudum nuda manu tetigit, & ple-
na fide eandem benedictionem ad crus nudum transmittens, gradum
pedis vacillantis roborauit. Nam sicut ab eius ore nuper audiui, ipsa
hora cœpit lenius habere, & gradatim proficere. Deinde cum vocibus
lachrymosis corpus in oratorium illatum est, & eadem nocte quibus-
C dam fratribus mirificæ visiones de gloria martyris in somnis oblatæ
sunt. Postea magno studio corpus eius in cœnobio lotum & euisce-
ratum est, myrrhaque & sale conditum, & vestibus sacerdotalibus de-
center indutum. Numerata tum sunt in martyris corpore quadraginta
septem vulnera, exceptis paruis punctionibus: nec hoc sine sacramen-
to. Nam quadragenarius numerus est pœnitentiæ: septenarius vero,
spiritualis gratiæ. Accepit igitur Christi martyr quadraginta septem
vulnera, vt ijs significaretur per cordis pœnitudinem & oris confessio-
nem accepisse eum septiformem gratiam Spiritus sancti, cuius dono
perductus est ad martyrij gloriam. Nulli dubium est, quin vera contri-
D tio & vera confessio deleat peccata quoad culpam, & satisfactio exte-
rior pœnam, ita tamen, si contritio sit sufficiens. Quæ vero satisfactio
dignior & efficacior martyrio? Nulla prorsus. Duo sunt, per quæ plena
fit remissio, mediante contritione in adultis, baptismus aquæ & baptis-
mus sanguinis. Vtroque satisfecit Deo beatus Engelbertus. Quicquid
enim macularum post primum contraxit, secundo, vt speramus, totum
diluit. In omnibus siquidem membris, in quibus peccauerat, punitus
est: In capite quidem multipliciter, sicut apparet in eius pileo, scilicet

Honorifice à fratribus Montensis cœnobij, corpus martyris excipitur.

Innocēter, pro immerito. Miraculū. Visiones de gloria eius.

Nota, corpus eius quadraginta septē vulneribus confossū.

Martyriū, baptismus sanguinis dicitur.

in vertice, in fronte, in occipite, in temporibus, labiis & dentibus, idque tam grauiter, vt riuuli sanguinis inundantes & decurrentes fossas oculorum, aurium, narium & oris implerent. In gutture etiam punitus est, itemque collo, humeris, dorso, pectore, corde, ventre, coxis, cruribus & pedibus: vt cognoscas lector, quali baptismo Christus in martyre suo diluere dignatus sit, quicquid culpæ contraxerat. A

Notatio ad Caput Octauum.

QVæ sequuntur in Suriana editione omissa ex manuscriptis supplemus. B

Sicut testis est magister Ioannes Abbas Sancti Trudonis, proposuerat ante mortem suam Beatus Martyr renunciare negotiis regni, & pro peccatis suis cruce signari atque personaliter transfretare: nam circa illud tempus quo in Episcopum electus est, signatus fuerat, sed propter necessitatem communem detentus Domino HONORIO Papa dispensante, pro se milites misit, cum sumptibus magnis. Certe, certe non sine causa ad gloriam Martyrij peruenerit. C D

Monasteriū veteris Montis.


Deinde aduerte Montense Monasterium ab ipsius maioribus, Adolpho nimirum Comite in Altena, efflagitatu fratris sui Euerardi extructum & dotatum. Euerardus enim ex conflictu saucius, in terras disiunctas profectus, tandem subulcum egit, vbi à suis prætereūtibus agnitus, ad Religiosam Cistercienſium familiam confugit in Morimundum. Ex quo cum suos Abbatis permissu iret inuisum, à fratre suo Adolpho

B. Euerardus de Altena.

A pho castrum Aldenberg cum plurimis agris obtinuit, vt inde nouum strueretur monasterium & ditaretur. Quæ omnia accuratius ex monumentis eius cœnobij & manuscriptis notauit, Chrysostomus Henriquetz. Adolphus, *inquiens*, & Euerhardus Comites de castro Altena cum essent in expeditione Ducis Limburgi contra Ducem Brabantiæ, contigit vt in conflictu amborum Ducum ex vtraque parte multi caderent interfecti, vnde Euerhardus iam dictus Comes, licet manu propria nullum interfecerit, tactus dolore maximo cum se in castro suo Alzena, cum suis militibus recepisset,
B compunctus de peccato perpetrato, vt Domino Deo satisfaceret, habitu mutato, omnia sua dimittens, intempestæ noctis silentio, clam ne agnosceretur in vili habitu recessit in multa cordis compunctione Beatorum Petri & Pauli limina visitauit, insuper limina S. Iacobi: demum veniens ad S. Ægidium in reditu, peruenit ad grangiam Morimundo pertinentem, in qua multo tempore pro mercede promissa extitit porcorum Pastor, vt animam suam Domino lucrifaceret, Suæ Generositatis omnino obliuiscens. Interea contigit, vt duo ministeriales sui ad S. Ægidium iter facerent, & Grangiam in qua dictus Comes porcos pascebat præterirent, qui quendam secum habentes Histrionem, vt de via
C inquireret imperabant, qui cum in vicino nullum conspiceret, videns porcorum Pastorem propter præceptum Dominorum suorum ad illum ocyus properabat, rogans vt de via eum diligentius expediret. Histrio verò curiosius eum respiciens, cicatricem in facie sua considerans Dominum suum Euerhardum Comitem æstimabat, quia dictus Comes in conflictu prænominato talem cicatricem receperat. Qui rediens ad Dominos suos ea quæ viderat sollicitè enarrauit dicens: Dominus meus Comes Euerardus istius grangiæ pascit porcos, qui propter incredibilia, quæ loqui videbatur ipsum acriter arguebant: tandem ad Pastorem venientes, si ipsorum esset Dominus sicut ab Histrione intel-
D lexerant, diligentius sermone Teutonico perquirebant, ipse vero eos agnoscens, ne ab ipsis agnosceretur Gallicè respondebat; & pœne simili euentu sicut Ioseph se fratribus suis in Ægypto manifestauit, ipse cognitus est ab eis, qui cum essent milites equis descensis in collum Domini sui irruentes, eum multo desiderio & amore amplexantes, flendo præ gaudio sibi osculum porrigebant, & secum grangiam in qua porcorum Pastor erat intrauerunt, per omnia rem gestam magistro grangiæ

expo-

exponẽtes. Magiſter grãgiæ audiens rẽ ſibi incredibilẽ nocte cõſurgens ad clauſtrũ citius pergẽs, rei ſeriẽ ſicut audierat Abbati ſuo per omnia e- A narrauit; de quo Abbas nimiũ admirãs manè facto ſecũ Priorẽ & Cellerarium ſuũ venire fecit & omnia veraciter quæ magiſter Grangiæ ſibi retulerat, ab ipſo Comite & à ſuis militibus qui caſu aduenerant intellexit: tunc Abbas videns eum diuino ſpiritu agitari conſilium dedit pro peccatis ſuis, vt in Morimundo habitum indueret Monachalem, qui conſenſit pro eo quod literatus erat, ſecum in Morimundo peruenit, & feruentiſſimus inibi factus Monachus proceſſu temporis diuina gratia inſpirante, vt ordinem Ciſtercienſem largiter propagaret ad laudem & gloriam nominis Dei eiuſque ſanctæ Genetricis Mariæ petitâ B Abbatis ſui licentia & obtenta, fratrem ſuum Comitem Adolphum perrexit viſitare. Frater vero ſuus Comes Adolphus inter cætera loca ſua, audito fratris conſilio ſalutari, quia maxime eum diligebat, caſtrum Aldenberg cum multis poſſeſſionibus ſibi ad petitionem ſuam tradidit, ad cœnobium noſtri ordinis conſtruendum, proinde multum exhilaratus, gratias Deo perſoluens, quia ita ſuæ fuiſſet congruum voluntati, venit ad Thuringiæ partes viſitare conſanguineos ſuos, Nobilem videlicet Zizonem Comitem, & Giſellam Comitiſſam coniugem C ſuam, &c.] *Hæc Henriquetz.*



Denique obſerua ad eius deprecationem miraculo reſtitutam ſanitatẽ cruri affecto Henrici Monachi viri admodum Religioſi vitæque ſanctimonia excellentis, ac Beatorum numerum obtinentis, quem diuinitus in religioſorum familiam adoptatum tradit Cæſarius *lib. 7. dialog. cap.* 8. Menologium vero, Ciſtercienſe ad diem 17. Decembr. ita breuiter vitam eius perſtringit. D

In ve-

A In veteri monte Beatus Henricus Monachus, qui cum esset Canonicus S. Cuniberti nimiumque sæculi vanitatibus deditus, auditâ voce è cœlo elapsâ, & à Beatissimâ Virgine per visionem admonitus, mundo eiusque concupiscentijs valedixit & assu-
B mens habitum Cistercienſium in Bergensi cœnobio multis & admirandis virtutibus clarus effulsit, magnaque sanctitatis opinione relictâ fœliciter obdormiuit in Domino.

Caput Nonum.

C

Corpus eius cum mœrore Coloniæ suscipitur.

FERIA secunda pontificis corpus Coloniam perducitur, & ad gradus Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis, cum mœrore totius ciuitatis excipitur. Quantus tum illic fuerit gemitus, dolor, planctus Clericorum, clamor & vlulatus eorum, qui erant in ministeriis, plebis diuersi sexus & ætatis quanta vociferatio, pastoris sui mortem deplorantium, probitatis eius insignia commemorantium, & Friderico mille mortes impre-
D cantium: nullius vox dicere, nullus stylus conscribere sufficit. Præferebatur feretro interula, martyris sanguine purpurata, quæ ad commiserationem mouit vniuersos. Nec mirum, si Colonia tanto pastore viduata planxit. Erat enim ille maxima columna templi, honor Cleri, inter proceres regni formosissimus, patriæ pater, & vt breuiter dicam, speciale decus sui temporis. Tam autem fidelis fuerat Ecclesiæ sibi cõmissæ, vt quodam tempore vni è ministris suis dixerit: Non in tam solicitus es, vt liberis tuis, quos vnicè diligis, amplam relinquas hæreditatem, quam ego solicitus sum, vt beatum Petrum & Ecclesiam eius hæreditate ditem. Reipublicæ quoque tam fuit vtilis, vt neque corpori,

Summo omnium dolore corpus Coloniam infertur.

Quantũ amarit Ecclesiã suã.

neque expensis parceret, modo prodesset multis. Deportatur inde corpus martyris per curiam Episcopalem cum lachrymis multis, cum Crucibus & thuribulis in domum beati Petri, ibique deponitur, multaque ei beneficia per multos dies tam in Missis, quam in Psalmis more Christiano impenduntur. Diu enim in illa Ecclesia mansit corpus inhumatum, quod per futurum antistitem primores, & qui ministerijs fungebantur, illud conuentui principum præsentare, & de percussoribus eius conqueri statuissent sicut & factum est. Ea enim causa sacrum corpus coquentes carnes ab ossibus separauerunt. Sicut autem testantur qui aderant, ita martyris caluaria gladijs cædentium confracta & comminuta fuerat, vt de caldario corpore extracto, particulatim vix posset coniungi. Cum tristis rumor occisi pontificis Ecclesiam perturbasset, Dux Walramus de Limburg socer comitis Friderici dolorem super dolorem eius addens, tertia die à cæde eius, antequam corpus eius venisset Coloniam congregato milite copioso & multis rusticis, castrum Valantiam, quod beatus vir ad munimentum terræ non longe à castro Rodensi, maximo sumptu ædificauerat, absens obsedit, & post paucos dies cum magno suorum tripudio deiecit. Nam propter Episcopi repentinum interitum, & Walrami improuisum aduentum, qui in castro erant, propter penuriam annonæ, armorum, & propugnatorum, hostibus se dediderunt. Walramus vt à facto excusare se posset, sicut & fecit, præsens adesse noluit: sed fratrem suum Gerardum cum filio Walramo ad castrum destruendum misit. Aiebat enim in suam ignominiam illud extructum: Gerardus vero, qui in castro diruendo multũ feruebat, eodem die, quo solẽne tricenarium eius, qui castrum extruxerat, agebatur Coloniæ, vita priuatus, in Wassenberg sepultus est. Eum post quinque menses frater eius Dux Walramus secutus, eandem viam vniuersæ carnis ingressus est. Post cuius mortem dum filij eius Walramus iunior & Comes Henricus, graui admodum infirmitate correpti, satis vexati sunt, nec adhuc plene conualuerunt. Causam vero tum mortis illorum, tum horum malæ valetudinis Deus nouit.

Deferetur corpus eiꝰ in Ecclesiã S. Petri Apostoli.

Castrum Valantia à Duce Walramo diruitur.

Vltio diuina.

A B C D

Notatio ad Caput Nonum.

§. Ad gradus Ecclesiæ Dei Genitricis.

Pietas Germanorum erga Deiparam.

Ecclesia B. Mariæ Virginis ad gradus, cuius hic & alibi facta est mentio, inde appellatur, quod Coloniæ sicut Moguntiæ

A guntiæ & Treuiris, ad introitum Metropolitanæ Basilicæ ex veterum Germanorum in Deiparam pietate, quasi continens sit, atque inter gradus ædificata à B. Annone, qui eam suis auxit facultatibus; vt testantur literæ ab ipso sub annum Dominicæ Incarnationis 1065. Episcopatus sui octauum 4. Kalend. Augusti datæ: Quam breuis, *inquientes*, & transitoria est



Ecclesia B. Marię Virginis ad Gradus.

B præsens vita, attendendum est summoperè his, qui in multis offenderunt, vt in futurum sibi refrigeria qualiacunque prospiciant, & tanto studiosius, quanto amplius se offendisse meminerũt. Vnde ego recolens me mandata Dei sæpius neglexisse, Genitricem eius mihi precatricem parare decreui, dum in honore eius ædificarem Ecclesiam quam Pius antecessor meus Hermannus, si mors non præuenisset, suis sumptibus disposuerat ædificandam; quatenus ibidem seruientes Ministri Dei iugibus votis ipsi S. V. MARIÆ MATRI DOMINI NOSTRI IESV CHRSITI C supplicarent, Vt pro peccatis Nostris, Antecessorum, Successorum quoque Nostrorum interuentrix existeret & pœnas culpis Nostris debitas pia prece remoueret. Huic itaque Ecclesiæ iam Christi nomine ædificatæ contulimus &c.]

Vnde quis olim D. Virgini habitus fuerit honor colligere licet.

Hic Agrippinæ quoque in gradibus B. M. Virginis sodalitas congregationem à sphęrulis precatorijs seu rosario nuncupatam ætate pręcurrit, vt docet Ioannes Bonifacius *lib.* 32: D *historiæ Virginalis cap.* 14. atque in vita S. Annonis Surius innuit *cap.* 29. Svvelmensis etiam Ecclesiæ, quam B. Archiepiscopus ENGELBERTVS consecraturus sanguine suo purpurauit, accessio facta est sodalitio Mariano, vt ex literis Sigivvini Anno 1085. datis *in Metropoli Colonienſi* docebo, hinc mihi persuadeo, authoribus Canonicis ad Mariæ gradus & Svvelmam fuisse dedicandam & sacrum penes ipsos cadauer repositum.

§. Quam ego sollicitus sum vt Beatum Petrum & eius Ecclesiam hæreditate ditem. A

S. Engelbertus ingentem districtum diœcesi Coloniensi adiecit.

Capite quinto libri superioris comparauit Cæsarius Sanctum Nostrum Brunoni Ducatu sedem Colonienſem augenti, sic enim & accessio ad Diœcesin, Sancto Nostro antiquissima fuit cura. Testantur id literæ Vrbani Pontificis Maximi anno 1262. à Pontificatu vero suo secundo, 6. Id. Ianuarij in vrbe vetere datæ, referuntque Engelbertvm fel. record. Colonien. Archiepiscopum à Mechtilde Henrici B Comitis Seinensis vidua, qua precio, qua benignitate & munificentia acquisiuisse & recuperasse, clientelares fundos seu feuda videlicet, *de VVide, de VVindeck & Rinnenberck, castra de Linsa, & Lupstorp, de Nevvenstat, de Aspach, de VVinthan, de Gilstorp, & de Sechtune villas, cum vasallis, fidelibus, ministerialibus, hominibus, seruis, pratis, VViltbannis, Nemoribus cæterisque suis attinentiis, nec non nouo castro sito in Parochia Brettpach cum pertinentijs suis aliisque villis eiusdem Parochiæ.*] Hæc Vrbanus. C

Caput Decimum.

Quod Ludouicus Rodensi apparens pœnas occisorum suorum prædixerit.

Apparet Episcopus sacrificati.

Sexta illa feria, qua castrum fuit euersum, septenarium martyris agebatur. Cuius rei gratia sacerdos quidam, Ludouicus nomine, regularis Canonicus S. Gabrielis in Rode, eiusdem vocabuli castrum vicinum pro anima martyris Missam celebraturus ascendit. Cumque dictis secretis, post Sanctus, Canonem inchoaret, ecce sanctum Episcopum pontificalibus indutum, vultu hilari, sacro altari adstare videt: & cum Crucis signa exprimeret super panem & calicem, beatus pontifex per totum Canonem sacerdoti se conformans, eodem modo & ijsdem vicibus sancta consignauit, dexteram eleuans. Cum autem ventum esset ad eum locum, vbi defuncti nominantur, & eum sacerdos nominasset,

minasset, expleto sacramento, ait illi Episcopus: Frater, non est ne-
A cesse, vt inter mortuos me nomines. Sum enim cum Deo, & in choro martyrum gaudio fruor ineffabili, & adiecit: Noueris pro certo, quod omnes illi, qui me occiderunt, vel quorum consilio occisus sum, male peribunt, idque citius, quam credi possit. His dictis, disparuit: Ludouicus vero Missa completa, omnibus quæ viderat, indicauit, testem Deum adhibens ita se habere. Prædicit illi celerem vindictam in percussores suos.

Notatio ad Caput Decimum.

B

§. Sexta Feria.

HIc nulla opus explicatione, tantum instituta quasi anacephaleosi conditam pro tempore nonnullorum libri secundi & tertij narratorum seriem, sum traditurus.

Beatus Præsul ante Kalend. Nouemb. omnibus cœlitibus sacras, quæ tunc in diem Sabbathi incidebant Susatum tenuit, vbi cum triduo de pace inter ipsum & Comitem Fride-
C ricum concilianda littori loqueretur, cum à Winando Heisterbacensi Monacho, tum alijs per literas de periculo monitus, sexta Nouemb. quę erat feria quinta, virus peccatorũ suorum alias vnquã contractũ, apud sacerdotem euomuit vt sequenti die Svvelmensem Ecclesiã dedicaret, vnde paci cõsulturus redire cogitabat Susatũ. Feria sexta, Nouemb. die septi-
D ma in itinere Svvelmensi aliquoties à Friderico occasionem necis captante visitatus, miserorumque studio retentus, sub crepusculum Sicariorum gladiis plagisque 47. confectus occubuit. Ipso Sabbatho, octaua Nouembris, pompa solenni à veteris Montis Religiosis ad ipsorum Monasterium traductus, lauabatur, intestinis eius ibidem humo conditis tumulatisque, ac Henrico Seniore Monacho qui ex crure laborabat mirabiliter recreato; Decimo Nouembris secunda insequentis hebdomadæ feria Coloniæ ad gradus B. Mariæ Virginis

1225. 1. Nou. 7. Nouẽbr. 8. Nouẽbr. 10. Nouẽb.

ginis cum mœrore & luctu omnium fuit repositus; demũ in Metropolitanam Basilicam à Clero & populo solemniter introductus, ad conuentum Principum asseruabatur, qua de causa pro æui illius consuetudine, carnes ab ossibus sartagine diuellebantur. feria sexta cuius Cæsarius hic meminit, quæq; 14. Nouẽb. erat decima quarta Nouembris, Castrum Valãtiæ fuit euersum. Eadem die SANCTVS NOSTER Ludouico Rodensi sacris operanti apparens statum adeptæ gloriæ suæ declarauit. Subsequenti Sabbatho 15. Nouembris noui Archi- 15. Nouẽbr. episcopi electioni destinato, omnium calculis Præsul electus Henricus à Molenarck, qui mox Francofurtum ad colloquium Regis cum B. Martyris pignore profectus, obtinuit, vt relegatio Friderici Sicarij Norinbergæ vulgata, innouaretur. Regalibus donatus à Rege Hẽricus, Mogũtiæ in reditu à Legato Apostolico, concilium per dies Domini aduentui sacratos celebrante, dirarum, quibus caput Friderici deuouebatur, obnunciationem vindictamque in ipsius fratres impe- 10. Decẽbr. trauit: vbi & in ipsa synodo B. ENGELBERTVS Martyr est declaratus: ibidem sicut & quarto Idus Decembris in Colonien si synodo execrationes in reos parricidij continenter prolatæ.

Excõmunicãtur rei parricidii.

1226. Anno 1226. in peruigilio B. Matthiæ, honorificentissimo 23. Febr. corpus S. ENGELBERTI monumento à Cardinale Portuensi fuit conditum, ac per idem tempus in loco profusi sanguinis amota lignea cruce, sacellum est substructum. Anno fere vertente Fridericus Isenburgicus ex fuga ad Henricum Ducem Limburgicum adornata, à Baldevvino Comite de Gennep Hoyam inter & Leodium exceptus, Gerardo Co- 10. Nouẽb. miti S. ENGELBERTI auunculo in Wesel ad Mosam fuit traditus, vnde soluto bis mille marcarum precio, decimo 14. *Nouemb. msc dicũt* 13. *Nouemb.* Nouembris Coloniam in vincula abreptus quarto post die insigniter inter lumbifragiũ pœnitens ante S. Seuerini portã rotæ supplicio fuit mactatus.

§. Sacer-

A §. Sacerdos quidam.

Quamuis vltra fluuium Rhenum complures pagi nomine Rode, id est Nouale appellentur, quin & castrum aliquod in itinere Schvvelmensi ita ab incolis indigitetur; ab eo tamen Ludouicus Sacerdos nomen Rodense non est mutuatus, cum nulla detur in terra Montensi Ecclesia Canonicorum Regularium aut S. Gabrieli dedicata. Videtur verò ab Abbatia Regularium Canonicorum, secundo ab Aquisgrano
B lapide, vulgo Closterrode nuncupata, proxime mœnia oppidi Rode Ducis Hertzogenrode, fluxisse.

Caput Vndecimum.

De electione Henrici de Molenarck Archiepiscopi & de zelo eius vindicandi parricidium.

C SEQVENTI die, id est, sabbato, castro Valantiæ destructo; turris à Clero Coloniæ erecta est contra faciem Damasci. Cum autem status regionis ex morte pontificis valde turbatus esset, timerentque primores & Clerus, ne forte ciues cum Walramo propter priuilegia, quæ Dominus ENGELBERTVS communis vtilitatis causa confecerat, aliquid contra Ecclesiæ libertatem molirentur, sicut eis postea dure satis impositum est, diem, qui est decimusseptimus Kalendas Decembris, qui nonus erat à cæde pontificis, electioni præfixerunt. Quo die, mediante & cooperante Domino Theoderico Treuirensi Archiepiscopo, Henricus Bonnensis Præpositus in pastorem & Archipræsulem consensu v-
D nanimi electus est. Quo iuxta morem in Episcopi sede residente, clamores ministrorum, id est, eorum, qui ministerijs fungebantur, de nece Domini sui conquerentium, renonati sunt, & ab eis interula martyris in sinum eius deposita est. Ille vero, vt aiunt, mox iurauit se sanguinem eius quoad viueret, vindicaturum. Quam studiosus autem & ferueus hactenus & fuerit & sit in ea vindicta persequenda, ita vt neque corpori, neque pecunijs parcat, sequentia declarabunt. Eo quidem die, quo sacerdotio initiatus est, ad gloriam martyris dilatandam, coram altari

Henricus Comes de Molenarck creatur Colon. Archiepiscopus.

Persequitur Engelberti peruersores.

altari beati Petri exiguitati meæ humiliter satis iniungere dignatus est, vt quæ ab eo insigniter gesta sunt, & miracula quæ per eum Dominus A operatur, ad posterorum notitiam scripto transmitterem. Cumque me excusarem, & dicerem, mihi id non licere, Priori meo, qui præsens erat, præcepit, vt me cogeret obedire: quod & fecit. Itaque cum multos in sua diœcesi habeat viros sapientes & eloquentes, vtpote Theologos, Rhetores & Philosophos, qui beati antecessoris eius vitam, martyrium & miracula eleganti stylo scribere, & floribus Rhetoricis ornare possent, si materia laude digna, sermone inculto à me tractata fuerit & explicata, non mihi, quem cogit obedientia, sed illi potius, qui iniunxit, imputandum est. B

Notatio ad Caput Vndecimum.


§. Destructa inquit msc. turri Valentia turris contra faciem Damasci erecta est Coloniæ à Prioribus;

PEr electionem scilicet noui Præsulis, quam Priores maturarunt, vt sua à ciuibus & Walramo defenderent C priuilegia, quæ D. ENGELBERTVS in commune consulturus dederat; vel vti msc. *abeis extorserat*, quo verbo cum insinuentur Walramo & ciuibus inuitis priuilegia concessa, fuit quod ipsis timerent. Sed & verbo eodem exprimitur SANCTI NOSTRI seuerior zelus in acquirenda promouendaque Cleri libertate; designationem igitur noui Principis successoris accelerarunt. D

Henricus à Molenarck Archiepiscopus Colonienſis.

Electus autem est Henricus Præpositus Bonnensis & secundus Archidiaconus Colonienſis de Thombergi & Molenarckæ Dynastarum seu Comitum prosapiâ; Comitem enim appellat Hermannum de Molenarck: *Reinaldus electus Colonienſis Imperatoriæ Maiestatis Legatus* in instrumento emptionis *quorundam bonorum in VVestphalia sitorum anno* 1161. & diploma in tabulario S. Vrsulæ asseruatum, quo Archiepi-

A chiepiscopus Philippus sub annum 1171. Molendinum ac bona in Emnichouen dono transtulit, tum etiam illud, quo sub annū 1172. syluam in Mherne Collegio Vrsulano liberaliter concessit.



Molenarck *castrū. vide Gol. Monachum anno* 1234.

Castrum Molenarck in Ducatu Iuliacensi nunc à Nobili familia Metternich tenetur. E-
B tymologiam illius coniectaturus Molensium arcem dixeris: Molenses enim quondam, indicibus vetustis Monasterii Gladbacensis schedulis, vocabantur Iuliacenses. Wilhelmus Salsmannus vocabulum Molenarck deriuat ab Arca & Mo-
C la: Sic enim habet in metrica Agrippinensium præsulum enumeratione:

Etymologia & inſignia Molenarck.

Heu ENGELBERTVM rapuit cognata Tyrannis,
DIVVS iustitiæ est factus amore pio,
D Cui genus ARCA MOLÆ nomenque, HENRICVS inultam
Haud ENGELBERTI sustinet esse necem.

Gentilitio Molenarckiorum signo suberant duæ trabes bicoloribus distinctæ tesseris. In literis instituti per Godefridum de Thomberg militem Anno 1238. Monasterij

Henricus Archiepiscopus vir doctus.

Svveinheimēsis, Hēricus fratrē suū appellat Friderieū. Hērico verò in Gallica & Latina lingua præter vulgarē suā quā cū materno imbiberat lacte quis facūdior? Iuriū erat perquā peritus. A pluribus perſępe calumniatoribus in inuidiā vocatus, per delegatos Apostolicos censuris fuit irretitus, quin & ipse summus Pontifex Gregorius Nonus in eum inquisiuit, vetū calumnias omnium, etiā affectā adulterij maculam, dexterrimè eluit. Sibergensis quoquè aduocatia seu patrocinium grauem illi Montensium Comitum concitauit discordiam. Priuilegium pro immunitate Ecclesiastica Anno 1236. ab Henrico conceſſum alias in publicum prodibit; Quo feruore plerosque anteceſſoris sui necatores vltioni mactauerit, Cæsarius nominatim & abundè prosequitur. Omissum verò Ottonem Teckelenburgium ex archæo Metropolitano repetemus, cuius in Archiepiscopi Colonienſis diplomate fit mentio, quo castrum Tecklenburg cum quatuor villis Linen, Brutterbecke, Linge, Millinckhusen &c. tanquam fundus clientelaris (quod feudum dicitur) ob illius cum Isenburgico conspirationem commissus & publicatus, partim diœceſi Colonienſi, partim ex liberalitate ipsius Archiepiscopi Colonienſis conſentiente Capitulo Episcopatui Osnaburgensi tāquam vicinæ cedere perhibetur: ita enim narrat diploma.

Tecklenburg.



Diploma de Ottone Tecklenburgico.

Henricus Dei Gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiscopus, cæteriq; Eccleſiæ Colonienſis Priores;

res; omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in verò salutari.

A Licet Colonienſis Eccleſia, Oſnaburgenſi ratione Metropolis, ad neceſſitatum ſubleuationem quodam modo teneatur: tamen quia ſpecialem ſeruitiorum exhibitionem & fidelitatem mater in filia adinuenit, ſpecialiter ſe ſibi ſecundum formam infraſcriptam obligare decreuit. Quamobrem tam præſentibus quam futuris notum eſſe volumus, conſenſu communi, vtriuſque Eccleſiæ prædictæ, tam Cleri quam Laicorum ſic eſſe firmatum: vt quælibet earum ad mutuam viciſſitudinem conſilij & auxilij alteri perpetuò ſit aſtricta, vnaquæque iniurias alterius ad inuicem propulſando, violentiis pro poſſe & viribus cum

B effectu reſiſtendo.

Mutua obligatio Colonienſis & Oſnaburgenſis Eccleſiarum.

Caſtrum vero Tecklenburg cum quatuor curtibus, videlicet: Liden, Brutterbecke, Linge, Millinghuſen, quæ Otto Comes Tecklenburgenſis propter conſpirationem necis facinoroſæ D. ENGELBERTI piæ memoriæ Colonienſis Archiepiſcopi demeruit, Colonienſis Eccleſia tanquam feoda ſibi de iure vacantia, cum aliis feodis ſuis reſumit, ſed quatuor manſiones ad quatuor Caſtellanos inſtituendos in eodem ca-

C ſtro, Oſnaburgenſi Eccleſiæ titulo donationis relinquit: Proprietates hæreditarias & omnes miniſteriales quondam Comiti Teckelenburgenſi attinentes, præfatæ Eccleſiæ æqualiter inter ſe diuident, vnaquæque alteri in ſua portione obtinenda auxilium & conſilium ad inuicem præſtando. Si de villa Linge ciuitas fuerit conſtructa, medietas omnium prouentuum ſiue in Telonio, ſiue in moneta, ſiue in iudicio conſiſtat, Oſnaburgenſi Eccleſiæ cedet. Si verò in ſtatu, in quo eſt, perſtiterit, nihilominus medietas cum omnibus prouentibus, vt ſupra dictum eſt, cedet, exceptis his quæ curiæ Linge pertinere noſcuntur, quæ cum ipſa curia ſpecialiter ad Colonienſem referuntur Eccleſiam,

D diuiſione autem miniſterialium facta, ſi quis ex his ab vna parte miniſterialem, alterius partis traduxerit in vxorem, ad vinculum initi fœderis & amicitiæ inter præfatas Eccleſias fortius conſolidandum, vxor ſine aliqua commutatione liberè virum ſequatur, miniſteriales prædicti conditione qua ſub Ottone quondam Domino eorum gaudebant, ſi ipſam conditionibus Eccleſiarum præelegerint, gaudebunt; Sin autem, conditionibus Eccleſiarum gaudebunt: Ex parte vtriuſque Eccleſiæ ſex miniſteriales præficientur, qui inter vtriuſque Eccleſiæ

Arx Tecklenburg & Linen, Millinghuſen, Linge, Brutterbecke ſunt bona feudalia ab Archiepiſcopo Coloniéſi cõferenda.

Quo merces ſeu reditus ex ciuitate Lingenſi percepti pertineant.

miniſteriales decident, ſi quid inter ipſos emerſerit quæſtionis. Si autem per ipſos decidi non poterit, ad ipſorum ſuperiores, ſcilicet Archiepiſcopum & Epiſcopum quæſtio deferatur decidenda. Expugnatione caſtri Teckelenborg facta, infra ſpacium ſex ſeptimanarum prædicti Archiepiſcopi & Epiſcopi, ad diuiſionem hæreditariæ proprietatis & miniſterialium de quibus ſupra dictum eſt proportionandam conſedebunt, & diuiſione diſtincta vter eorum præeligat forte dirimetur, Oſnaburgenſis Eccleſia feoda, quæ Comes Otto quondam ab ipſo tenuit tanquam de iure vacantia reſumat. Atque vt hæc ſupraſcripta confœderatio perpetuò valitura rata & inconuulſa permaneat, ſigillorum noſtrorum appenditiis ipſam duximus roborandam. Præſenti confœderationi interfuerunt, Conradus Maior Præpoſitus & Archidiaconus, Henricus Præpoſitus S. Seuerini, Bruno Præpoſitus S. Cuniberti, Gerardus Præpoſitus Sanctorum Apoſtolorum, Henricus Præpoſitus S. Georgij, Arnoldus Decanus ibidem, Decanus Sanctorum Apoſtolorum, Lupertus S. Mariæ ad gradus. Albertus Subdecanus Maioris Eccleſiæ, Abbas S. Panthaleonis. Interfuerunt etiam Laici Hermannus de Mullenarcke, Theodericus de Roiſovve, Hermannus de Aluetere Marſchalcus, Theodericus Dapifer de Monickhuſen, Franco Pincerna, Gerardus filius Aduocati Colonienſis, Godefridus de Bacheim Camerari⁹, Wilhelmus Sildenck, Goſwinus filius Marſchalci, Richwinus Marſchalcus, & alij quam plures tam Clerici quam Laici. Acta ſunt hæc, anno 1227. menſe Auguſti.

A

B



C



D

Lippienſis comes.

Huic ſubtexam aliud ex miſc. quodam codice, in quo conſtituta etiam Lippienſi Comiti pœna ob illatã S. ENGELBERTO necem proponitur; aliique conſpirati ſcelerisq; conſortes enumerãtur. Integrum autem refero, quia & S. ENGELBERTI vitam

A vitam, & vitæ simul cataſtrophen enarrat: ita enim loquitur.

ENGELBERTVS de Altena comitis Montenſis primi ENGELBERTI filius, Colonienſis Eccleſiæ creatur Archiepiſcopus Anno Domini M.CC.XV. Ipſe Fridericum ſecundum Imperatorem elegit, & coronauit Aquisgrani, qui & filium eius Henricum ſibi commendauit. Imperij quoque Vicarium * vltra Alpes inſtituit cumque ſtatus Eccleſiaſtici reformationi toto conamine inſiſteret, iuraque Eccleſiæ aduerſus Principes & Nobiles quoſcunque defenſaret, à Nepote ſuo Friderico Comite de Iſenburg, multis confoſſus vulneribus glorioſo coronatur Martyrio, eo quod ipſum excommunicauerat, quia Eſſendienſis
B bona Monaſterij violenter rapiens detineret, neque reſtituere vellet, Anno 1225. Tali inquam mortis genere periturum prædixerat ENGELBERTVM Præſulem Conradus Portuenſis Cardinalis, dum in Germania Legationis officio fungeretur, cuius quidem facinoris conſcij & conſpiratores Theodericus Monaſterienſis & Bruno Oſnaburgenſis Epiſcopi, Friderici fratres, quos Honorius Papa dignitatibus priuatos perpetuo damnauit exilio. Fridericus vero ſceleris patrator velut Cain profugus in terra exiſtens, cum ad Henricum Ducem Limburgenſem confugere vellet, à Baldewino Comite de Gennep, interceptus Ge-
C rardo Geldriæ Comiti Auunculo ENGELBERTI Præſulis deſtinatur. Quem cum Coloniam perduxiſſet extra portam S. Seuerini rotatus ad inſtar latronis in columna lapidea præalta exaltatus fuit: quemadmodum mater eius dum adhuc ipſum in vtero geſtaret præuiderat; Dehinc Henricus de Molenark ENGELBERTI in Præſulatu ſucceſſor, & mortis ſeueriſſimus vindex ope Henrici Ducis Brabantiæ, Gerardi Geldriæ, Theoderici Cliuiæ, Gerardi Iuliæ, & Adolphi Marchiæ Comitum, caſtra Friderici occiſoris munitiſſima Iſenburg & Nevvenburg
D ſolo æquauit. Inde Comites de Lippia & Tecklenburg. Friderici cooperatores & conſpiratores in necem præſulis, in uadens, exuſtis illorum villis & nemoribus præciſis, caſtriſq; aliquibus captis & dirutis patria pepulit, qui tamen de poſt Henrico Antiſtiti reconciliati duo extruere Monaſteria pro miſerunt.

Sederat autem in Epiſcopatu SANCTVS ENGELBERTVS annis decem Epiſcopale onus in propria perſona perficiens: Cum enim Eccleſiam.....conſecraſſet, Clericos & non milites ſecũ ducens à Friderico Nepote armato interfectus eſt.]

NB, eſſe erroreẽ quod Friderictũ coronarit.

* *Nobis eſt citrà.*

Fridericus Iſenburgicus capitur

Caſtra Iſenburg & Nevvenburg ſolo æquantur.

Comites de Lippa & Tecklenburg, arcibus quibuſdam dirutis, alijs exuti in exiliũ pelluntur.



Cliuensis à suspicione sceleris eximitur.

Cliuensem Comitem Theodericum huius facinoris suspicioni obnoxium fuisse, sed expurgasse se ex alio didici manuscripto codice: *Comes*, inquit, *Cliuiæ qui hoc tempore regebat, apud Imperatorem suspectus ac insimulatus fuit, quasi Friderico ad hoc facinus perpetrandum consilium dedisset, aut etiam auxiliatus esset, vt fuerit etiam ad purgandum se ab Imperatore inuitatus, & cognita causa innocens declaratus* &c.

Caput Duodecimum.

De inimicitiis ortis inter Henricum à Molenarck & VValramum Ducem & ciues Colonienses.

Archiepiscopus Henricus infensus est Walramo Duci. & ciuibus Colon.

CVM in ea electione præsentes adessent Dux Walramus, & filius eius Henricus, in tantum commotus est Archiepiscopus electus, D vt feuda, quæ Walramus à beato Petro habebat, & quæ filius eius habiturus erat, porrigere recusaret, idque ob supradicti castri destructionem. Ciuibus etiam negauit gratiam suam ob priuilegiorum concremationem, & societatem cum Walramo initam, atque etiam ob alia quædam, de quibus omnibus non est huius temporis texere historiam.

Nota-

Notatio ad Caput Duodecimum.

A HOc capite Lector animaduertat humanæ fidei imbecillitatem & inconstantiam, sublato enim B. ENGELBERTO mox affines eius, suique ciues in alia omnia euntes contra quam promiserant, egerunt. Inconstantia humanæ fidei.

§. Dux Walramus & filius eius Henricus.

Vt hoc, & nonum caput planiora fiant; Limburgensium Ducum propaginem hic subijcio: Ducum, inquam, non Co-
B mitum, distinguuntur enim successores Friderici ab his Ducibus, & terris, & dignitate, tum prosapia.



HENRICVS LIMBVRGICVS ET IVTTA CONIVGES

Henricus II. ex-Dux Lotharingiæ & Limburgi — *Adela de Arlon Vxor.*

VValramus Paganus Dux Lotharingiæ & Limburgi. A

Henricus III. Dux Limburgi.

VValramus Comes de Arlon.

Margarita vxor Godefridi III. Brabanti. Vide in Stemmate Nobilitatis pag.10. libri primi historiæ S. ENGELBERTI.

Henricus IV. Dux Limburgi.

VValramus II. Dux Limburgi Anno 1226. S. ENGELBERTI tricenario & quinque mestri facto obijt. Hic post Ermesindis secundæ coniugis obitum Dux Limburgensis fuit.

Henricus de VVassenberg.

Gerardus de Borne obijt 1225. in tricenario S. ENGELBERTI & Cæsar. lib. 2. vitæ S. ENGELBERTI cap. 9. & sic in literis per Capitulū Leodiense sigillatis, quas habet Collegium Canonicorum VVassenbergensium ratione Ecclesiarum in Elinckhouen & Hauert, per Fridericum Præpositum ibidem sibi concessis, & de Scholastico à Capitulo deinceps eligendo datis an. 1221. quarto Kal. Iulij præsidente D. Hugone Ecclesiæ Leod. Pontificatus sui anno 22. vocatur Nobilis vir Gerhardus quondam inclyti Ducis Henrici de Limburg filius præfatæ Ecclesiæ patronus. B C

Simon Leodiensis Cardinalis.

Henricus IV. Dux Limburgi. Vxor Margarita hæres Adolphi Comitis Montensis quo defuncto S. ENGELBERTVS Comitatu fruebatur.

VValramus Iunior. Vxor Elizabetha Barrensis.

Henricus Blondus Luxēburgensis Comes à quo Stemma Luxemburgicum.

Gerardus.

N. nupta Friderico Isenburgico à quo Limburgi noui Comites originem suam ducunt.

Filiæ plures. D

Hos duos grauis morbus ob persecutionem S. ENGELBERTI afflixit. Cæs. lib. 2. vitæ S. Engelberti cap. 9.

VValramus III. Dux Limburgi obijt anno 1284.

Adolphus Comes Montensis Elizabeth vxor.

Ermgardis vxor Reinaldi Comitis Geldriæ.

Contra-

A

Conradus Episcopus Monasterienſis.	Cunigardis Comitiſſa Marchiæ.	Adolphus Comes Montenſis ſine liberis Vxor N. Spanſemia.	Guilielmus ſine liberis; N. de Aldenburg Vxor.	Henricus de VVindeck, Agnes de Marcka Vxor.

Adolphus Comes Montenſis.

Margarita.

B

Caput Decimumtertium.

De proceſſu contra Fridericum & fratres ſuos.

ASCENDENS inde Francofurtum ad colloquium Regis electus Epiſcopus, corpus martyris duobus Abbatibus Ordinis Ciſtertienſis deferendum commiſit, puta Godefrido Abbati Montenſi, & Henrico Abbati Vallis S. Petri. Cumque præſentatum eſſet corpus Henrico Regi atque principibus, & cum eo mortis eius inſignia, interula, diplois & pileus: iis, qui corpus præcedebant diſtrictis gladijs, vt habent legum iura, contra Fridericum latronem vociferantibus, turbatus eſt Rex, & omnes, qui cum illo erant: maxime autem Rex puer, qui perinde vt lugere ſolet filius patrem, & puer tutorem ſuum, extinctum planxit Epiſcopum: Proſcriptionem vero Friderici in celebri conuentu Norenbergenſi factam renouauit, omnibus ei abiudicatis tam allodijs, quam feudis. Feuda libera abiudicata ſunt Dominis ſuis: allodia proximis, miniſteriales ſiue miniſtri & homines à iuramento ei præſtito abſoluti. Vxor eius vidua, liberi eius orphani ſunt iudicati. Electi quoque Archiepiſcopi nomine illic denunciatum eſt, quicunque Fridericum captiuum ei exhiberet, illum mille marcas Colonienſes ab eo recepturum. Infeudatus inde à Rege electus Archiepiſcopus, cum corpore martyris Moguntiam deſcendit, vbi Dominus Conradus Portuenſis Epiſcopus, & Legatus in Aduentu Domini Concilium celebrauit. Ibi eius præcepto congregati erant diuerſarum vrbium Epiſcopi, & Abbates multi. Is ob necem præſulis multum conſternatus, in ſermone ſuo multis eũ in eodem Concilio præconiis extulit, martyrem prædicans,

Ann. 1226. In Comitiis oſtenditur cæſus martyr.

Fridericus proſcribitur.

Cõcilium Moguntinũ Martyrẽ prædicat.

& cæteris Episcopis, qui bonis Ecclesiarum suarum cognatos & nepotulos suos infeudant, vel dum ea diripiunt, dissimulant, exemplum eum statuens. In eodem Concilio ab illo totius Germaniæ Legato Conrado, Fridericus Comes etiam spiritali gladio punitus est. Cum enim eum excommunicaret cum vniuersis Ecclesiarum prælatis illic congregatis, præcepit per omnes prouincias legationis suæ, id est, Moguntinensem, Colonienſem, Treuirensem, Bremensem & Magdeburgensem, in omnibus Ecclesijs per omnes Dominicas cum extinctione candelarum eum excommunicari: nec eum solum, sed etiam omnes eius adiutores, à quibus, vel quorum consilio occisus est præsul: itemque omnes, qui reos necis eius fouerent, vel eis communicarent. Exhibitæ quoque in eodem Consilio sunt Conrado Legato literæ Theoderici Monasterienſis Episcopi, & Engelberti electi Osnaburgensis, Germanorum fratrum Friderici: quorum prior de sacrilegio se excusauit, paratum se dicens Canonice se purgare: alter Episcopum ordinari se petijt. Respondit Legatus, se proniorem ad parcendum, quam ad puniendum, modo se excusare possint: diemque eis præfixit, quo se purgarent in Concilio Leodienſi. Quo cum venissent, nobilibus conductum eis ex mandato Cardinalis Legati præstantibus, nec se canonice cum septem Episcopis purgare possent, primoribus Colonienſibus, multisque aliis eos accusantibus, Legatus ex consensu Episcoporum plurimorum, qui præsentes erant, ad Dominum Papam illos transmisit: cui etiam inter cætera hæc scripsit: Examini vestro dirigimus hos duos Episcopos, grauiter de D. ENGELBERTI nece infamatos.

Fridericus à Legato & synodo excommunicatur.

Concilium Leodienſe.

A

B

C

Notatio ad Caput XIII.

§ Puta Godefrido Montensi & Henrico Abbati Vallis S. Petri &c.



D

Godefridus Montani cœnobi clauum medius inter Hermannum, & Brunonem tenuit.

Godefridous Abbas X. Aldenburgensis.

Henrici Abbatis & Antistitis in valle S. Petri memini infra capite 25. libri tertij.

In ser-

A §. In sermone suo multis eũ in eodem concilio præconijs extulit martyrẽ prædicans.

Tradit hîc auctor Martyrẽ nostrũ à concilio Moguntino eiusq; Præside sancto & doctissimo Legato Apostolico in numerum Diuorum relatum esse. Vnde & merito Romanæ Ecclesiæ Martyro-
B logium ita de eodem loquitur.

Hic referũtur quæ ad Sãctitatem B. Engelberti, & ipsius relationẽ inter Diuos, quam Canonizationem vocant, spectant.

Ad diem septimum Idus Nouembris: *Coloniæ celebratur festus dies* SANCTI ENGELBERTI *Episcopi qui pro defensione Ecclesiasticæ libertatis & Romanæ Ecclesiæ obedientia martyrium subire non dubitauit*; conspirant cum eo & cætera martyrologia, & manuscriptum Wedinghusani Monasterij in Westphalia: *Ipso die*, inquiens,
C *sanctæ memoriæ* ENGELBERTI *Archiepiscopi Colonienſis & Martyris, qui ob defensionem oppressorum, ab impijs innocenter occisus fœliciter occubuit anno* 1225.] Itẽ Theodericus Tuitiensis æduuus manuscriptus. ENGELBERTVS, inquit, *Tutor Imperij occiditur à Comite Friderico de Isenberg, qui & multis virtutib⁹ plenus refulsit.*] Et licet per Diœcesin Colonięnsem passim nomẽ ipsius fastis, sacrorum librorum prægressionibus fuerit inscriptum, attamen iniquitate temporum, pauculis tantũ ipsius conseruatis imaginibus, Beatissimi Martyris nostri memoria ferè fuisset
D obliterata, ni recordatione miraculorum olim ab ipso patratorum, & vindiciarum immunitatis Ecclesiasticæ, permotus SERENISSIMVS NOSTER IN CHRISTO PATER AC DOMINVS, DOMINVS FERDINANDVS ARCHIPRÆSVL COLONIENSIS, *vt excitata populi pietate omnes tantum Antistitem digno prosequerentur honore, quò ipse iam parata maiora præstaret beneficia supplicantibus, diem eius* *Breuiarium Colonienſ. 7. Nouembr.*

natalem Ecclesiastico officio celebrari curasset Anno Christi millesimo sexcentesimo decimo octauo, Episcopatus sui anno septimo. A

Idemque Archiepiscopus Princeps Elector Colonienſis FERDINANDVS Dominus Noſter clementiſſimus &c. pro ſuo in Sanctorum maxime anteceſſorũ ſuorũ reliquias amore & reuerentia, nihil deinceps prætermiſit quo B. Martyris ENGELBERTI cultum promoueret; inſtituta ſæpius cum illuſtriſſimo Capitulo Metropolitano deliberatione de ſacris B. ENGELBERTI Aſſertoris libertatis Eccleſiaſticæ oſſibus nouo eleuationis honore dignandis, cum illa vbique negligerentur, egit; atque effecit, vt ſuo atque illuſtriſſimi Collegij nomine, Reuerendiſſimi viri ac Patres Otto Gereon Archiepiſcopus Cyrenenſis, & Adolphus Schulkenius ad gradus B. M. Virginis Præpoſitus, ipſius in ſacris Vicarij, Canonici Capitulares Metropolitani, lipſanothecæ peruestigandæ deſignarentur ac præficerentur; Qui anno à ſalute recuperata milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſecundo, C die octaua Idus Auguſti, prima ſecundum meridiem hora adſcitis Domino Ioanne Fabric. Metropolitanæ Colonienſis Vicario tanquam Notario, teſtibus Domino Friderico Rheidt Canonico ad Sancti Cuniberti, Martinoque Linnich cæremoniarum Præfecto, ac ſacramento rogatis Capituli operis, conceſſerunt in ſacellum Diuæ Catharinæ dedicatum, pone venerabilis Euchariſtiæ ſacramenti thronum, vbi precioſum reliquiarum theſaurum reconditum eſſe D prodebant monumenta vetera, effigies S. ENGELBERTI in altari à pictoribus expreſſa, atque in pariete, martyrij hiſtoria depicta, quin & tabula miracula eius repræſentans: quid? quod id ipſum in medio ſacello quadrarium teſtabatur mauſoleum ferreis circumdatum clathris, ac tres circiter in cubitos humo aſſurgens, cuius ſupremo marmori vncialibus literis inciſa proponitur hæc inſcriptio.

B

BEATVS

A BEATVS ENGELBERTVS ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS. Domini igitur designati, implorata prius Spiritus sancti gratia & ope, statuerunt Mausolei viscera rimari, an ipsius complexu sarcophagus B. Martyris & Antistitis coerceretur; Quia verò ipsum vndique plumbatis distinebatur fibulis, vt difficulter fabrilibus operarum instrumentis posset replumbari, perfractis tandem repagulis, desiderabilis sese illis exhibuit thesaurus, plumbea inclusus capsa, quæ vmbilicis claudebatur stanneis: & vt aduertas maiorum nostrorum in custodiendis reliquijs solicitudinem, & B religionem, duplici circumligabatur serico funiculo, cui Metropolitanæ ædis Sigillum erat impressum; Prouoluti mox omnes in genua, Deo sanctarum reliquiarum conseruatori ob repertum inæstimabilem Thesaurum gratiis actis, elatam subinde ad altare hierothecam perquirunt, Sigillum verus explorant non delibatum, sed omnino inuiolatum, ipsum denique sarcophagum reliquiarum videndarum cupidi, reuerentiâ aduersus illas adhibitâ introspiciunt, atque C è Beatissimi hospitis loculo, gratissimo afflati odore mirifice recreantur; suo quæque in loco reperiunt ossa honestissime posita, lanæ purpureoque serico implicata: Caput cicatricosum, vel vulnerum potius adhuc hiatu fatiscens, Sicariorum arguebat crudelitatem, atque immanitatem. Nec conchyliatæ gemmarum vndæ, nec auriferæ Pactoli arenulæ vllum vnquam perinde recrearunt, atque Dominos inuestigatores D detectio huius tam precioſi thesauri, quem submissis genibus fixisque piè oculis venerati, manibus suis contrectauere, & indicto ocyus solemni conuentu, pro deportatione reperti thesauri ad summum altare, faces, peripetasmata, & musicam apparari iubent. Mox expeditis ad suos passim consanguineos vel amicos ministris, ac maiore etiam vrbem personante ære, conceptam animo lætitiam diuulgauere. Ex insolenti

æris maioris crepitu, euocati clerus, populus, ædem sum- A
mam subeunt, canonicas decantaturi preces vespertinas,
adornant supplicationem, succollantibus sacerdotibus Mar-
tyris tumba circumfertur, concinitur festiue. *Hic est vere*
Martyr qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit &c. modulis
precũ vespertinarũ decãtatis succinitur, Hymnus S. Ambros.
Te Deum laudamus. Noua mox põpâ in sacrariũ thesaurus de-
ducitur. Alias solẽnitates, earumq; pompas in sancti honorẽ
institutas Lector ex consueta vrbis Colonienſis magnificen- B
tiâ poterit æstimare. Næ Sancto Nostro hunc ipsum cul-
tum fuisse gratum & acceptum, Lux ipsius anniuersaria, sin-
gulari beneficio est contestata. Subierat ille quondam mor-
tem pro Romanæ Ecclesiæ obedientia, & defensione liber-
tatis Ecclesiasticæ, & anno insequente hac ipsa die reuoluta
accepit Romana Ecclesia vniuersalis Patrẽ Vrbanũ Octauũ,
1623. qui hodie etiamnũ præsidet. Eodẽq; plane tẽpore Coloniẽsis
6. Augusti victoria prope Stattloe in partibus Marcanis. Ecclesia insignẽ prope Stattloen de fidei libertatisq; Eccle- C
siasticæ hostibus per Westphaliam à S. ENGELBERTO qua-
draginta & septem vulneribus consecratam, grassantibus, vi-
ctoriã reportauit. Nec dubium est, quin plura Martyr, qui ipsa
post annũ eleuationis suę die reuoluta, iã dictos fidei hostes in
fugam egit, sit collocaturus beneficia; cum liberalis in Sere-
nissimo Electore Nostro, atque Illustrissimo Capitulo Me-
tropolitano voluntas cumulandi illum honoribus perseue-
Hierotheca preciosa S. Engelberti. ret, quippe à quibus in hierothecam ex auro & argento fa- D
brefactam ampliter fit sumptus. Experiantur aliquando,
vti olim Machabæus potiorem in cœlo quam armis spem
collocans Oniæ Pontificis & Hieremiæ prophetæ depre-
cationem, sic & ipsi patrocinium SANCTI NOSTRI ad-
uersus fidei atque immunitatis Ecclesiasticæ oppugna-
tores.

§. Theo-

§. Theoderici Monasterienſis Epiſcopi, & Engelberti Oſnaburgenſis.

A Temporis, quo Theodericus Iſenburgicus Ottonis Benthemij infulati Monaſterienſis ſucceſſor exauguratus fuerit, Cæſarius non meminit: Probabile tamen eſt, id anno 1226. vertente, vel ſub initium anni 1227. contigiſſe. Reperiuntur enim documenta adhuc anno 1226. ab ipſo Epiſcopo ob ſignata; rurſus dantur alia, quibus Ludolphus ab Holte Epi-
B ſcopus Monaſterienſis annum milleſimum ducenteſimum vigeſimum ſeptimum, profitetur adepti ſui honoris fuiſſe primum. Minus expedita eſt temporis ratio, quo ENGELBERTUS Iſenburgicus (quem alij erroneè Brunonem vocant: cum hic illius fuerit frater, vt paulo poſt ex literis ipſius Conrado Archiepiſcopo Colonienſi datis oſtendam) electus Oſnaburgenſem gubernauit Eccleſiam: Kleinſorgius in manuſcripta Weſtphaliæ hiſtoria Eccleſiaſtica, aſſerit; Engelber-
C to Iſenburgico, ſeu, vt ille ait, Brunoni necdum conſecrato ENGELBERTVM Tecklenburgicum fuiſſe ſurrogatum, illumque, ſub decurſum annorum viginti quatuor, quaſi poſtliminio, ad Diœceſios adminiſtrationem rediiſſe. Docent id tabulæ ex archiuo Metropolitano Colonienſi depromptę, quas eo libentius hic inſero, vt ſua lectori conſtet veritas: Produnt enim ipſum ENGELBERTVM ſedi præfuiſſe Epi-
D ſcopali, & ſimul laudant Philippum & Brunonem ipſius fratres cum Theoderico nepote ſeu Friderici Iſenburgici filio teſtes: vnde haud parum Stemmatis ſeries ſupra pagina 14. allata confirmatur.

Theodericus Iſenburgicus Monaſterienſis Epiſcopus.

Engelbertus Iſenburgicus Epiſcopus Oſnaburgenſis.

Crantz in Metrop. li. 7. cap. 43.

Literæ fœderis inter Conradum de Hochſteden Archiepiſcopum Colonienſem & Engelbertum Iſenburgicum Epiſcopum Oſnaburgenſem initi.

Engelbertus Dei Gratia Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus

pus omnibus præsentes inspecturis in perpetuum. Vniuersos
præsentes & futuros scire cupimus, quod nos de consensu A
Capituli nostri, & consilio Prælatorum ac fidelium nostro-
rum cum venerabili in Christo Patre & Domino nostro
Conrado Colonienſi Archiepiscopo fide manuali ad inui-
cem data talem iniuimus perpetui fœderis vnionem, quod
nos & nostri successores fideliter ei suisque successoribus &
Ecclesiæ suæ contra quemlibet ipsis iniurias inferẽtem, cum
requisiti fuerimus, perpetuo assistemus & auxilium præsta- B
bimus in nostris expensis inter Rhenum & Wiseram. Idem-
que Archiepiscopus suique successores in suis expensis No-
bis, nostrisque successoribus & Ecclesiæ nostræ idem facient
econuerso. Vt autem huiusmodi confœderationis vnio à
nobis nostrisque successoribus inuiolabiliter obseruetur &
secundum formam præscripti fœderis impleatur, præsentem
paginam super hoc confectam, nostro & Capituli nostri si-
gillis duximus roborandam in testimonium prædictorum. C
Acta sunt hæc apud Smerlecke, iuxta Susatum. Præsentibus
Henrico Præposito Sancti Seuerini, PHILIPPO PRÆ-
POSITO SVSATIENSI FRATRE NOSTRO. BRV-
NONE PRÆPOSITO OSNABVRGENSI FRA-
TRE NOSTRO. Lothario Præposito Sancti Cuniberti,
& Ottone de Wickerode Canonico Colonienſi, Gysone
Thesaurario & Hugone de Vorencampe Canonicis Osna-
burgenſibus. Laicis vero Wilhelmo de Iuliaco, Adolpho de D
Monte, Adolpho de Marcka, Simone de Spanheim, Gode-
frido de Arnisberg, Ludevvico de Rauensberg & THEO-
DORICO NEPOTE NOSTRO DE ISENBERG
Comitibus. Item Henrico de * Isenberg, Walramo de Lim-
burg, Walramo de Monsyoye Nobilibus. Item Alberto de
Hurde, Henrico de Volmunsteine Marschalco, Alberto de
Stur-

* hic videtur ille Henricus de Limburg dictus de Isenberg quem dicunt Theodorici de Limburg filium patremq; Gerlaci & Ludovvici.

A Sturmede, Gosvvino Schulteto Susatiensi, Henrico & Bartholdo filijs eius, Henrico de Vitinchouen, Gobelino de Meschede, & alijs quam plurimis. Datum Anno Domini M.CC.XLVIII. In Annuntiatione B. Mariæ Virginis.

Caput Decimumquartum.

De pœna Arnoldi militis cum martyri malediceret.

B VT autem ad superiora redeamus, corpus martyris à duobus supradictis Abbatibus per Rheni alueum Coloniam reducitur. Cumque venissent contra Wesseling pagum, duobus milliaribus à Colonia distantem, miles quidam Arnoldus nomine, è litore prospiciens, vbi didicit pontificis Engelberti ossa reuehi, in contumeliam martyris erupit, ita dicens: Multi aiunt, dominum hunc, qui complures læsit, damnis affecit & exhæredauit, sanctum esse & miracula facere. Hoc si verum est, quod tamen ego non credo, hæc mihi Deus faciat & addat, vt antequam moriar, insanus efficiar. Mulctauerat illum beatus Episcopus quadraginta marcis ob culpam filij eius, qui fœminam vi oppresserat. Qua tamen in re multum ei pepercerat, vt facinus morte plectendum, tam modicæ pecuniæ damno mulctaret. Vt verò ostenderet Deus, quàm periculosum sit homini ponere in cœlum os suum, eodem die maledico vertiginem capitis immisit: & cùm paulò pòst aliena loqueretur, vxorem cum cæteris cædere cœpit, itemque sacerdotem, qui ad confessionem eius audiendam vocatus erat. Quid plura? Tenetur, vincitur, custoditur tanquam furiosus, & sequenti die post multa blasphemiæ verba sine viatico & confessione animam insanus expirat. Indduerat enim maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius. Itaque nemo debet sibi malum imprecari: quia licet benignus sit spiritus sapientiæ, non tamen semper liberabit maledictum à labijs suis. Hæc mihi retulit miles quidam, qui has Arnoldi blasphemias audiuit, nec tamen compescere potuit blasphemantem: & vix est quisquam in vicinia, quem tantum lateat miraculum. Audiant recentem militis huius pœnam, atque vtinam non etiam æternam damnationem, qui quacunque ex causa martyri detrahentes, & gloriæ eius inuidentes, dicere solent: Nequaquam credere possumus, virum superbum,

Wesseling

C Homo maledicus male de martyre loquens diuinitùs punitur. *Psal.* 108. D *Sap.* 1.

bum, auarum, & prorsus mundo deditum, miracula posse edere. Considerant illi, quid aliquando fortasse fuerit: sed quid per martyrium factus sit, non attendunt. Credant saltem saluatum, quem dæmones martyrem confitentur. A

Notatio ad Caput Decimumquartum.

Blasphemiæ in Sãctos punitæ.

GEminum his narrat Cæsarius lib. 8. dial. cap. 69. *Simile*, inquiens, *habes de Annone Colonienſi Archiepiſcopo, cui cum poſt mortem multi detraherent, dicentes: eum Eccleſiarum fuiſſe diſmembratorem & ciuium ſuorum excæcatorem; Dominus Deus in translatione illius, quantæ ſanctitatis eſſet, ſignis plurimis oſtendit.* B

Caput Decimum quintum.

De obſeſſo in Magdeburg quale ei teſtimonium perhibuerit.

EST in ciuitate Magdeburgenſi quidam obſeſſus à dæmone peſſimo, qui nullius timet exorciſmos, nec vult reſpondere, niſi vni ſacerdoti, qui ſpecialem gratiam contra illum accepit à Domino: cui etiam ſæpè noua & occulta dicere conſueuit. Poſtridie eius diei, quo occiſus eſt Epiſcopus, præcepit illi ſacerdos, vt aliquid noui ipſi diceret. Illo diutius reluctante, & presbytero inſtante, miro modo cœpit dæmon ridere, cachinnari, manus complodere. Cumque ſacerdos diceret, Quid habes, & quæ cauſa eſt tanti tripudij tui? reſpondet ille: Eiâ, eiâ: ſerò ille ENGELBERTVS, qui Coloniæ Epiſcopus erat, occiſus eſt. Stupente ſacerdote ac dicente, Mentiris: ille reſpondit, Citò percipies. Et ſacerdos: Fuiſti in morte eius? Fui, inquit ille: imò non ſunt tot graminis herbulæ, quot ibi congregati fuimus. Cumque ſacerdos diceret, Quid factum eſt de anima eius? lugubri voce reſpondit: Quando oculi eius ſanguine obducti & oppreſſi fuere, anima nobis erepta eſt, & quò peruenerit, ignoro. Poſt triduum audientes de morte pontificis, ſatis admirati ſunt, quibus priùs verba dæmonis innotuerant. Ciuitas enim Magdeburgenſis à loco cædis penè quatuor abeſt manſionibus. Etſi autem diabolus mendax eſt ab initio, & pater eius, conſtat tamen ex C D

Serò, id eſt, heſterno veſpere.

Ioan. 8.

Euan-

Euangeliorum testimonio, eum aliquando vera dicere contra suam
A voluntatem, maximè cùm exorcizatur, vti hoc speramus, quod sub-
iungimus.

Notatio ad Caput Decimum quintum.

§. In ciuitate Magdeburgi.

MAgdeburgum Dmoadum pyrgus & per aphæresim Maidpurgum, id est, Parthenopolis vulgo nuncupa- Magdeburgum.
B tur, vrbs quondam illustris Imperatorum & Pontificum se-
des, magnificis prætoriis, lautis & latis plateis, regiisq; tem-
plis longè celeberrima ac Romani Imperij Burgrauiatu no-
bilitata. Primates Germaniæ eius dat Ecclesiastica dignitas.
Ciuibus nostra tempestate fatale fuit sacris Diui Norberti
Archiepiscopi sui Lipsanis vna cum patrocinio nudari. Nam S. Norber-
Deo Cæsarique nostro clementissimo FERDINANDO tus.
C rebelles, sub annum 1631. 13. Kalendas Iunij expugnata ipso-
rum vrbe sub iugum missi sunt, quamuis se vna cum laribus
Vulcano consecrarint æternum deinceps arsuri.

Caput Decimum sextum.

De obsesso apud S. Thomam qui eius meritum vniuersis Ecclesiæ
D *Colonienſis Episcopis præferebat.*

IN diœcesi Treuirensi est cœnobium sanctimonialium Ordinis Ci-
stertiensis, quod, ad sanctum Thomam, vocatur. Illic ante hos duos
menses energumenus quidam in oratorio eiusdem martyris, de statu
quarundam animarum tam secularium, quam religiosorum interroga- Dæmõ ad-
tus, tam rationabiliter de omnibus respondit, vt qui illic aderant, vera iurat⁹ quid
eum dicere non ambigerent. Cumque domina Elisabeth, eiusdem do- de Engel-
mûs Abbatissa, eum interrogaret, num interfuisset cædi Episcopi En- berto di-
gelberti, & ille respondere nollet, adiuratus validissimis exorcismis vt xerit.

diceret veritatem, sic ait: Quæris, an fuerim in morte eius. Vtique fui: imò meo consilio interfectus est. Ego Fridericum & satellites eius incitaui, ego ad facinus illos animauj: ego, vt re ipsa malitiam conceptam implerent, effeci. Dicente Abbatissa, Vbi est anima eius? respondit: Eheu, eheu subtracta est mihi & socijs meis, qui illic conueneramus. Ita se ante mortem præparauerat, ita se lauerat (contritionem & confessionem significans) vt nostri iuris nihil esset in illo, & adiecit: Nostis, cur tot ille miracula faciat? Respondentibus illis: Nos id ignoramus, sed volumus, imò præcipimus tibi in nomine Christi, vt nobis id indices: subiunxit, Quando volutabatur in suo sanguine, & iam moriturus erat, percussoribus suis medullitus ignouit, ita dicens: Pater, ignosce illis. Propter hunc sermonem tam potens effectus est apud altissimum, vt non negetur ei, quicquid ab illo petierit. Idque pro comperto habeatis, nunquam vllum Coloniæ sedisse Episcopum in pontificis cathedra, qui tantum possit apud Deum, tantique apud illum meriti sit, vt Engelbertus. Sed hic fortassis obijciat quispiam Maternum & Seuerinum, alioque sanctissimos Ecclesiæ Coloniensis Episcopos, quorum vita fuit irreprehensibilis, & sanctitas in Christo probata. Sed respondetur, hunc fuisse martyrem, illos non fuisse. Consummatus in breui per martyrium Engelbertus, expleuit tempora multa. Totius tabernaculi pulchritudinem, per cuius cortinas & columnas Ecclesiæ ordines præfigurati sunt, pelles tegebant arietum rubricatæ. Arietes, qui duces gregum sunt, significant Ecclesiæ Prælatos, qui verbo & exemplo, siue vtriusque Testamenti cognitione, quasi duobus cornibus gregem sibi commissum custodire tenentur. Quorum pelles rubricantur, cùm pro subditorum salute, vt zelo iustitiæ mortem oppetentes, vti beatus Engelbertus, lauant stolas suas in sanguine agni. Ipse quidem Engelbertus, reuerà fortis aries fuit, quippe qui duobus cornibus suis, id est, gemina potestate, spirituali & seculari hostes Ecclesiæ Coloniensis ventilauit. Quòd si obiiciatur de sanctis Euergislo & Agilolpho Episcopis Colonienfibus, etiam illos passos esse: responderi potest, non tanti meriti fuisse causam martyrij eorum, sicut Engelberti. Alter enim illorum noctu à latronibus clàm occisus est: alter verò palam à raptoribus, qui diœcesis eius terminos peruaserant. Illos martyres fecit pietas & innocentia vitæ: hunc verò virtus obedientiæ & zelus iustitiæ. Sicut diuersæ sunt species martyrij, ita & causæ diuersæ. Agnus occisus est ab origine mundi, ait scripturæ authoritas. Agnus Christus est, qui

Nota curiosè ponderis sint preces eius apud Deū.

Exod. 26.

Apo. 7. & 22.

Apoc. 13.

A

ß

C

D

in

A in quibusdam suis membris occisus est propter innocentiam, vt in Abel: in alijs propter iustitiam, vt in Prophetis: in alijs propter zelum legis, vt in Machabæis: in alijs propter constantiam fidei, vt in Apostolis. Recentiori tempore in sancto Thoma Cantuariensi Episcopo, occisus est propter libertatem Ecclesiæ conseruandam. Eadem causa mortis extitit in præsule nostro Engelberto. Occubit ille pro libertate Ecclesiæ Cantuariensis, iste verò pro defensione Ecclesiæ Essendiensis. Liberauit ille Ecclesiam Anglicanam sanguine suo de graui iugo Regis Henrici: liberauit iste æquè morte sua Ecclesiam suæ defensioni commissam, ab intolerabili exactione Comitis Friderici. Et licet beatus Tho-

B mas ante passionem multa pertulerit incommoda, damna, exilia, quæ non pertulit Engelbertus: in ipsa tamen passione plus doloris, angoris & ignominiæ certum est Engelbertum toleraſſe. Ille enim, vt legimus, in capite vno ictu cæsus, à sacrilegis relictus est in templo: iste vulneribus permultis toto corpore confossus, nudus relictus est in sterquilinio. Sanctus Thomas occisus est ab eis, qui apertè eum oderant: sanctus verò Engelbertus, quod maiorem afferre solet dolorem, & augere inuidiam, à cognatis & amicis, à quibus nihil metuebat, quosque ipse sublimarat. Philosophi cuiusdam sententia est, duplicari dolorem, cùm

C ab eo à quo bonum merueris, venit: itemque tanto iniuriam magis affligere, quanto propinquior est, qui fecit. Inde etiam est, quod Dauid propheta dicit in Psalmo: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & cætera, quæ sequuntur. Reportatum denique corpus sacrum glorioſi martyris Engelberti, Angelica libertate donati, Coloniæ in Ecclesia beati Petri in sepulchro decentissimè præparato iuxta mausoleum nobilissimi præsulis & Archiducis Philippi, quod est in dextera Ecclesiæ parte, contra portam Australem, sexto Kalendas Martij Dominus Conradus Portuensis Episcopus & sedis Apostolicæ

D Legatus, coram innumerabili multitudine diuersæ dignitatis, ordinis, sexus, & ætatis sepeliuit. Quanta illic quotidie miracula fiant, in libro virtutum eius partim declarabitur. Passus est autem beatus martyr anno gratiæ milleſimo ducenteſimo viceſimoquinto, menſis Nouembris die ſeptimo, anno Pontificatus ſui decimo, ſub Honorio Papa III. imperante Friderico II. monarchiam cæli & terræ obtinente Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Geneſ.4.
2.Mach.7.

Occiſus eſt Engelbertus pro defenſione Eccleſiæ Eſſendien.

Conradus Legatus ſepelit.

Tempus cædis eius.

Notatio ad Caput Decimum sextum.

A

S. Thomæ Monasterium.

DE S. Thomæ monasterio Cæsarius agit *lib. 1. dial. cap. 42.* Adiacet in Eiflia fluuio Kill. Antistitam Elisabeth existimo fuisse eam sanctam Virginem Cistercien sem, cuius memoria in vita B. Iosephi Steinfeldensis vsurpatur.

Aduertatur etiam sepulchrum S. ENGELBERTI in Conradi de Hochsteden opere Metropolitano non dextrum, B

Quâ vetus sit commemoratio S. Engelberti

sed sinistrum Basilicæ latus, in sacello D. Catharinæ, haud procul sacrario iuxta Philippum Archiepiscopum tenere, vti ex eleuationis constat relatione. In Necrologio Metropolitano ara S. Catharinæ dicata, appellatur etiam altare D. ENGELBERTI. Nam pridie Idus Martij vetustissimis literis signatum est : à Theoderico de Brule Canonico Diacono ad altare D. ENGELBERTI Archiepiscopi (quod D. Catharinæ est) perpetuo, vt sacris operaretur, sacerdotem C ex bonis suis in Leggenich institutum fuisse & dotatum. Vnde & colligere licet quanta sit honoris S. Nostro habiti antiquitas. Diligens etenim rerum inuestigator priscarum, Theodericum Canonicum & B. ENGELBERTVM deprehendet fuisse coætaneos. Testes sunt tabulæ de sylua Hussholtz ad annum Domini 1220. libro superiori allatæ. Testes sunt ipsæ B. ENGELBERTI literæ ex Vilecensi tabulario depromptæ, quæ anno 1219. laudant testes Theodericum de Brule (de quo nos hic) Lambertum de Dollendorp, Ger- D lacum de Multzfort, Canonicos maioris Ecclesiæ.

§. Pater ignosce illis.

Remissio offensarū.

S. ENGELBERTI pro inimicis suis deprecationem, hucusque referre Cæsarius distulit; eum inter media vulnera & mortem affectum erga inimicos celebrant Amplissimus Cardinalis Bellarminus *libr. 10. de verbis Domini cap. 7.* &

de

de ijsdem R. P. F. Godefridus Litius *in tractatu de passione.*

A Quæ Monachienses fasti Mariani de eadem inimicorum dilectione in SANCTO NOSTRO afferunt, ad refrænandos vehementiores in homine Christiano motus, hic adscribi merentur: *Imaginis inscriptio.*

Qui pascitur inter lilia,
S. ENGELBERTVS Ep. M.
Remissio offensarum.

B *Optimum vindictæ genus est culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare, mala pati & stillicidia gratiæ communicare, hoc supernæ Deitatis opus est, quæ quotidie innumerabiliter iniuriis lacessitur & sustinet, blasphematur & non irascitur.....*]

Non minus pie quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS. Nam vt taceam Virginem solemni omnibus diebus mercurij ieiunio cultam, monitus per literas de insidijs, animum quidem confessione purgauit & lachrymis expiauit, cæterum vt ne hostem proderet, igni literas damC nauit. Fridericum deinde, cum iam parturiret vltimum scelus, hospitio non semel cum suis excepit, neque Comitem habere viæ abhorruit, vtque malus genius ex ore alieno palam fassus est, moriens Christo Christi verbis pro hostibus suis supplicauit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) patrandi. Sub idem fere tempus lunæ geminam alteram lunam Cœnobita vidit gladio insignem, ne dubitaret
D orbis sideribus nouum sidus Engelbertum additum.]

Caput Decimum septimum.

De celeri vindicta occisorum eius & morte Friderici Comitis.

SVPERES T nunc, vt dicamus, quanta & celeritate & seueritate omnipotens Deus famuli sui sanguinem, tum per seipsum, tum per humanum ministerium vindicauerit. Quantum enim displicuerit sacrilegorum

rum facinus, licet martyris passio placuerit, pœna subsequens manifestat. Vox animarum pro Christo interfectorum, eiusmodi est in Apocalypsi: Vsquequo, Domine, sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Non diu exspectauit Dominus, non annum, non mensem: sed statim martyris sui Engelberti sanguinem ad se de terra clamantem, vindicare cœpit: Vindicauit autem gladio materiali, vindicauit gladio spiritali, idque, sicut martyr octauo die ab obitu suo, Ludouico Rodensi prædixerat, tam celeriter & tam acriter, vt à nobis credi non posset. Noueris, inquit, pro certo, eos omnes, qui me occiderunt, vel quorum consilio occisus sum, malè perituros, & hoc citiùs, quàm credi possit. Quarto enim die vnus satellitum funestorum ab Henrico Comite Tuitij captus, in insula Rheni ante ciuitatis mœnia, rotæ supplicio affectus est sine vlla misericordia. Non multò pòst alius quidam capitur, & vinctus Coloniam mittitur: vbi pedibus ad equos ligatus, cùm per plateas ciuitatis horrendum in modum tractus esset, membris omnibus securi confractis, in rota extra muros positus est. Aiunt duos alios alibi consimiles dedisse pœnas. Cæteri verò tam nobiles, quàm serui eorum, timore mortis natale solum cum possessionibus suis relinquentes, cum duce suo Satana vsque hodie circumeunt terram, & perambulant eam. Ipse autem totius mali caput Fridericus, cum duobus fratribus suis Wilhelmo & Godefrido, vt supradictum est, excommunicatus, ac deinde proscriptus, proiectus à facie Domini, sicut Cain, qui fratrem suum occiderat, vagus & profugus factus est super terram, nusquam acceptus, nusquam tutus, ita vt dicere possit cum Cain: Omnis qui inuenerit me, occidet me. Interim castrum eius Isenburg, quod inexpugnabile videbatur, in vltionem pontificis obsidetur, deditur, & solotenus destruitur. Cumque obsessi multi essent, & vitæ necessarijs ab undarent, tantus eos timor inuasit, vt castrum diu tenere non auderent. Inde autem vxor Friderici cum liberis educta est, vt ei meritò congrueret, quod de Iuda traditore scriptum est: Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, eijciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit illj adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Ex omnibus enim bonis suis Fridericus cum vxore, liberis & fratribus eliminatus est. Theodericus verò Episcopus Monasterienſis cum fratre Engelberto, in Osnaburgensem Episcopum electo, in Concilio Leodiensi

Apoc. 6.

Suppliciũ vnius è percussoribus eius.

Item alterius horrendum.

Gen. 4.
Ibidem.

Isenburg

Nienbrug.

Psalm. 108.

Duo Episcopi ob cædẽ eius deponũtur

A

B

C

D

dienſi ſuſpenſi, Romam profecti ſunt. Profectus eſt etiam cum eis Fri-
A dericus eadem ſpe, qua & illi. Cumque aliquamdiu in curia manſiſſent Epiſcopi, nec proficerent, eo quòd ſe ſufficienter purgare non poſſent, procuratoribus Eccleſiæ Colonienſis reclamantibus, & literis principum eos accuſantibus, ambo depoſiti ſunt, & non multò pòſt tum ex dolore, tum (quod credibilius eſt) ex diuina vltione mortuus eſt Theodericus, & in ſolo peregrino ſepultus. Mortui ſunt ibidem alij ex parricidis tres. Mortua eſt etiam vxor Friderici morte ſubitanea: cumque viſcera eius eiecta eſſent, adeò cor eius ex dolore, vt aiunt, emarcuerat,
B vt vix fabæ quantitatem excederet. Mortuus fuit ante eam pater eius Dux Walramus cum fratre Gerardo, viri potentes. Ita miſer Fridericus ſpe vbique deſtitutus, cùm Romæ non impetraret miſericordiam, quæ illi placeret, vel indignus miſericordia, vel quod probabilius eſt, ad maiorem indignioremque pœnam diuinitus reſeruatus, digreſſus ab Vrbe, diſſimulata perſona, quantum quidem potuit, cùm duobus Leodium venit. Vbi à quodam, qui eum Romæ viderat, cognitus, & quòd ipſe Comes Fridericus eſſet, proditus, à * Balduino milite Leodienſi fraudulenter ſatis captus eſt, & Domino Henrico Colonienſi Archi-
C epiſcopo pluſquam duobus millibus marcarum venditus, ac Deo diſpenſante, eodem pene die, anno euoluto, quo beatus martyr Engelbertus multorum mœrore ciuitati eſt mortuus illatus, multorum deſiderio per portam oppoſitam captiuus eſt introductus, atque inde quarto die, quo fuerat ſuperiori anno primum Epiſcopi ſeptenarium celebratum, turpiſſimè in rotam cum tormentis impoſitus eſt. Videtur ei congruere, quod à Domino per Ezechielem ad Regem Ægypti dictum eſt: Expandam ſuper te rete meum, & extraham te in ſagena mea, & proijciam te in terram. Super faciem agri abijciam te, & habitare ſuper te faciam omnia volatilia agri, & implebo colles ſanie tua, & irrigabo
D terram fœtore ſanguinis tui. Vniuerſa hæc impleta ſunt & implentur in Friderico. Captus eſt, venditus, extractus & vinctus, in terram proiectus & ſecuri confractus, ſicque ſuper rotam poſitus, eſca factus eſt volatilibus agri, colles, quibus impoſitus eſt, implens ſanie ſua, & terram ſubtus irrigans fœtore ſanguinis ſui. Per triduum illud, quo vinctus tenebatur in palatio, extra muros ciuitatis in monticulo, qui eſt iuxta portam ſancti Seuerini, columna ex lapidibus alta ſatis erecta eſt, & in illam rota plauſtri plumbo veſtita, vt durare poſſet, translata: atque in eam rotam funibus pertractus eſt, prius tamen in terra brachijs & cruribus

Vxor Friderici ſubitanea morte corripitur.

* *Balſchum habet Godef. Monach.* Balduin⁹ à Gennep.

Ann. 1226. Dira mors Comitis Friderici.

Ezech. 32. Vide Godef. Monach. in annal.

Alijs æneæ rota.

eius ſecuri confractis. Erat tum anniuerſarius dies, quo martyr ſacerdoti Rodenſi prædixerat, omnes percuſſores ſuos mala morte perituros. A Quod accipiendum eſt vel de corporis, vel animæ, vel vtriuſque morte. Etſi autem mala & turpi atque ignominioſa morte in corpore Fridericus perijt, ſperamus tamen eam pœnam animæ eius fuiſſe medicinam, quandoquidem bene contritus, & diligenter atque frequenter tam priuatim quàm publicè confeſſus, ſe reum clamauit: & pœnas illatas patienter tulit, membra ſingula carnifici confringenda vltrò offerens: cùm in dorſo eius fabricaret carnifex ille immiſericors, & ſedecim ictus cum ſecuri ei inferret, nullam edidit vocem, ita vt omnes mirarentur. Inde vſque ad matutinas preces in corpore durans, fertur tantum o- B raſſe, & circumſtantes, vt pro ipſo orarent, deprecatus eſſe. Fortaſſis ex merito martyris Engelberti, qui moriens orauit pro inimicis, gratia hæc illi præſtita eſt. Cum autem ea omnia, quæ iam diximus, intra primum fere annum acciderint, haud dubium, quin de alijs ſacrilegis, his ſimilia vel etiam maiora audituri ſimus: ſed de his ſatis. Nunc porrò de miraculis & beneficijs, quæ ob eius merita declaranda præſtantur infirmis, quædam dicenda ſunt ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui cum Patre & Spiritu ſancto honor & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. C

Pœnitẽtia eius, & pœnarum tolerantia.

Ictus rotæ ſedecim Fridericus in dorſo excepit.

S. Engelbertus orat pro inimicis, vide ſupra c. 15. pag. 182.

Notatio ad Caput Decimum ſeptimum.

§. Interim ad caſtrum eius Iſenburg.

Iſenburg. Nienbrug. Hamm.

MAnuſcripti omnes conſentiunt Fridericum inſignium duarum arcium fuiſſe Dominum, alterius Iſenberg, infra Hattingen in vertice montis iuxta Ruram fluuium; alterius Nienbrug ſeu Nouipontis in parœcia Heringen ad amnem Lupiam. Ex quarum ruderibus plura ſurrexerunt opera. Imprimis ex arce Nienbrug excitatum oppidum Hamme, ab Adolpho V. Comite Altenano & primo Comite Marchiæ ſub annum 1226. inter Lippiæ & Aſnæ (quem indigenæ vocant Aſiam) confluentes, quò & ciues arce atque ciuitate ſuâ exuti migrauêre. Hamme autem apud Saxo- D

nes

A nes idem sonat, quod saltus, vel pratum pascuum fossulâ circumcinctum. Ex Isenberg verò arx Blanckenstein ad confluentem Ruræ & torrentis Muttenbecke, medio circiter milliari ab oppido Hattnegensi disiuncta haud procul à Cliff Lutzenradiorum castro & antiqua arce Isenberg, cuius rudera adhuc videre licet in montis fastigio Ruræ imminente prope pagum vnder Wenigern infra Hattnegam, quæ ex reliquijs illis fuit ab eodem Adolpho sub idem tempus extructa. Blanckenstein.

B Tum etiam prætorium Baldeinew (id est, cito noua arx) quod à Mercatore in Athlante videtur vocari Breinevv quasi Bereit ein New (idem significans quod prius) vna hora vel circiter Assindiâ non procul à Relinghusen distans, Ruram inter & Assindiam ædificatum. Baldinew.

Est autem Baldinevv fundus clientelaris seu feudum Ecclesiæ Assindiensis, quo diuturno tempore Comites Limburgici ad Lenam fluuium & tandem Equites de Steck donati seu inuestiti fuerunt, à quibus dotis nomine ad Nobiles Eill

C & modo ad Neihoff est deuolutum. Vnde etiam Neihoff satrapa in Buchem affectus hoc beneficio clientelari Baldeinevv à Principe Assindiensi, obtendit se simul donandum patrocinio seu Aduocatia in Rolinghausen illi connexo. Hinc nonnihil huius libri Capitulum primum illustratur. Denique Limburgum ad Ripam Lennæ fluuij ex Smallenberg, Werdola, Altena, Limburgo, medio circiter ab Iserlona milliari iuxta Herdick infra Westhouen & Sigburg in

D Ruram influentis suam ex his ruinis duxit originem, Authore Henrico Duce Limburgico, qui suos ex Friderico Comite nepotes imposterum alti vel noui Limburgi Comites voluit appellari, Rosæque insignium suorum substitui Leonem. Adeo enim prisci Germani scelera erant exosi, vt si cuius nomini aspersa fuisset labes, illius imagines dare aut in ludis exhibere hostilibus erubescerent. Quã etiam existimo causam

NB. Limburg ad Lenam, est oppidum diuersum à Limburgo ad Lanum in VVesterwaldia.

cur Altenani ob famosũ Friderici Isenburgici patricidiũ, gentilitiam insignium suorum rosam cum trabe bicoloribus tes- A
sellis depicta commutarint, prout superioris libri pagina
Marcana Insignia ex archiuis. vndecima id insinuaui ex manuscriptis, qui produnt ab Adolpho Altenæ ac Marchiæ Comite propter nefarium Friderici patruelis sui facinus, Rosæ familiæ suæ imagini, trabem tessellatam eamque bicolorem fuisse substitutam. Ipsemet ego ex archæo Westphalico vidi curioseque examinaui
tabulas Ludouico Arnsbergensi Comiti ab Euerhardo & B
Engelberto Marcanis Comitibus datas, in quibus aduersæ Euerhardi ceræ cataphractum repræsentabant equitem, cuius dextram armabat gladius, lævam verò imago tessellis distincta insignibat. Ornabantur quoque huiusmodi quadris sectilibus tum ex equi tergore ac ceruicibus defluentes phaleræ, tum equitis balteus, inductumque galeæ flabellum. Auersæ Euerhardi ceræ medium tessellis supereminentem Leonem referebant. Engelberti verò signum aduersum tan- C
tùm, seu vt vocant, absque contra-sigillo, quadratas tesseras cum medio leone exhibebat. Inter insignia & epigraphen tres spargebantur æschyli seu πλατυφύλλου flores, quorum vnus supremam insignium attingebat superficiem, duo vero reliqui vtrimque latus occupatum ornabant.

Quæ insignia Comites cum Marcano cognomine ab Equitibus mutuatos fuisse astruunt manuscripti; testantur enim id nominis ipsis ab Arce Marcana, quam à Rabodo- D
ne de Marca emerant, obuenisse; verius tamen est, nomen Marchiæ Comitum, longè ante SANCTI ENGELBERTI necem, dum adhuc ipsius generis insignia rosis decorarentur, ore omnium fuisse celebratum, vt supra monui *libro primo cap. 3. pag. 30. literis A. B. & capite quinto pagina 96. linea vltima.*

Gennep. Baldevvinus Eques, qui Fridericum interceptum solutis sibi

A sibi bis mille marcis, Gerhardo Geldriæ Comiti tradidit in manus, fuit ex familia Baronum de Gennep, vnus ex maioribus Wilhelmi Archiepiscopi Colonienſis.

Supplicij Isenburgici theatrum, seu monticulum ante portam S. SEVERINI, vt manuscripti loquuntur Annales, Carolo Audace Nouesium obsidente Magistratus Colonienſis propter belli pericula ceruicibus suis impendentia est demolitus, extat hodieque Rotarum vallis vulgo dicta der Raderthal. Rotarum vlalis ante portam S. Seuerini.

B * * *

FINIS LIBRI SECVNDI.

C

PROSOPOPOEIA, QVA S. ENGELBERTVS FATIFERVM COGNATIS SVIS GLADIVM DEPLORANS LVNÆ ERIPIT, AC MIRACVLORVM FREQVENTIAM IMPOSTERVM negat.

D

HEV! quàm cognatæ dẽsantur funera gẽtis!
Conditus ac Triuiæ mucro cruore madet!
Ni rapiã Phœbe gladiũ; mox prole penates
Conſpicient vacuos; mox ſine patre lares.

ERIPIAM FERRŨ; modo nõ famosa per orbẽ
Fata Necatorum Dædala terra ferat.
Ergo age luctificos abstergito lumine vult⁹
Delia, si arrident mira. Patrasse sat est.



LIBER TERTIVS, QVI EST DE MIRACVLIS SANCTI ENGELBERTI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS.

Prologus F. CÆSARII Heisterbacensis.

A OCVLI Heli caligauerunt, & non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Lucernam Dei esse eum, cui diuinitus datum est, Ecclesiam verbo, scripto vel exemplo illuminare, Saluator, qui lux lucis & fons luminis est, in Euangelio ostendit, cùm ait: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio; sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Quia beatus pontifex Engelbertus, cuius actus & passionem in duobus libellis pro modulo ingenij mei dudum explicaui, minùs in vsu habuit gratiam prædicãdi, siue sacras scripturas exponẽdi, vel spiritualiter conseruãdi: multorũ oculi in illius contẽplatione caligauerant, vitã forinsecã in eo cõsiderãtes; at postquã per mortẽ carnis extinctus est, per lucẽ miraculorũ declarata sunt opera eius meritoria, quæ sibi conquisierat operibus Deo notis, maximè, vt supradictum est, contritione, confessione & pro iustitia sanguinis sui effusione. Cùm
B enim heu tristis rumor occisionis eius insonuisset, multi, qui actus eius seculares nouerant, de salute eius desperantes, aiebant: Heu modò perdidit corpus & animam. Audierant enim, quod à cognato suo Friderico Comite occisus esset, eo quod eum exhæredare vellet. Vnde necesse erat, vt signa eum sequerentur. Signa enim non sunt de substantia sanctitatis, sed quædam indicia sanctitatis. Nec fuisset necesse, Dominum Episcopũ Engelbertum miraculis clarere post mortem, si vitæ perfectioris fuisset ante mortem. Beatus Euergislus & sanctus Agilolphus Colonienses Episcopi, ambo à nocentibus innocenter occisi, martyrio coronati sunt, qui tamen post mortem paucis admodũ signis claruerunt: quia non erat necesse, vt post mortem commendarent miracula, quos ante
D mortem commendarat vita sanctissima. Voluit Dominus in martyre suo demonstrare, quantum ei placeat pro iustitia stare, & vt occisoribus suis terrorem incuteret per miracula. Vnde nobis de illo nõ est dolẽdũ, sed quasi de martyre gloriandũ? quia si causa martyrẽ facit, sicut & facit, & ipse verè Martyr est Martyrij eius meritũ duo commẽdant, videlicet vindicta de inimicis eius, & gratia sanitatũ, quam quotidie exhibet de infirmis. De his miraculis ad iussionẽ successoris eius Domini Henrici Archipræsulis, aliqua scribere propono, & ea tantũ, quæ mihi à personis veridicis sunt relata siue à venerabili viro Gosvvino, Ecclesiæ B. Petri Canonico, ab ore eorũ, quos martyr sanauit, excepta. Præterea miracula magna & crebra fiunt in loco, qui vocatur Giuelsberg, vbi occisus est: vt ibi spiritu, hic corpore præsens esse non dubitetur.

PRÆ-

PRAEFATIO IN NOTAS *Libri tertij.*

DVos priores libros, Beneuole Lector, de vita S. ENGELBERTI editos vix Surius emendauit, tertium compendifecit, quem vt ab vltimâ repeterem antiquitate, contuli eum cum tribus manuscriptis exemplaribus; quorum primum ex Carthusia Colonienſi submiſtrauit mihi R. P. Georgius Garneueldt, in quo cum plurima desiderentur, haudquaquam mirum est à diligentissimo historiarum scriptore Laurentio Surio Carthusiano in sua editione, quædam alioquin vtilia, prætermissa, quæ ego ex aliorum exemplarium fide restitui. Alterum exemplar manuscriptum ex Bibliotheca SS. Chrysanti & Dariæ submisit mihi eruditissimus vir D. Hubertus à Castren Decanus Monasterij Eiffliæ. Cui consonat & tertium ex oppido Schvvelmensi à R. D. Hildebrando Busæo mihi suppeditatum, quod velut accuratissimum, plerumque attuli. Hæc ad illustrandas notationum intelligentias præfari debui. Vale Lector & fruere.

LIBRI TERTII.

Caput Primum.

De Hermanno milite in Glibach, quem à paralysi B. Engelbertus sanauit.

MILES quidam Hermannus nomine, in pago Glibach duobus & eo amplius annis adeò fuit vexatus paralysi, vt non nisi supinus in lecto dormire, neque aliter quàm aliena opera vestire se posset. Aliquando ergo admonitus à fratre suo, vt sancti martyris Engelberti meritis salutem donari sibi peteret, ille respondit: Equidem deportandum me curaui Nouesium ad sanctum Quirinum, Ruræmundam ad Dominam nostram, & ad multorum aliorum sanctorum limina, nec exauditus sum, fortassis indignus exaudiri. Vrgente fratre, vt votum nuncuparet martyri, petijt se in aream efferri. Ibi iacens in terra, plena fide cum lachrymis votum suscepit, si meritis martyris sanaretur, nudis pedibus, sine lineis vestibus sepulchrum eius se aditurum. Postridie eodem loco similiter orauit. Putant enim simplices laici efficacius esse votum, si fiat sub dio, quàm sub tecto. Tertio die cupiens idem facere votum, cùm abessent ministri, anxiè circumspiciens, vidit scipionem apud lectum, & quod nunquam antea fecerat, induit se vestibus suis, scipionique incumbens, venit ad aream, & iam tertiò humi prostratus, repetit votum. Inde surgens, sentit remissius in corpore: scipionem è manu cadentem, à terra eleuat: redit lætus in ædes, atque inde ad templum properat. Vxor & liberi videntes eum, nullo sustentante, ambulantem, replentur stupore & ecstasi, præ gaudio lachrymantur: accurrunt, vt eundem fulciant, ille respuit, dicens, à Domino suo Episcopo Engelberto se curatum. Venit ad Ecclesiam: coram altari prostratus, gratias agit Deo & sancto martyri Engelberto. Post preces, ob declarandum miraculum, circumit templum, atque inde domum redit. Vicini gratulabundi accurrunt & martyrem prædicant. Ille quinto die Coloniam venit, nudis pedibus adit martyris sepulchrum, agit gratias, custodi Ecclesiæ omnia ordine exponit.

Paralytic' votũ facit, & sanatur.

Mos simplicium faciendi votum sub dio.

Notatio ad Caput Primum.



A

§. Glibach.

Glimbach.

GLibach seu Glimbach pagus est Ducibus Iuliæ subiectus vbi nobile iacet & vetus domicilium familiæ ab Horrich.

Horrich. zu Glimbach.

§. Putant simplices Laici.

B

Vota sub dio.

Emissiones votorum sub dio vt efficaciora sint in doctioribus & astutis, superstitionis argui possent, in simplicibus iudicandæ sunt ex illo S. Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

§. Nudis pedibus.

C

Vota nudis pedibus.

Viget etiãnum apud rudem plebeculam mos ille vouendi, Ich globe ohn Wullen vnd Barfüssig.

§. Custodi Ecclesiæ.

Goswinus Thesaurarius.

Custodem hunc Ecclesiæ nominat Goswinum hoc in capite manuscripto, forsitan idem, quem auctor in præfat. lib. 3. venerabilem virum Ecclesiæ B. Petri hoc est Metropolitanæ, Canonicum vocat.

D

Caput Secundum.

De puero contracto qui nuncupato voto sanatus fuit.

IN cœnobio Heisterbacensi puer annorum quatuordecim, in domo hospitali fuit adeò contractus, vt ne ventrem quidem exonerare posset, nisi alienis pedibus deportatus. Eius pater, qui erat ex Conuersis illius monasterij, vbi audiuit de miraculis Episcopi, ait ad eum: Fili, cùm solus fueris, fac votum sancto Engelberto. Obtemperat ille, reptat manibus

nibus & pedibus, donec esset sub dio, ibique vouet martyri cereum suæ
A staturæ, itemque imaginem ceream. Eadem hora, vt in orantis fide appareret martyris meritum, puer cœpit esse meliusculus, redit ad lectulum commodiùs, quàm indè exierat: ait patri, si adessent duo scipiones, videri sibi se posse ingredi, iam beati Engelberti meritis adiutum. Parantur scipiones, puer graditur, mirantur omnes. Iam ante ductus fuerat à patre suo Nouesium ad sanctum Quirinum, sed ille hanc curationem in nouum martyrem reiecit. Posteà venit puer Coloniam, inuisit sepulchrum martyris, obtulit quæ vouerat, post preces totus incolumis, scipionibus illic relictis, postridie ad nos reuersus est pedibus suis.

Puer contractus, nuncupato voto fit sanus.

B Audiant hæc martyris obtrectatores, qui aiunt: Si videremus ciues nostros, quos nouimus diu malè habuisse, ab illo curari, crederemus ei. Sed illi vel non sunt digni curari ob fidei inopiam, vel eis non expedit vt curentur: aut certè qui sic dicunt, digni non sunt videre miracula martyris. Nec ipse Dei filius omnes Iudææ morbidos curare voluit: imò *Matt. 13.* scriptum est de illo, quòd quibusdam locis non fecerit virtutes multas propter incredulitatem illorum. Porrò in edendis miraculis, & fides petentium, & sanctorum merita requiruntur: quanquàm non rarò Deus etiam ingratis & indignis sua præstat beneficia.

C

Notatio ad Caput secundum.

§. Puer annorum quatuordecim.

PVERO isti in manuscriptis dicitur fuisse nomen Albertus.

§. Fili cum solus fueris.

D In manuscripto sic habetur. *Fili quando solus es in gramen domui contiguum quocunque modo venire satagas, ibique votum* S. ENGELBERTO *facias, fortè vt cæteris sic & tibi succurreret, obediens filius patri manibus genibusq; reptando venit in gramen, in quo orans imaginem cæream & suæ longitudinis candelam martyri vouit.*

§. Sed ille hanc curationem in nouum Martyrem reiecit.

In manuscripto Cæsario ita legitur: *Sed noluit eum curare Martyr probatus* (QVIRINVS) *nouo Martyri nostro* ENGELBERTO *gratiam curationis eius reseruans: vt in ijs etiam impleri videatur, quod Apostolus de viatoribus dicit, honore inuicem prævenientes.*] hactenus msc. A

Sancti se inuicé honorant.

S. Germanus & S. Martinus.

Simili olim modo S. Germanum Episcopum Antisiodorensem in miraculorum patratione S. Martino Turonensi cessisse refert, *c. 6. tractatus sui de reuersione B. Martini è Burgundia B. Odilo* Cluniacensis. Videat pius Lector in Bibliotheca Patrum *c. 7. & apud Surium* 11. *Nouemb.* B

§. Postea venit puer Coloniam.

Ista msc. sic recenset. *Postea idem puer, sicut omnes testes eius sumus, cum quibusdam Monachis Nostris Coloniam nauigio veniens, sepulchrum Martyris adijt, quæ vouerat obtulit, vbi post orationem plene curatus, baculis super tumbam eius positis sequenti die pedes ad nos redijt.* C

§. Digni non sunt videre miracula Martyris.

In manuscripto adduntur hæc verba *ex cap. 13. Matth.* Generatio praua & adultera signum quærit.

Caput Tertium.

De muliere, quæ ex gutture grauissimè laborabat curata. D

Nota miraculum.

MVLIER quædam prope Coloniam, periculosè laborans ex gutture, venit ad martyris memoriam cum amicis: petijt subuculam eius in aquam intingi, sperans, si indè biberet, se mox sanatum iri. Bibit difficulter admodum, redit domum, post horas quatuor ad sepulchrum reuertitur, gratias agit Christo & Sancto Engelberto. Tantam ei molestiam morbus ille attulerat, vt quinque diebus nec loqui, nec gustare quicquam potuerit.

Notatio

A

Notatio ad Caput Tertium.

§. Prope Coloniam.

MAnuscrip. dicit Mulierem hanc mansisse, id est, habitasse iuxta piscinam, quæ est extra muros ciuitatis. Fuit enim piscina Monasterium zum Weier, ante portam ciuitatis Colonienſis, quæ etiamnum idem inde nomẽ retinet die Weyerpfort. Monasterium illud vna cum eo, quod ad SS. Martyres zu Mechtern corruptè nomen habuit, tempore obsidionis Nouesiensis anno 1474. dirutum est. Piscina verò deinceps cum nobili Parthenone S. Cæciliæ coaluit, ipsæ ad SS. Martyres sanctimoniales translatæ sunt Coloniam in sacellum S. Apri, cuius possessione illis Tertiariæ, prout appellantur, S. Francisci, transcripto sibi Diui Bonifacij in sancti Seuerini parœcia sacrario, cesserunt.

Monasterium zum Weier.

Monasteriũ S. Apri.

B

C

Caput Quartum.

De Milite quodam à Tertianâ liberato.

D MILES quidam ceream imaginem obtulit ad martyris sepulchrum cũ his verbis: Tam tu sis benedictus, sancte Episcope Engelberte, quàm ego verè tertiana febre liberatus sum à Domino.



Caput Quintum.

De Ioanne Abbate S. Trudonis à quartanâ liberato.

Matth.5. Abbas à quartana liberatur.

EODEM tempore Ioannes Abbas S. Trudonis, quartana diu & grauiter conflictatus, audit miracula ENGELberti, laudat Deum mirabilem in gloria eius: moxque in mentem ei venit, fuisse hominem PACIFICVM & misericordē: porrò beatos esse PACIFICOS & misericordes. Inuocat ergò Deum, orat vt per eius merita sibi opituletur: & confestim se lætatur in seipso experiri, quanti sit apud Deum meriti beatus ENGELBERTVS, sanum se sentiens. A

Notatio ad Caput Quintum.

Ioannes Sanctēsis.

Sancti oppidum.

DE Abbate Ioanne Sanctensi, qui nomen suum est mutuatus ab vrbe Sanctensi, in cuius Ecclesiæ introitu legitur: AD SANCTOS MARTYRES, vnde vrbs Sanctensis nomen teste Pigio accepit: Cæsarius lib.30. dialog. c.21. 6. dialog. c.3. lib.7. dial. cap.24. & lib.1. vitæ S. ENGELBERTI cap.2. & 7. meminit & Petrus Beeck in suo Aquisgrano c.2. Notationem de ipso huc reieci. Fuit vir eruditus, passim enim magister audijt. Idem ille anno 1222. ex Decano B. M. V. Aquisgranensis in Abbatem S. Trudonis diœcesis Leodiensis postulatus est, & per Legatum sedis Apostolicæ creatus. Eodem ipse anno Legati Apostolici Episcopi Portuensis Cardinalis S. Rufinæ iussu monasteriorum Stabulaus, & Malmundariēsis tum capita, tum singula membra visitauit. Quin & in Prælatorum Tuitiensium Cathalogo decimus nonus Heribertinus Præses numeratur Brunonem inter & Henricum Abbates. Vnde duobus præfecto monasterijs à dicto Legato concessa est



legis

A legis & canonum vacatio seu dispensatio quam S. Trudonis exhibent tabularia: *Dilecto in Christo Ioanni Abbati S. Trudonis salutem in Christo Iesu. Licet salubriter in sacris Canonibus sit statutum, vt singulis personis singula officia committantur. frequenter tamen Personarum consideratis & locorum qualitatibus ac circumstantijs, plures Ecclesiæ conceduntur vni personæ de gratia speciali: Hinc est quod cum Abbatiam Tuitiensem S. Heriberti tibi commiserimus, ne monasterium S. Trudonis ex Nostra commissione iacturam in spiritualibus, vel temporalibus patiatur tibi legationis qua fungimur au-*
B *ctoritate indulgemus, vt Abbas Tuitiensis existens S. Trudonis remaneas, vt vtrumque monasterium & eorum personas auctoritate præsentis indulgentiæ, tanquam proprius Abbas regas & plenam curam eorum habeas in temporalibus & spiritualibus ministrandis.* Dispensatio vetus de duabus dignitatib.

Hocilli in vita S. Geluci lib. 1. c. 10. elogium datur: *Vir Reuerendissimus & magnæ in Christi Ecclesia gloriæ Magister Ioannes Sanctensis fidelis verbi crucis dispensator & modernæ expeditionis*
C *Hierosolymitanæ studiosus coadiutor:*] Vnde colligas quam illustre sit Ioannis Abbatis de iam enarrato miraculo ac virtute B. ENGELBERTI testimonium. Obijt ipse Abbas anno *1228.* decimo Kalend. Octob.

Caput Sextum.

De Paralytica restituta.

D MVLIER diu paralytica, eius nomen appellans, curata est.

Notatio ad Caput Sextum.

MAnuscriptus addit: *In recordationem miraculi, quibus nitebatur baculos obtulit.* Reliqua Surianæ editioni consonant.

Caput

Caput Septimum.

A

De ſcholari contracto qui ad ſepulchrum Martyris reualuit.

CIVIS Confluentinus puerum ſcholaſticum habuit adeò contractum, vt dimidio anno pedem in terram deponere non poſſet. Iuſſit ergò eum duci Coloniam, & plena fide martyris ſepulchro imponi. Fit ita: & ecce mox laxantur nerui, puer à monumento ſe ſubmittit in pedes, atque ad hoſpitium ſuum gratulabundus abſcedit.

B

Notatio ad Caput Septimum.

Theodericus von der Arcken.

MAnuſcript. ait, ciui huic Confluentino nomen fuiſſe Roricum, cognomen von der Arcken; Filium Rorici ægrum vocatum Theodericum.

Numerus Capitulorum mutatur.

Hoc ſeptimum caput editio Suriana cum præcedenti miraculo de paralytica reſtituta continuat, ſed manuſcriptus ab eo diuidit, ideoque deinceps etiam numerum capitum C mutandum duxi.

Caput Octauum.

De obtrectatore Martyris punito, iterumque curato.

Punitur contumelioſus martyris obtrectator.

AVRIFABER quidam Sibergenſis adeò noluit fidem adhibere miraculis martyris, vt quoties eius audiret prædicari ſanctitatem, vel irrideret, vel contradiceret. Et quinam, inquit, vel dici, vel eſſe poteſt ſanctus, cuius iuſſu multæ inflammatæ ædes, multi ſpoliati ſunt, & quem multorum malorum conſtat fuiſſe authorem? Sed Deus martyris iniurias diutiùs fere non ſuſtinens, blaſphemum hominem ſubitò tanta vi morbi oppreſſit, vt ſe quamprimùm crederet è vita abiturum. In ſe igitur reuerſus, veretur ea cauſa ſe percuſſum, quòd martyri detraxiſſet. Iubet ergo Coloniam ſe adduci, venit aliorum manibus ad ſepulchrum martyris, fatetur illi culpam ſuam, inter cætera crebrò hæc repetit: Domine, per merita tua & ſanctum martyrium tuum, adiuua me miſerum. Interim dicit ad circumſtantes: Ecquis me aqua benedicta adſperſit? Reſpondent omnes: Nemo noſtrum te adſperſit. Ille repetit

D

Rurſus ſanitati reſtituitur.

A petit: Imò verò adsperſit me aliquis. Rurſum illis negantibus: Sinite me, inquit, abire. Dei enim benignitate & meritis Engelberti martyris ecce ſanus ſum. Surgit eadem hora, cunctis mirantibus: quieſcit paulisper in ædibus templo vicinis: inde domum proficiſcitur, & ſenſim plenè reſtituitur.

Notatio ad Caput Octauum.

B NOmen huic calumniatori punito, & ſanitati reſtituto Arnoldus fuit, vt in manuſcrip. eſt videre.

Caput Nonum.

De Cubiculario Comitiſſæ Geldrienſis contracto ſanatoque.

CVBICVLARIVS Geldrenſis Comitiſſæ, non niſi ſcipionibus fultus ingredi potuit. Audiens Coloniæ multa edi miracula, eo ſe confert, & aliquot continuis diebus martyris Engelberti ſepulchrum inuiſens, atque eius precibus ſanari ſe petens, octauo die curatur, relictiſque illic C ſcipionibus, lætus domum redit. Cõtractus curatur.

Notatio ad Caput Nonum.

§. Geldrenſis Comitis.

DE Geldriæ Comitibus ſequenti capite accuratiùs quædam tractabo, hîc aliquot tantùm enarrabo reſcripta Cæſarea, contra Geldriæ Comitem S. ENGELBERTI amitiD num data. Nam Fridericus Siculus ſibi oblatum à Principibus Imperij honorem oſtenſurus eſſe perquam acceptum, quædam præſente S. ENGELBERTO edidit diplomata, in quibus Fiſco & Aduocatis immoderato ſuo exceſſu, ac nouis omnino excitandis telonijs interdixit, eaque occaſione Gerhardum iuniorem Geldriæ Comitem iuſſit telonium Arnheimenſe abrogare, mandatâ SANCTO ENGELBERTO Fridericus Siculus Imperator.

executione, seu, vt loquuntur, datis illi executorialibus abrogationis. Diplomata autem ita se habent. A

DIPLOMA AC PRIVILEGIVM PRIMVM FRIDERICI SECVNDI PRO Principibus Ecclesiasticis.

Priuilegiũ Friderici secundi pro Principibus Ecclesiasticis.



IN Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Fridericus secundus, diuina fauente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Digna recolentes animaduersione quanta efficacia & fide dilecti fideles Nostri Principes Ecclesiastici Nobis hactenus exstiterint ad culmen Imperij nos promouendo, promotos in Christo firmando, & demum filium Nostrum Henricum in Regem sibi & Dominum beneuolè ac concorditer eligendo, censuimus eos, per quos promoti sumus, semper promouendos, & per quos firmati sumus vna cum ipsorum Ecclesiis semper fore nostra defensione contra noxia quæque firmandos. Igitur quia in eorum grauamina quædam consuetudines, & vt verius dicamus, abusiones, ex longa perturbatione imperij, quæ per gratiam Dei nunc quieuit & quiescit, inoleuerant in nouis telonijs, & monetis, quæ se inuicem ex similitudinibus imaginum destruere consueuerant. In guerris Aduocatorum & aliis malis, quorum non est numerus, statutis quibusdam, eisdem abusionibus obuiauimus. B C D

Henricus Rex Rom.

I. Primo promittentes deinceps quod nunquam in morte cuiuscunque Principis Ecclesiastici reliquias suas Fisco vendicabimus; Inhibentes etiam, ne laicus quisquam aliquo prætextu sibi eas vendicet, sed cedant successori, si antecessor intestatus decesserit, cuius testamentum si quid inde fecerit volumus esse ratum. Si quis verò contra hanc constitutionem reliquias sibi vendicare præsumpserit, proscriptus & exlex habea-

Spolia prohibentur.

habeatur, & feudo siue beneficio, si quod habeat, permaneat destitutus.

A

Item noua Telonia & nouas monetas in ipsorum territorijs siue iurisdictionibus eis inconsultis, seu nolentibus non statuemus de cætero, sed antiqua telonia & iura monetarum eorum Ecclesiis concessa inconuulsa & firma conseruabimus, & tuebimur, nec ipsi ea infringemus, nec ab alijs lædi permittemus modis aliquibus, vtpote monetæ turbari & vilificari solent similitudinibus imaginum, quod penitus prohibemus.

2. Telonia & nouæ monetæ.

Item homines quocunque genere seruitutis ipsis attinentes quacunque causa se ab eorum obsequijs alienarunt, in nostris ciuitatibus non recipiemus, in eorum præiudicium, & idem ab ipsis inter se, eisque à Laicis omnibus vniuersaliter volumus obseruari.

B

3. Serui fugitiui nō recipiendi.

Item statuimus ne quis Ecclesiam aliquam in bonis suis damnificet occasione Aduocati eorundem bonorum, sed si damnificauerit, damnū in duplo restituet, & centum marcas argenti cameræ nostræ soluet.

4. Ne quis Ecclesiæ damnificet

Item si aliquis eorum Vasallum suum qui forte eum offendit iure feodali conuenerit, & sic feodū euicerit illū suis vsibus tuebimur, & si ipse feodum de bona & liberali sua voluntate Nobis conferre voluerit, recipiemus amore vel odio non obstante. Quocunque autem modo siue etiam ex morte infeodati, Principi Ecclesiastico feodum aliquod vacare contigerit, illud auctoritate propria, immo violentia nullatenus inuademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua potuerimus obtinere, sed cum effectu suis vsibus studebimus defensare.

C

5. De feudis.

Item sicut iustum est excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viua voce vel per literas eorum vel per honestos nuncios fide dignos Nobis denunciati fuerint, vitabimus, & nisi prius absoluātur, non concedemus eis personam standi in iudicio. Sic distinguētes quod excommunicatio non eximat eos à respondendo impetentibus, sed sine aduocatis, perimat autem si eis ius & potestatē ferendi sententias & testimonia & alios impetēdi. Et quia gladius materialis cōstitutus est in subsidiū gladij spiritualis, excōmunicationū, Si excōmunicatos in ea vltra sex septimanas perstitisse prædictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra proscriptio subsequatur, non reuocanda, nisi prius excommunicatio reuocetur. Sic vtique alijsque modis omnibus iusto videlicet & efficaci iudicio, ipsis prodesse atquè præesse firmiter compromisimus, Et ipsi vice versa fide data promiserunt, quod contra omnem ho-

D

6. De excommunicatis.

minem qui tali noſtro iudicio ipſis exhibendo violenter reſtiterit, nobis pro viribus ſuis efficaciter aſſiſtent. A

7. De nouo opere.

Item ſtatuimus vt nulla ædificia, caſtra videlicet, ſeu ciuitates in fundis Eccleſiarum, vel occaſione aduocatiæ, vel alio quoquo prætextu conſtruantur, & ſi quæ forte ſint conſtructa, contra voluntatem eorum, quibus fundi attinent, diruantur Regia poteſtate.

8. Officialiũ Cæſaris iuriſdictio reſtringitur.

Item inhibemus ad imitationem Aui noſtri felicis memoriæ Imperatoris Friderici, ne quis officialium noſtrorum in ciuitatibus eorundem Principum iuriſdictionem aliquam ſiue in teloniis ſiue in monetis ſeu alijs officijs quibuſcunque ſibi vendicet, niſi per octo dies ante B curiam noſtram ibidem publice indictam & per octo dies poſt eam finitam: Nec etiam per eoſdem dies in aliquo excedere præſumant iuriſdictionem Principis & conſuetudines ciuitatis. Quotieſcunque autem ad aliquam ciuitatem eorum acceſſerimus, ſine nomine publicæ curiæ, nihil in ea iuris habeant, ſed Principes & Dominus eius in ea plena gaudeat poteſtate. Sane quanto fidem ampliorem prædictorum Principum circa nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus ſemper intendemus proſpicere, & quoniam acta hominum obliuio inimica memoriæ per longam temporum euolutionem ſepelire C ſolet, diligentia vigilantiori adhibita hæc Noſtræ gratiæ beneficia Eccleſijs impenſa perpetuari volumus: Statuentes vt hæredes Noſtri & ſucceſſores in Imperio ea rata conſeruent, & exequantur, & faciant in ſubſidium Eccleſiarum à Laicis vniuerſaliter obſeruari. Et vt futuris innoteſcant, & à præſentium non excidant memoria ſiue notitia, ea fecimus huic paginę annotari & paginam ſubnotatione nominum eorum, qui interfuerunt Principum videlicet, & ſigilli noſtri munimine inſigniri. Teſtes hi ſunt Sifridus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Theodericus Treuirenſis Archiepiſcopus, ENGELBERTVS Colonienſis Archiepiſcopus, Albertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Hugo Leo- D dienſis Epiſcopus, Otto Traiectenſis Epiſcopus, ENGELbertus Bambergenſis Epiſcopus, Conradus Ratisbonenſis Epiſcopus, Hertvvicus Egesdedienſis Epiſcopus, Theodericus Monaſterienſis Epiſcopus, Henricus Wormenſis Epiſcopus, Engelhardus Nevvenburgenſis Epiſcopus, Henricus Baſilienſis Epiſcopus, & alij quam plures. Signum Domini Friderici ſecundi Romanorum Regis inuictiſſimi & Regis Siciliæ, Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Sifridi Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopi

Hoc priuilegium ſit perpetuũ.

Teſtes proceres.

& to-

& totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta fuerunt hæc 1220.
A Anno Dominicæ incarnationis M, CC. XX. indictione nona regnante D. Friderico secundo Rom. Rege & Siciliæ glorioſiſſimo, anno regni eius in Germania VIII, Sicilia vero XXIV. datum apud Franckfort 6. Kalend. Maij.

Diploma II. ſingulare contra Geldriæ Comitem.

FRIDERICVS Dei Gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ vniuerſis præſentes literas inſpecturis fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Quia cum apud Franckfort in cutia ſolemniter indicta iudicio præſideremus, per Principes qui ibidem aderant ta- Comes
B lis data fuit ſententia, & ab ijſdem approbata, quod nullam auctoritatem ſiue Warandiam telonij in damnum vel præiudicium alicuius noſtra præſtare Serenitas potuiſſet. Quare cum de Comite Geldrenſ. ſuper telonio, quod ſe à Nobis aſſeruit tenere, clamor conquerentium non modicus aures Excellentiæ Noſtræ pulſauerit, ſub obtentu gratiæ Noſtræ eidem Comiti dedimus in mandatis ac penitus prohi- Lobedde.
buimus, quod nullum telonium apud Arnheim vel Oſterbecke, ſeu Lobedde, vel in quocunque loco ſuper Rhenum deinceps acciperet vel haberet, non obſtante aliqua warandia, Si quam ſe dixit habere,
C necaliquibus literis obuiantibus à Nobis vel prædeceſſoribus Noſtris impetratis, ſuper his litteras apertas vniuerſis eis inſpicientibus deſtinantes: verum quia idem Comes in his mandato & ſcripto noſtro temere contraire præſumens, poſtmodum teloneum ſibi prohibitum non ſolum extorquere, immo etiam quod grauius eſt in diſpendium Epiſcopi Traiectenſis & Eccleſiæ ſuæ homines ſuos de Dauentria & Sal- Dauentria.
landia nouis teloneorum exactionibus apud Lobbeke præſumpſit Sallandia.
aggrauare. Nolentes igitur vt per violentiam Comitis præfati Epiſcopo iam dicto & Eccleſiæ ipſius occaſione præmiſſi telonei aliquod
D præiudicium fiat vlterius, litteras quas ſuper inhibitione eiuſdem thelonij indulſimus confirmantes, innouamus aciteratò Imperiali auctoritate Warandiam telonei apud loca memorata & in alijs locis ſuper Rhenum ſæpedicto Comiti contradicimus, & ne telonium deinceps accipiant penitus inhibemus. Si verò idem Comes (quod non credimus) huic noſtræ contradictioni acinhibitioni contrarius exſtiterit, ipſum etiam indignationem Noſtri culminis incurriſſe, & à gratia Maieſtatis noſtræ excluſum penitus cognoſcatis. Actum apud Prechmam 2. No. Ianuarij XI. indictione.

Mandatum Friderici secundi contra Geldriæ Comitem.

A

FRIDERICVS Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ fideli suo N. Comiti Geldren Gratiam suam & omne bonum. Intelleximus quod tu post inhibitionem mandati nostri apud Francofordiam in solemni curia sententialiter factam, venerabilem Traiectensem Episcopum dilectum consanguineum & Principem nostrum & Ecclesiam ipsius indebitis exactionibus telonei apud Lobbede & alijs grauaminibus multipliciter aggrauas & molestas, immo quod grauius est ab hominibus castri sui Deuenter, & terræ suæ Satlandiæ de nouo teloneum extorques, in ipsius & Ecclesiæ suæ B præiudicium & grauamen. Cum igitur ex officio commissi Nobis regiminis, Ecclesiarum iura defendere teneamur ac conseruare, fidelitati tuæ sub obtentu gratiæ nostræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus thelonei & alijs grauaminibus, quæ eidem Episcopo & Ecclesiæ suæ hactenus irrogasti & adhuc inferre non formidas, omnino desistas, teloneum & maxime ad grauamen Episcopi & hominum terræ suæ per te de nouo institutum penitus abolendo, indubitanter sciturus: quod si in huiusmodi mandati Nostri executione iterato tibi facti.....tenorem literarum, quas super C his omnibus eas inspicientibus de nouo direximus, negligentem te gesseris, non solum Maiestatem Nostram offendisse; sed à gratia Nostra te scias penitus alienum. Datum apud Prechmam.

Friderici secundi ad S. Engelbertum executoriales contra comitem Geldriæ.

FRIDERICVS secundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Siciliæ fideli & dilecto Principi suo ENGELBERTO sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopo gratiam suam & omne bonũ. D Nobis apud Franckenforde in curia solemniter indicta iudicio præsidentibus talis data est sententia & à Principibus approbata, quod nullã auctoritatem theolonei siue warandiam in damnum vel præiudicium alicuius præstare possimus. Cum igitur super telonio quod Nobilis vir Comes Geldrens. se asserit tenere à Nobis, querimoniam nõ modicam audiuerimus, Regia Maiestate tibi mandamus, quatenus auctoritate Nostra & sub obtẽtu gratiæ Nostræ eidẽ Comiti firmiter præcipias, vt nullum theloneum ab Arnhem vel Osterbecke seu Lobbede vel in quo-

quocunque loco ſuper Rhenum deinceps accipiat, non obteſtante aliqua warandia, ſi quam ſe dicit habere, nec literis aliquibus obuiantibus à Nobis vel ſucceſſoribus Noſtris impetratis. Datum apud Franckforde in curia noſtra ſolemniter indicta 2. Kal. Maij.

Hactenus diplomata & executoriales. Lubet hic quoq; ipſorum Geldriæ Comitum proſapiam ſubijcere, vt quæ in ſequenti Capite traduntur, facilius intelligantur.

Stemma Geldricum & Zutphanienſe.



Gerhardus (*manuſcrip Gerlacus*) fundator Eccleſiæ Waſſẽbergenſis & ſecundum aliquos fundator monaſterij Beravv inter Fuldam & Veſaram.

I. Hadevviga vel Hedvvigis Florentij Craſſi Hollãdiæ comitis filia.

VXORES.

Secunda Ermgarda Namurcenſis.

Gerlacus Ottoni à Naſſavv ex ſecũda coniuge Sophia Wichmãni Comitis Zutphaniæ filia natus: cœlebs obijt.

Henricus ex Hedvvige Fundator Bethlemij prope Dotecheim monasterij ord. S. Augustini, vxor Seinara filia Godefridi Ducis Brabantię.	Arnoldus Coloniēsis Archiepiscop. vt aliqui volūt.	Salome nupta Hērico Comiti Oldēburgico.	Albertus vel Albero ex Ermgarde, Episcopus Leodiensis; alij volūt Gerhardi frātrē atq; Ottonis filiū.	A

Gerhardus II. Schriuero & mscr. fundator, aliis auctor Wassenbergensis Collegij: Prolem neque ex vxore. I. Margarita comite Spanheimensi, neq; ex altera Ida Bolonienſi comite ſuſcepit.	Otto Secundus cum Henrico Geldrenſi Comite ſepultus in veteri campo Cistercienſ. Huic ex Richarda Iuliacenſi ſuſcepti.	Maria (alijs Catharina) nupta Comiti de Loen.	Agnes vxor Hērici Comitis de Loen. ✻✻✻ ✻✻✻	Margarita nupta Engelberto Comiti de Monte, mater Sācti ENGELBERTI Archiepiscopi Colon.	B

B. Henricus II. cui desponsa Adelheidis F. Theodori VIII. Hollandiæ Comitis, ſed obijt Virgo.	Gerhardus III. cōtra quē, amitinū licet ſuū, B. ENGELBERTVS executoriales Cæſareas pro libertate Eccleſiæ Vltraiectinæ ſuſcepit.	Otto electus Episcopus Vltraiectinus.	Adelheidis Gulielmo Hollādiæ comiti nupta.	Margarita quæ nupſit Adolpho Marcano Comiti.	C

Prima Margarita filia Roberti Nassoviæ comitis, cū qua fundauit Monasterium Ruremundanum. ✻ VXORES. ✻ Secunda Sophia Brabāta.

N. Filiol⁹ pulcherrimus ex difficili partu fœliciter editus ad innocationem S. ENGELBERTI. *Cæſar. hoc lib. 3.*

Otto III. claudus vulgo mit dem Pferd fueß. Vxores habuit; primam Margaritam Theodor. Cliuensis (*vel vt vult Reusnerus*, Iuliacensis) filiam fundatricem noui Monasterij seu Rienkloſter ex qua non excitauit liberos, ſecundam verò Phi-

Henricus Episcopus Leodiensis familiæ Geldricæ labes, à S. ENGELBERTO Abbas Stabulensis consecratus fuerat, & studio Pontificis ad Episcopatum Leodiensem promotus: verum vtrique dignitati inutilem se reddidit. Nā quos ſuſcitauerat ſpurios (quorum teſte Placentio 20. erant, vel ſecundum alios 65.) Eccleſiæ bonis ditatos dotatoſque ad altiora prouehere conabatur. Quibus exceſſibus motūs Gregorius X. ſummus Pontifex grauiſſima Epiſtola correptum Episcopū ad ſaniorem mētem reducere conatus eſt, ſed parum proficiens eundem ad concilium D

A Philippam Simpolini, id est, S. Pauli Comitis filiam, ex qua cilium Lugdunense vniuersale citauit: qui male sibi conscius non comparuit, sed remisso annulo, Episcopatu cessit Anno 1274.

Reinaldus I. Bellicosus, prima vxor Irmgardis (*alias VValburgis*) Filia ducis Limburgensis, sine liberis. Altera Margarita filia Guidonis Comitis
B Petræ Dominæ nostræ, vulgo Dampierre, ex hac Henricus qui in prima ætate adhuc puer obijt. Gerhardus itidem in prima ætate mortuus. Irmgarda ex qua nupta Theoderico VII. Cliuiæ Comiti, progeniti sunt duo Theoderici, quorum vnus Louo dictus comitatū Hulckradianum, id est, Dick, Linn, Wilich, Vischel, Osteradt, Lanck, Burich, Herdt, Niel. possedit.] *ita mscr. sed de Hulckradt vide infra cap. 24.*

Margarita nupta Theoderico Decimo Cliuiæ Comiti.
C Guido & Philippus in ætate iuuenili defuncti. Isabella nupta Friderico Austriaco Pulchro, sed deserta, cū Philippa sorore sua ad S. Claram Coloniæ Deo castitatem nuncupauit. illi loco vtraque præfuit, atque eum bonis locupletauit. Vt habent illius monasterij Archiua. Reinaldus II. Rufus (alijs Niger) Fundator Carthusianorum Arnhemij, (quo etiam transtulit ex Tiela Collegium Canonicorum S. Walburgis) Carmelitarum Geldriæ, & Dauentriæ ac Hadervvici Franciscanorum. Primus Dux Geldriæ. hic ex Sophia Florentij Mechlinienſis Baronis filia meras excitauit filias & ex Eleonora Eduardi Angliæ Regis nata, secunda vxore, filios duos, prout in cōtinuato schemate ostēditur.

EX SOPHIA I. VXORE.

D Maria nupta Guilielmo Quarto Cliuiæ & mox Geldriæ Duci.

Isabella Abbatissa Noui Monasterij.

Mechtildis I. alijs Margarita, quam immatura mors extinxit.

Mechtildis II. nupta Ioāni Cliuēsi, deinde Godefrido Lossēsi demū Ioanni à Bloess Comitib. successiue.

EX ELEONORA II. VXORE.

Reinaldus III. Eduard⁹, Catharina Alberti Bauariæ Ducis & Hollādiæ Comitis filia, Vxor & Virgo. Nā è nuptijs euocatus Eduard⁹, vt Wilhelmo affini succurreret cæso, à prælio victor ab Hermanno Leess clam glande traiectus interijt.

Inter hos duos fratres perpetuæ inimicitiæ fuerūt, bella nō liberos susciterūt,

A

Gulielmus II. Iuliæ Dux & IV. Dux Geldriæ, cui⁹ inuestiturã ab Imperatore obtinuit, ex coniuge sua Catharina, Auũculi sui relicta vidua, nõ excitauit proles.

Reinoldus IV. Dux III. Iuliaci & V. Dux Geldriæ cũ Maria Arduennẽsi, siue Arthois & Arschotti comitis filia, sine liberis obijt.

Ioanna vxor (aliquibus mscr. rapta) Ioannis decimi tertij Dynastæ Arckelij cui liberi

Gulielmus qui interfectus anno 1417.

Maria (alijs Margarita) nupta Ieanni Egmondæ Comiti è qua filius

B

Arnoldus comes Egmondanus Sextus Dux Geldriæ.

Geldriæ insignia olim erãt 3. flores mespili; quibus succesit Nassouiorum leo ex argẽto in clypeo: (quem campũ vulgo vocant) cæruleo, Rupertus tamen Palatinus senior dedit Adolpho & Ioanni comitibus leonem aureum.

ARnoldi sexti Geldriæ Ducis posteros, qui ditiones Sicambrorum tenuerunt vsque ad Carolum Ducem, latius deducere supersedeo, cum D. Miræus libro secundo Donationum Belgicarum cap. 136. eos afferat. Ipsam etiã Dynastarum Geldrorum originem, suo fortè tempore tradam in B. Adelheide, vbi & de Nobilissimo Vilicensi Collegio agam. Interim figmentũ puto de bellua Geldre, Geldre, inclamante; quam Wichardus de Ponte interemerit, eoque facinore populi sibi illius Imperiũ acquisiuerit. Si tamẽ veterum ænigmata aliquid mysterij censentur inuoluere; interpretabor à Wichardo populum ereptum ab auara alicuius & ferina tyrannide ac dominatũ, qui subditos vt emungeret, Geldre, Geldre, id est, nummos, nummos, imperiosis suis vocibus extorquere fuerat conatus.

C

Geldrica Bellua quid?

D

Caput Decimum.

Quo recensetur Comitissa Geldriæ in partus mortisque periculis seruata.

GELDRIÆ Comitissa tanta pariendi difficultate quandoque laborauit, vt vita eius propemodum desperaretur. Accitus confessarius eius Abbas Campensis, à Duce Brabantiæ Henrico, qui erat Comitissæ pater

A pater, atque à marito eius Gerardo Comite, introductus est ad eam, præ doloris acerbitate miserè eiulantem. Illa, viso Abbate, perinde ac si moritura sit, commendat se eius precibus, orans vt fratres omnes iubeat pro se orare. Lachrymantur omnes, qui aderant. Interim Comes sic ait ad eam: Nosti chariſſima, quantum nos amarit cognatus & Dominus meus Episcopus ENGELBERTVS. Inuoca ergò illum in hac summa calamitate: spero non minùs illum tibi, quàm cæteris, subuenturum. Deinde Abbas cum Duce & Comite egreditur: porrò Comitissa orat martyrem, vt sibi opituletur. Orat Christum, vt propter sanguinem quē pro iustitia fudit ENGELbertus, à tantis doloribus se liberet. Vix in castrum illi redierant, cùm ecce puella cursitat post eos, lætissimumque B nuncium Comiti afferens: Domine, inquit, Domina mea peperit tibi elegantissimum filium. Tum verò omnes laudant & prædicant Deum in martyre suo Engelberto. At Comitissa non immemor beneficij, mox reualuit, Coloniam venit, sepulchrum martyris visitauit, argenteamque imaginem ad illud obtulit.

Illustre miraculum in Comitissa Geldriæ.

NB. Argētea Imago S. ENGELBERTI.

Notatio ad Caput Decimum.

C COmitissam Geldriæ hoc capite à Sancto nostro seruatam Historici Sophiam appellant. Fuit ea Henrico Brabantiæ Duci illius nominis primo nata ex Mechtilde Matthæi Bolonienſis Comitis filia, Gerardo III. Geldriæ & Zutphaniæ Comiti secundis nuptijs iuncta. Gerardus enim priorem duxerat vxorem Margaritam, Ruperti Nassouiæ Comitis, (qui in Syria fortiter pieque mortuus est) D filiam, ex qua Ottonem tertium cognomine Claudum, & Henricum Leodienſium aliquando Antistitem genuit. Quo tempore Margarita hæc obierit & Gerardus viduus Sophiā duxerit, non reperi. Hoc constat Margaritam fuisse adhuc superstitem anno 1218. quo Gerardus cum illa insignem Ruremundæ parthenonem ord. Cistercienſis condidit atque dotauit. Quin eadē videtur anno 1224. Kal. Iulii fatis necdū cessisse, quod diploma instituti monasterij (præsentibus viro

Ropertus Nassouius in terra S. mortuus.

Vide Miræū in notitia Eccl. Belgij pag. 556.

& diplomata Belgica p.376. Item Lilia Cistercien. Henriquetij.

Nobili Henrico de Monte, Waltero de Eile, Gerhardo & Henrico de Barsdunck fratribus, Gerardo de Rotheim, Arnoldo de Wachtendunck, Theoderico aduocato Ruremundano, aliisque datum) Margaritæ meminerit sine vlla mortis insinuatione vel quietis apprecatione, quæ alioquin vsurpata fuisset, nisi etiamnum superstes fuisset. Cæterũ siue ante siue post annum 1224. Margarita obierit, & Sophia Brabanta (quam S. ENGELBERTVS suis apud Deum precibus è mortis periculis eripuit) Gerardo nupserit, haud est curiosius inquirendum. Id saltem ex miraculi huius enarratione notandum venit, errare annales Comitum & Ducum Geldriæ manuscriptos ita aientes: *Gerardus tertius Comes VI. Geldriæ vixit 27. annis, obijt anno 1229. sepultus Ruremundæ, in Monasterio ordinis Cistercienſis à se erecto fundatoque. Prima vxor Mechtildis filia Ducis Brabantiæ, obijt absque prole, secunda Richardis à Nassavv, ex qua suscepit Ottonem successorem & Henricum Episcopum Leodiensem. Richardis vero marito defuncto Gerardo, ingressa est monasterium Ruræmundanum, vbi Abbatissa creata est & obijt.* Errare similiter I. O. dum in Stemmate Nassouico-Geldrico affirmat Gerardum nullos ex Sophia liberos genuisse, cũ tamen hic asseratur, Gerardo ex Brabanta, elegantissimum filium fuisse natum. Obijt Gerardus anno 1229. die 22. Octob. Sepultus in monasterio memorato (in quod & prima coniunx illata fuerat.) Sophia vero in eodem loco viri mortem luxit, illique Abbatissa præfuit, ac tandem in S. Matthiæ ferijs, Anno 1231. vita mortali fuit defuncta.

A B C D

§. Quantum nos amarit Cognatus.

Vide in Stẽmate Geldrico pag. 207.

Matrem S. ENGELBERTI fuisse Margaritam filiam Henrici Geldriæ Comitis *lib. 1. in Stemmate* & paulo ante notaui. Margaritæ frater exstitit Otto II. Geldriæ Comes, Gerhardi de quo egimus pater: Vnde constat ENGELBERTVM nostrum,

A nostrum, & Gerardum Comitem fuisse cognatos in secundo gradu, fratris nempe & sororis liberos seu amitinos.

§. Confessarius eius Abbas Campensis.

Fuit hic Arnoldus appellatus, quem Campenses octauum inter Abbates numerant, ex Morimundensi Monasterio accitus, Ioanni primo successit S. ENGELBERTO valdè charus; vt Ioānes Dithmarus in tabella Campensium Abbatum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, à se
B edita testatur. Idem, eodem auctore, à Gerardo Geldriæ Comite priuilegium quoddam pro suo campo impetrauit. Denique lectus hic Arnoldus in Morimundensem Abbatem anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, Hartleuum nonum apud Campenses Abbatem reliquit successorem, posteaquam Sancti Seruatii Monasterium apud Vltraiectinos, nouum campum apud Schvverinenses, & Viam cęli in Duis-
C seren prope Duisburgum, suo ordini acquisiuisset.

Arnoldus Abbas Campensis.

Caput Vndecimum.

De puella annis sex cæcâ, quæ lumen recepit.

PVELLA quædam Colonienſis, sexto mense ætatis suæ cœpit malè habere in oculo: deindè lumine prorsus orbata est. Cumque sextum ageret ætatis annum, mater eius causa, tribus sextis ferijs ieiunauit in pane & aqua, & Missam defunctorum in honorem Beati ENGELBERTI celebrandam curauit: atque ita puella mox per martyris meritum,
D visum recepit.

Cęca puella videt.

Notatio ad Caput Vndecimum.

MAnuscriptus tradit Puellæ huius matrem in Parœcia Sanctę Columbæ Virginis & Martyris Coloniæ fuisse commoratam.

Caput Duodecimum.

De viro Nobili à morbo caduco liberato.

Nobilis à morbo caduco liberatur.

HENRICVS de Calenmunt, vir nobilis, cùm diu vexatus esset morbo comitiali, die quodam in sacello stans, & de miraculis beati ENGELBERTI cogitans, humi se prostrauit, crebroque rogauit sanctum martyrem, vt à Domino sanitatem sibi impetraret. Inde surgens, sensit insolitam quandam corporis alleuationem, ita vt deinceps vsque in præsens, nihil ab illo morbo molestiæ acceperit.

Notatio ad Caput Duodecimum.

Kalenmũt. Putzfeld.

KAlemunt quod appellat manuscrip. domicilium est nobile Putzfeldiorum haud procul Steinfeldia.

Caput Decimum tertium.

De Paralytico curato.

Paralytici curatio.

HOMO paralyticus cùm ad sepulchrum eius duabus ferè horis orasset, & martyrem attentissimè deprecatus esset, relictis illic scipionibus, quibus aduenerat, suis pedibus lætus abscessit.

Notatio ad Caput Decimum tertium.

Hoingen.

EX manuscrip. discimus hominem hunc fuisse ex Hoingen. Hoingen autem pagus est satrapiæ Hilchrodanæ non longè à Knechstadiensi Abbatia situs. Nisi fortè sit vicus Rheno incumbens sub Argenfelsio Comitum Isenburgicorum. Verum is non Hoingen sed Hoeningen appellatur. Manuscrip. Monasterienſis ex Eifflia dicit. *Homo quidam ex Hegen.*

Caput Decimum quartum.

De Sacerdote diebus quindecim cæco & postmodum restituto.

SACER-

A SAcerdos quidam quindecim dies cæcus, vouit se visitaturum martyris Engelberti sepulchrum, & in altari, quod est ad caput eius, Missam defunctorum celebraturum. Mox à voto nuncupato redijt lumen, & ille fecit, quod promiserat.

Notatio ad Caput Decimum quartum.

SAcerdotem hunc fuisse ordinis Præmonstratensis Religiosum, & in Nobili cœnobio Heinesbergensi, quod subest curæ Abbatis Knechstadensis, Præpositum vel Sacellanum egisse manuscrip. innuit: ita enim ait: *Sacerdos quidam de Heinesberg ordinis Præmonstratensis.* Quamuis, vt apparet, mendosa sit illa capitis inscriptio, de sacerdote de Hemersberg. Heinsberg

B

Hinsbergum vero siue Hinsberga in antiquis Schedis Mons Caballinus nuncupatur. Videtur enim, si nominis etymologiam spectes, ab equo & aggesto ab eodem monte deriuari; quamuis Streithagenus quasi Henrici Montem dictum suspicetur. Aliquibus etiam manuscriptis, Heinonis Mons appellatur. Oppidum est in extremitate terræ Iuliacensis, qua septentrioni obijcitur, & in confinio Geldriæ, duobus milliatibus Ruremunda dissitum; Dominorum gloria, Ciuium priuilegijs, aëris temperie & situs amœnitate nulli postponendum. Circuitu ad vnius circiter horæ spatium vrbis eius amplitudo clauditur. Deflectit leuiter ab oriente in septentrionem & planum in paludes, quod de Anxure Liuius ait, formam oblongam præbet.

C

D

Templum D. Gangolphi in cliuo exurgit, cui castrum in altero aduerso respondet; vtrumque altissima turri longè lateque conspicuum. Castrum insigni Canonicorum Collegio ab Oda Heinsbergi Domina circa annum 1140. fundato condecoratur. Sub annum 1150. in oppidi vmbilico. Gosvvinus II. Heinsb. D. & Aleidis Palatina Sommersbergensis ipsius

psius vxor excitarunt nobilibus virginibus Præmonstratensis instituti monasterium, quod vsque ad Caroli V. tempora A
mœnibus excludebatur: Cæterum Heinsbergum mœnibus, fossis, portis; ac propugnaculis à Duce Wilhelmo adeò munitum fuit, vt vix vllum oppidum in Belgio ei comparati possit. Atque hinc est, quod cùm bello Iuliacensi inter Carolum V. & Wilhelmum ad annum 1542. suscepto, à Cæsareanis 13. Octobr. interceptum esset, integro anno à Wilhelmo Principe non potuerit oppugnatum recipi, sicut nec Susteren, licet mox Marcodurum & reliqua loca, à Cæsareis occu- B
pata, etiam asperrima hyeme recuperarentur. Ipsum oppidum cum subiectis Gangelto, Milla, ac Fuchto, Theodericus III. cum pro Comitatu Lossensi bellum gereret, pecuniæ indigus abalienauit, & acceptis XXIV. millibus veterum scutorum, Eduardo Geldriæ Duci in pignus oppossuit.

Caput Decimum quintum.

C

De muliere quæ lumen oculorum annis viginti perditum recepit.

Cæca recipit visum. MVLIER in castro Nideckensi, viginti annis nihil viderat. Vbi didicit ENGELBERTVM coruscare miraculis: Ego, inquit, ibo ad noui martyris monumentum, vt beneficia, quæ confert alijs, etiam mihi impendat. Venit ergò Coloniam, orat ad sepulchrum Episcopi, apertisque oculis videt lumẽ cœli, quæ tot annis perpetuas sensérat tenebras.

Notatio ad Caput Decimum quintum. D

IN manuscript. sic narratur: *Est quædam mulier in castro quod Nidecken vocatur, quæ cæca viginti annis fuerat: Hæc dum die quadam de miraculis Episcopi* ENGELBERTI *audiret, sperecuperandi luminis Coloniam se duci fecit dicens; Ego ibo visitare sepulchrum noui Martyris, vt gratiam, quam alijs impendit, etiam mihi impertiri dignetur: Quæ cum Coloniam venisset & coram sepulchro Episcopi orasset*

orasset, recepit visum, & quæ duce venerat, sine duce reuersa per noui
A *Martyris meritum, visum diu sibi subtractum gaudens innouatum, ve*
potius omnino reparatum: domui suæ nouum reportauit miraculum.

§. Nidecken.



Nidecken.

Streithagenus in syntagmate Prouinciæ Iuliacensis Nideckam describit *antiquitus Comitum Iuliacensium sedem*, atque in Historiis, ab arce in colle commendari munitissima, quam olim cum vrbe à
B Wilhelmo Iuliacensi excitatam penè téporis longinquitas consumpsit. Tanta ipsius fertur Aulæ latitudo, vt hastiludio aliquoties fuerit frequentata ac celebrata. Huius ipsius arcis custodijs asseruati fuere sub Wilhelmo quarto Comite, Conradus Hochstadanus, atque Engelbertus Falckenbergius Vbiorum Archiepiscopi. Sub Gerardo illius filio Reinoldus Falckobergi Dominus, ac denique sub Wilhelmo secundo Duce Wenceslaus Brabantiæ Princeps. Oppido nomen inditum tradunt
C ab odio nescio quo vel cuius. Multis gaudet priuilegiis, habuit inter cætera memorabilia cœnobium Virginum Præmonstratensium nobile, cuius hodie loco Prioratum (vt vocant) Religiosi ex Steinfeldia administrant.

Caput Decimum sextum.

D

De Monacho cæco, cui lumen redditum.

ABbas Burnenbacensis vnum ex iunioribus monachis suis misit ad monasterium veteris Montis. Is cùm venam incidi sibi curasset, putaretque non satis detractum sanguinis, atque ea causa etiam alterius brachij venam aperuisset, cum sanguine lumen amisit. Id vbi cognouit Abbas Burnenbacensis, ne esset illi cœnobio oneri, redire eum iussit ad se. In illo itinere Coloniam veniens, orauit ad ENGELBERTI martyris tumulum, duosque cereos oculos obtulit, votumque fecit, si visus

ei rediret, patrem ipsius duos argenteos oculos in eius honorem missurum. Abit cæcus à sepulchro, venit ad locum quendam, qui erat monasterij veteris Montis, accipitur illic humaniter, & cùm causam cæcitatis suæ indicasset, Conuersus quidam hortatur eum, vt sanctum ENGELBERTVM Episcopum inuocet, respondet ille se id fecisse: addit Conuersus, vt benè confidat martyrem sibi non defuturum: moxque inde recedit Conuersus, & post horam eo reuertitur. Eum verò monachus iam videns, salutat. Et conuersus ad eum: Vnde scis, inquit, me hic esse, cùm nihil videas? Ille respondet: Gratia Deo & beato ENGELBERTO: perspicuè enim intueor & te, & quicquid est in his ædibus. A

Cæcus monachus visum recepit.

B

Notatio ad Caput Decimum sextum.



C

Burnenbach.

. Abbas Burnenbacensis.

IN manuscrip. dicitur Burnenbach quæ domus est ordinis Cistercienſis sita in terminis Wormatiæ, hodie iurisdictioni Comitum de Werthem & Lewenstein subiacet.

§. Vnum ex iunioribus Monachis.

Huic Vlrico nomen fuisse manuscript. testatur.

§. Venit ad locum quendam qui erat Monasterij veteris Montis. D

Surth.

IN manuscriptis legitur: *Venit ducente famulo ad Gangriam domus Bergensis, quæ Sorenda dicitur modico à ciuitate Coloniensi distãtem.* In literis Collegiatæ S. Georgij à B. Annone Anno 1059. erectæ nuncupatur Soretham, sic etiam in archæo insignis Collegij S. Seuerini lego, nunc passim audit Surth, ad Rhenum vix vno lapide supra Coloniam, dues ibi prædium hoc etiam

etiam tempore Monasterium Montanum obtinet.

A Hæc quæ ex manuscrip. subiicio, minime omittenda erant, sed in epitomen Surii merito venire debuerant: ait autem manuscript. *Gratias ago Deo &* B. ENGELBERTO, *quia bene video tam vos quã ea qua in domo sunt, nec non & fluuiũ qui fluit ante Gangriam, volens experiri frater si verum diceret, ait: quid est quod pendet in pertica? respondit, Manutergium. Et verum fuit, & rediit videns & glorificans Deum &* S. ENGELBERTVM.

B

Caput Decimumseptimum.

De Monacho quodam Eberbacensi paralytico sanato.

EODEM tempore Monachus quidam Eberbacensis ad partes inferiores missus, in itinere antequam veniret Coloniam, membris omnibus adeò paralysi cœpit diuexari, vt difficulter ad veteris Montis monasterium posset perduci. Ibi in valetudinario manenti occurrerunt miracula noui martyris ENGELBERTI. Vouet igitur se, si morbus abscedat, Missam defunctorum dicturum. Mox sentit remissiùs, & totus C reualescit. Paralyticus curatur.

Notatio ad Caput Decimumseptimum.

§. Ibi in valetudinario.

IN manuscrip. dicitur: Frater iste ad eam impotentiam deuenit, vt depositus in infirmatorio cum se erigere, vel in a- D liud latus vertere non posset, membrorum officio destitutus, suspensi in trabe funiculi adminiculo vti debuerit.

§. Reualescit.

In manuscript. illa adduntur: *Qui Deo gratias agens & Creatori suo,* S. ENGELBERTO *cum ad claustrum suum rediret, & Tuitii cum magistro Ioanne eiusdem loci Abbate pranderet: hæc quæ dicta sunt me audiente præsentibus narrauit, duos prædictos conuersos* Ioannes Sanctensis Abbas Tuitiensis. *lib. 3. vitæ S. Engelberti c. 5. pag. 198.*

qui & ipsi præsentes erant testes inuocans: Hæc ibi. Ioannes verò Abbas Tuitiensis fuit nominis eius primus, in ordine Abbatum nonus decimus, cuius hoc libro meminimus notationibus quinti capitis. *pag.* 198. A

§. Eberbacensis.

Eberbach. Eberbach cœnobium est altero ab vrbe Moguntinâ lapide, non procul à Rheni ripâ distans. Quod B Bernardus rogatu Alberti Moguntini Archiepiscopi illo loco circa annum 1133. fundauit, vti notat Henriquez ad Menologium Cistercienſ. Quamuis manuscr. R. P Nicolai Serrarij Societatis IESV in Adelberto (quem Albertum nuncupat Henriquez) asserat, hortante S. Bernardo Adelbertum exædificasse Cistercienſium in Renigauia seu Ringauia monasterium, quod ab apro & riuo nomen habet Eberbachium, vt *inf. c.* 50. B

Caput Decimum octauum. C

De Monacho iuuene à periculo fistulæ liberato.

Monachus alius è periculo liberatur. MONACHVS iuuenis, dum vena illi inciditur, ita in brachio intumuit, vt morbus fistulæ timeretur. Dolore vrgente, promittitit se beato ENGELBERTO Psalterium lecturum. Illicò sentit se habere melius, dicitque cunctis, à sancto ENGELBERTO se curatum.

Notatio ad Caput Decimum octauum. D

Christianus Heisterbacēsis. MAnuscript. ait hunc iuuenem appellatum Christianum, fuisse Monachum Heisterbacensem. Hic tamen alius fuit ab illo Christiano Heisterbacensi, de quo Cæsarius *lib.* 4. *dial. cap.* 30. *& lib.* 12. *cap.* 34. & Henriquez *in menologio.* Ille etenim Christianus ante Martyrium S. ENGELBERTI, ex huius vitæ ærumnis fuit euocatus. Existimarē autem hunc Christia-

A Christianum fuisse Bonnensem, cuius Cæsarius meminit *lib.* 11. *c.* 64. Non tamen cuius *lib.* 6. *c.* 3. *& ca.* 21. mentionem facit, quem ibidem tradit Bonnensem fuisse Decanum & in anno probationis mortuum.

Caput Decimum nonum.

De Alardo Heisterbacensi monacho curato.

Item alius.

B ALIVS iuuenis monachus, tribus mensibus paralysi in brachijs dire vexatus, vbi ex alio iuuene iam dicto percepit, quàm facilè curatus esset à nostri temporis martyre, vouit se illi quotidianas oblaturum preces, moxque sanatus est. Sed deindè preces illas negligens, pristino dolore cruciatur. Resipiscit verò, omissa repetit, & redit incolumitas.

Castigatur voti violator.

Notatio ad Caput Decimum nonum.

Alardus Heisterbacensis.

C ET hic Heisterbaci iuxta manuscriptos codices monasticen professus erat. Nomen ei Alardus, ante professionem Canonicus in Aldensele fuerat, vti Cæsarius scribit *libri octaui dialogorum capite postremo, vide eundem librum* 10. *dialog. cap.* 55. *&* 72. Alius verò ab illo fuit B. Alardus, quem pie defunctum describit Cæsarius *lib. dial.* 11. *cap.* 19. Nam hic abiecto sago militari vitam amplexus in Lucka religiosam.

D

Caput XX.

De matrona Colonienſi ab immani dentium dolore liberata.

Immanis dolor dentium sopitur.

MATRONA Colonienſis, diues sanè, dolore dentium grauissimè cruciabatur. Dentem vnum, qui erat totius mali origo, curat extrahendum: sed radice relicta, atrociori dolore afficitur, ita vt furere videretur. Adit martyris ENGELBERTI monumentum, offert illic mantidibulam ceream, domumque abiens, in ipso itinere se sentit incolumem.

mem. Quisnam ergò pontificis nostri sanctitatem in dubium reuocet, quem tot commendant præclara miracula? A

Notatio ad Caput Vigesimum.

MAtrona hæc Richmodis nomen habuit, quod Romanæ nobilitatis fœminis apud Colonienses, vt è vetustis documentis patet, familiare fuit. Erat Richmodi soror Elisabetha, quam à graui infirmitate liberatam Surius tacito pede transiuit. Sic autem inquit manuscrip. *Cuius* (Richmodis) *soror Elisabeth nomine sicut ipsa mihi nuper retulit Coloniæ, à quadam grauissima & occulta infirmitate, per ipsum etiam liberata. Quis ergo Pontificem Nostrum dubitet Sanctum, quem tot commendant insignia miraculorum? Quod à Deo non est, diu stare non potest.* B

Nobilis fœmina à graui infirmitate curata.

B. Richmondis Walbergensis.

NB. Non hæc fuit Virgo Richmundis, de qua Cæsar. *in dial. lib. 9. c. 33. 34. & lib. 8. cap. 7.* perhibet virtutibus eam fuisse cumulatã, ac vitæ floruisse sanctimoniâ, quamque Henriquetz in menelogio X. Kal. Nouemb. Beatarum mentium numero accenset. Hæc enim ante S. ENGELBERTI necem fatis concessit, virgoque celebratur in Walpurgẽsi monasterio, quod nunc à Societate IESV tenetur, sepulta; non verò Matrona audit. C

Caput Vigesimum primum.

De muta in loco martyrij S. Engelberti curata.

Muta loquitur.

IN pago quodam diœcesis Colonienſis puella erat sex annorum, ab ipso ortu muta. Ea cum oblationibus primùm ducta est ad sepulchrum martyris: sed cum non curaretur, perducta est ad eum locum vbi occisus est. Vbi cœpit rectè & expedite loqui, quæ nunquam antea locuta fuerat, cunctis non immeritò admirantibus. D

Notatio ad Caput Vigesimum primum.

Flatten.

PVellam hanc ex villa Flattene Diœcesis Colonienſis, oriundam refert manuscript. Qui & ad finem capitis

testes

testes huius tam illustris Miraculi producit, præter loci inco-
A las, Henricum Decanum Ruralem Christianitatis (vt arbi-
tror) Tolbiacensis, huic enim Decanatui illa subest Parœcia. Trahit ex illa nomen, quæ pago dominatur, familia insignibus priori & hodierno sæculo viris illustris; è quibus Ioannes
B à Flatten Præpositus Aquisgranensis, Cranenburgicus, & Carpensis, cõsiliarius VVilhelmi Iuliæ Ducis &c. notissimus prodijt, cui in eadem dignitate surrogatus fuit Henricus à Vlatten.



Flatten.

Caput Vigesimum secundum.

C *De Surdo restituto.*

EST pagus VVestphaliæ Vlicdorp, in quo erat quidam ex multo iam tempore surdus. Pro eo vxor quotidiè orabat martyrem ENGELBERTVM, addito etiam voto, si sanaretur, aditurum eum locum cædis eius nudis pedibus & sine lineis vestibus, ibique oblationes suas daturum. Eo voto suscepto, ait surdus: Audio pulsari ad Missas. Stupet vxor, dicitque ad eum? Audis etiam me loquentem. Audio, inquit, imò verò nunquam mihi antehac melius audisse videor. Itaque gratias a-
D gens Deo & martyri ENGELBERTO, abiit in Giuelsberg, vbi cæsus est martyr, & vota persoluit.

Vide voti efficaciam in surdi curatione.

Notatio ad Caput Vigesimum secundum.

§. Stupet vxor.

IN manuscript. habetur: *Audio pulsari ad missam; illa stupente de verbi nouitate, protinus adiecit: audio etiam vocem galli nostri*

noſtri, cui cum diceret illa, num & me loquentem audis? reſpondit audio. A

Vlichdorp

Vlichdorp pagus ſupremæ Archiepiſcopi Colonienſis Angariæ Ducis ſubiacet iuriſdictioni: Memorabile eſt quod *de Monaſterio ibidem ſuper oſſa B. Landelini confeſſoris in honorem B. M. V. extructo*, refert in tabulis fundationis, Erpo Comes

S. Landelinus.

Erpo comes Padbergi.

Padbergenſis: In villa noſtra, inquiens, Vlichtorp incepimus ſtructuram noſtram conſummare, anno gratiæ milleſimo centeſimo primo in honorem Piæ Matris, & vt ardentius inſtarem, benigniſſimus Deus flagello ſuo me torpentem excitauit hoc modo: Quodam tempore oppidanis in Harhuſen, forte iniuſtè, in tantum offenſus, vt oppidum ipſorum totaliter deſtruere & conſumere vellem, & iam ignem immitterem, quidam de ipſis oppidanis ad Eccleſiam ſancti Magni glorioſi martyris fugientes, imaginem crucifixi Domini rapuerunt, & eam ferentes obuiam mihi furenti proceſſerunt; at ego præ furore rationem non capiens, ad portatores cum euaginato gladio, vt ſtultus miſer irrupi, & quod crucifixo pro corona capiti impoſitum erat percuſſi, & partem in terram deieci. Nec ſine mora vltio diuina defuit, nam digiti mei, quibus ferrum ad contumeliam ſanctarum reliquiarum ſtrinxeram, & manus in volam contracti, præſentiam æterni Iudicis ibi adeſſe & iram præſenſi: Tunc igitur, eius flagello caſtigatus, & tamen de eo quod ſcriptum eſt, flagellat omnem filium quem recipit, fiduciam ſumens, præſumebam à miſericordia Dei me diligi quod merebar affligi, præ-



Miraculum de imagine crucifixi.

B C D

præfatæ Ecclesiæ Beati Magni de meis possessionibus mansum vnum,
A & Monasterio meo Vlechtorpensi omnia mea & me ipsum, ministeriales meos cum beneficijs, & possessiones & seruos meos omnes mihi bene in hoc consentientes, Dominæ meæ perpetuæ Virgini Mariæ contradidi.] &c.

Hæc ex literis fundationis Vlichtorpianæ adnota sse sufficiant. De aduocato hæreditario non admittendo &c. omissa in aliud tempus reseruaui.

B Caput Vigesimum tertium.

De paralytico, & surdo liberato.

VT verò Dominus martyris gloriam declararet, etiam per nocturnas visiones quosdam admonuit eius suffragia implorare. In pago Iserenlonensi fuit quidam, semiquinque annis ex paralysi & linguæ manuum officio destitutus. Is sub meridiem quandoque obdormiens, audiuit vocem dicentem sibi: Dic auunculo tuo, vt ducat te in Giuelsberg, vbi occisus est Episcopus ENGELBERTVS, & curaberis. Mox ille
C euigilat, incipit loqui, & gratias agit Deo. Stabat auunculus eius in media domo, audiensque loquentem illum, alta voce dicebat: Quis loquiturin cubiculo? Respondet ille: Ego loquor. Accurrit auunculus, obstupescit, aitque ad eum: Qui fit, vt tamdiu mutus, tam absolutè loquaris? Ille refert quam vocem audierit. Nondùm autem commodè ingredi potuit, quòd coxa diuturni morbi vi exesa esset. Itaque in vehiculo ductus est in Giuelsberg, in dies meliùs habere cœpit, ita vt exiguo scipione fultus, iret quocunque libitum esset, per merita martyris se sanatum vbique prædicans. Mutus loquitur.

D Notatio ad Caput Vigesimumtertium.

§. In pago Iserlonensi.

ISerlonium hodiè oppidum est Comitatus Marcani, Satrapiæ titulo, & ferraria nobile, horis tribus Geuelsbergio dissitum. Iserlon.

§. Quam vocem audierit.

A

IN manuscripto hæc subijciuntur, quæ non leue miraculo momentum addunt: *Sacerdos & Parochiani audientes infirmum ex miraculo officium linguæ recepisse, ad hospitium eius venerunt, & dixit ad illum Sacerdos. Adiuro te per Patrem, Filium & Spiritum sanctum, vt dicas quam diu fueris mutus, & quomodo nunc loquaris: Et narrauit ei, sicut auunculo suo narrauerat. Cui Sacerdos: cum sanatus sis in linguâ, sentisne aliquod remedium in cruribus? Quibus ait: nescio, & erigens se, tunicam induit, manibus tenens parietem; de* B *camerâ verò sine difficultate exiuit, eo quod caro circa femora & suras ex infirmitatis magnitudine consumpta, ambulanti adhuc firmum gressum negaret.*

Caput Vigesimum quartum.

De Hermanno Ianitore sancti Martyris febricitante per visionem curato.

C

HERMANNVS * de Lechnich Episcopi ENGELBERTI ianitor fuit, quo munere hodieque apud successorem Henricum fungitur. Is ante Augustum mensem acerrima correptus febre, ita & corpore & mente defecit, vt vxore eius in eadem domo obeunte, amicisque eam plangentibus & ad sepulchrum efferentibus, ille prorsus non aduerteret, quid ageretur. Cumque tam miserè ad dies quindecim decubuisset, clara luce ostio aperto videt eminùs beatum illum martyrem tanquàm ad se venientem cum multis alijs religiosis viris, qui omnes erant albis induti, & ad collum habebant oraria siue stolas, vt solent sacerdotes. Ipse autem beatus pontifex mulæ albæ insidebat: iam enim lauerat iumentum carnis suæ in sanguine Agni. Hermannus ea visione exhilaratus, ad fœminas, quæ illic sedebant, alta voce dicit: Exite ocyus bonæ dominæ: ENGELBERTVS Episcopus venit ad me. Fratrem quoque suum, qui ad limen ostij erat, fortiter inclamans: Surge, inquit, frater, cede locum domino meo, vt possit ingredi ad me. Sed illis non se mouentibus, quòd putarent vi morbi eum delirare, iterùm clamitat: cunctique, dempta puella paruula, foras exeunt. Ante hos autem clamores miles

* *An idem de quo supra p. 69. lit. C.*

Visio cuiusdam.

D

A miles quidam iam vita functus, vir bonus & modestus, candidatos illos anteceſſerat, dixeratque Hermanno, vt ſe pararet: Epiſcopum ENGELBERTVM velle ipſum inuiſere. Cùm ergò omnes egreſſi eſſent, beatus ENGELBERTVS, quem tum obijſſe neſciebat æger ille, cum quodam monacho ignoto ad lectum eius acceſſit; aitque ad eum: Vt habes Hermanne? Reſpondit ille: Malè, mi domine: vel ſolum apoſtema lateris mei nimium me cruciat. Tum Epiſcopus ad monachum ſe vertens, Adeò, inquit, confectus eſt hic vir, vt meritò potuerit animam expirare. Deinde manu tangit apoſtema, moxque incipit ſudare homo: & Epiſcopus, cùm ei benedixiſſet, euanuit. Confeſtim adiutum ſe ſentiens B Hermannus, iam regreſſis intrò illis, qui exierant, rem omnem expoſuit, laudatur ab omnibus Deus, & ſanctus martyr eius ENGELBERTVS.

Mira curatio febricitantis.

Notatio ad Caput Vigeſimumquartum.

§. Is ante Auguſtum menſem.

C FEbrire cœpiſſe Hermannum ante menſem Auguſtum, anni M. CC. XXV. ex eo colligere licet, quod æger dicatur neſciuiſſe virum ſanctum *tum obijſſe*, vel vt eſt in manuſcrip. quod Epiſcopum *tunc temporis mortuum* Hermannus ignorauerit, idque non vi morbi inducta obliuione, ſed facti ignorantia. Aduer-



Hermānus de Lechenich.

D bium enim temporis adijcitur verbo *obijſſe*, vel participio præteriti temporis *mortuum*, vt hinc colligas miraculum hoc meritis Sancti noſtri patratum haud diu poſt mortem illius accidiſſe, cum vndequaque nondum percrebuiſſet martyrium, aut miniſtro S. Martyris ægro, domeſticorū cautione Heri cariſſimi crudelē internecionē adhuc celatā fuiſſe.

§. Ad dies quindecim.

Circa, vel poſt tempus mortis vxoris.

§. Miles quidam vita functus.

A

Wickardus de Hunefe.

Militem hunc seu virum Nobilem manuscript. vocat Wickardum ab Hunefe.

§. Monacho ignoto.

In manuscripto dicitur, Monacho ordinis Cistercienſis, quem ipse non nouit.

Caput Vigesimum quintum.

B

De viro Nobili tumore, & dolore pedum duplici miraculo liberato.

Nota antiquũ vsum in oblationibus faciendis.

NOBILIS quidam valdè laborabat è pede. Monitus ab Abbate nostro, vt sancto ENGELBERTO cereum pedem voueret, fecit sic, & curatus est: sed tumor & dolor omnis ab illo pede migrauit in alterum. Dicente autem Abbate, sanctum Episcopum duos velle cereos habere pedes, ille alterum quoque pedem vouit, & repentè dolor omnis euanuit.

C

Notatio ad Caput Vigesimum quintum.

§. Nobilis quidam.

Christianus de Bergis.


IN manuscriptis vir ille nobilis Christianus miles de Bergis appellatur. Fuerat is à ministerio Martyri nostro. Hinc ea vox in manuscripto, *Totiens fui in eius obsequio, spero quod misericordiam quam alijs impendit mihi non negabit.* Quin & S. Martyris lateri adhęsisse, conijcitur ex literis archiui parthenonis ad S. Maximinum Coloniæ: quas inter asseruatur diploma, quo B. ENGELBERTVS donationem quorundam bonorum vel alicuius prædij



D

prædij in Buckelmund, à Theoderico de Berghusen & Wil-
A helmo de Mullẽheim militibus, huiusq; filiis Alberto & Wilhelmo pro animarum suarum salute factam Beatrici Magistræ consanguineæ ipsorum & conuentui ad S. Maximinum cõfirmat anno Christi 1221. testesq; laudat: Godefridum de Ciuile, Baldewinum Vmberaden, CHRISTIANVM DE BERGE, WINRICVM DE BERGE, Theodericum de Lutzenheim, Wilhelmum de Foro, Hermannum de Mumbersloch, Walterum & Reimarum de Dorne, Conradum
B Kleingedanck, Richolphum Saphir, Richolphum Perfuse, Ioannem de Lingatzin, Mauritium Aurifabrum, Godescalcum Nigrum, Lambertum de Storheim, qui omnes videntur latera Martyris stipasse.

§. Monitus ab Abbate nostro.



Abbas ille fuit Henricus vir genere Nobilis, Germanus
C Christiani de Bergis, vt manuscript. codex testatur. Ipsum fuisse Canonicum Bonnẽsem, reditibus abundasse, Deoque inspirante clàm suis ad ordinem Cistercienſem adiecisse animum; à fratribus secundum carnem retractum, sed nequic-
D quam ijs obstantibus tandem fuga elapsum, & habitu religioso indutum esse Cæsarius *lib.1. dial.c.13.* reliquit. In ordine vitam degit laudabilem, Prioris munia obiuit, Geuardo Abbati circa Annum 1206. vita functo vnanimi planè electione successit, & à Ioanne Treuirorum Antistite consecratus est eo tempore, quo Bruno Seinensis Archiepiscopus Colonienſis prælio Wassenbergenſi *sup.pag.40.*

à Philippo Sueuo captiuus abductus fuerat. Idem Henricus, magnus Diuæ Matris cultor apud Cæsarium audit. Vide *lib.* A *7. dial. c.* 40. Eundem Henricum vices Abbatis Claræuallensis in visitatione Frisiæ egisse, ab eiusque instructione Canonicum quendam Cathedralem Traiectensem conuersum, prodit idem Scriptor *lib.* 1. *c.* 18. Adde, pro B. ENGELBERTO Henricum Abbatem cum Gerardo Monacho Heisterbacensi Bonnensi quondam Scholastico visitationis munus obijsse, vt testatur ex Grãmatophylacio Vilecensi diploma B. ENGELBERTI de anno 1219. Cæterum à Menologio Cistercienſi ad 11. Nouembris, idem ipse Henricus de Berge Beatis est annumeratus.

Pro S. Engelberto visitatores.

Sub huius capitis finem hæc in manuscripto adduntur verba: *huius miraculi ego frater Cæsarius testis sum*, vt suæ ex præsentia ipsius concilietur auctoritas narrationi: illo enim scribebat tempore Cæsarius, quo facilè insimulari potuisset falsitatis, si quid ex vano aut leui aliquo acceptum C indicio, literarum commendasset monumentis. Prima vero historiæ laus est veritas, quam Cæsarius non in rebus gestis solum & miraculis B. ENGELBERTI, iussu Principis Electoris & Archiepiscopi Colonienſis Henrici posteritati consecratis, est consectatus: sed in alijs etiam, quos multi frustrà sugillant, miraculorum libris: illos etenim reconditæ pietatis & doctrinæ refertos existimo, atque archiuis ac temporum personarumque circumstantijs reperio consenta- D neos. Nec temerè quidquam auctor noster vitæ sanctimonia excellens scribere est credendus. Profecto miraculorum dialogos in lucem cum emisit, adhuc illi ipsi, quorum actus referebãtur, aut eorum necessarii, vel saltẽ rerum gestarũ spectatores viuebant, qui libros illos, si à verò abiissent, haud permisissẽt. Nec Deum aduocasset in fidem suæ historiæ, quem tamen vir sanctus in præfatione sua his laudat verbis: *Testis est mihi*

Fides historica Cæsarij.

A *mihi Dominus, nec vnum quidem capitulum in his dialogis me finxisse; quod si aliqua fortè aliter sunt gesta, quam à me scripta, magis videtur imputandum esse, à quibus mihi sunt relata.*

Caput Vigesimum sextum.

De familiare quodam Ducis Limburgensis, cuius pollex contritus sanatus est.

EODEM tempore quidam è familia Ducis Limburgensis, pollicem contritum habuit. Venit ergò Coloniam, & cùm manum ceream
B ad sepulchrum martyris obtulisset, curatus est.

Caput Vigesimum septimum.

De incolumitate cuidam contracto reddita.

ALIVS in eiusdem Ducis castro natus, miserè contractus fuit. Ei ironicè dicere solebant nobiles principis illius: Abi, abi Coloniam ad S. ENGELBERTVM, vt sanet te. Ita illi insultabant martyri propter veteres simultates, quæ Duci eorum cum ENGELBERTO intercesserant.
C Tandem homo abijt Coloniam, & tribus continuis diebus orans apud sepulchrum martyris, exauditus est. Cumque domum reuertisset, & eum nobiles illi, atque alij eius regionis homines sanum viderent, quem biennio fœdè contractum nouerant, pudefacti dicebant: Iam reuerà cernimus Archiepiscopum ENGELBERTVM sanctum esse. Contracto redditur incolumitas.

Notatio ad Caput Vigesimum septimum.

D §. Eiusdem Ducis.

Dux iste Limburgẽsis erat Walramus, de quo *lib. 2. c. 12. p. 167.*

§. Castro puta Rodensi.

Sic enim manuscr. codex habet Hertzogen-Rode quod Ducis noualia sonat. Oppidum est cum castro, non adeò amplum, sed concinnum & veteri arte cõspicuum,



Hertzogen-Rode.

cuum, quod Falcoburgo Leucæ circiter ſpatio diſſidet, eſtque quarta ex tranſ-Moſanis Brabantiæ ditionibus, auctore Guicciardino in Brabantia. A

Caput Vigeſimum octauum.

De alio cui greſſus reſtitutus eſt.

Item alteri QVIDAM decem annis abſque ſcipionibus ambulare non poterat. Venit ad tumulum martyris, & ſcipionibus illic relictis, domum ſanus reuerſus eſt. B

Notatio ad Caput Vigeſimum octauum.

§. Domum ſanus reuerſus eſt.

Herderen. Fuiſſe hunc domo Herderenſem, Tungros inter, & Traiectum, ad Moſam manuſcript. codex teſtatur. C

Caput Vigeſimum nonum.

De dolore capitis, & gutturis mulieri Colonienſi profligato.

Dolor capitis & gutturis profligatur. MVLIER quædam Coloniæ in platea ſalaria habitans, nouem annis dolore capitis & gutturis laborauit. Nocte quadam, doloris immanitate vrgente, beatum martyrem implorat, & ante ſolis ortum tumor & dolor omnis abſcedit. Manè igitur adit ſepulchrum eius, hilariter ſuas oblationes exhibet, agit gratias, & læta redit ad ſuos.

Notatio ad Caput Vigeſimum nonum. D

MAnuſcripti nihil hoc capite amplius afferunt, quod Surianæ editioni mereatur addi.

Caput XXX.

De puero contracto, & Miniſtro Epiſcopi Mindenſis curato.

Pueri contracti curatio. MINDENSIS Epiſcopus veniens in Giuelsberg, orandi cauſa ingreſſus eſt in ſacellum, quod illic in loco cædis eius fabricatum eſt, Oblatus

tus est autem ei illic puer, qui contractus fuerat, & ibidem sanatus. Eum
A intuens Episcopus: Vnus, inquit, ex famulis meis tã dirè cœpit morbo laborare in hoc itinere, vt ab equo in terram deponi eum oportuerit. Dumque tractaremus, quid faciendum illi esset, tandem recordati Archiepiscopi ENGELBERTI, rogauimus vt suis meritis misero opitularetur. Simulatque nos preces absoluimus, ille surrexit sanus, & conscenso equo, martyri gratias egit.

Notatio ad Caput Trigesimum.

B §. Mindensis Episcopus.

Quis ille fuerit *lib. 2. c. 4. pag. 136.* in Notatione dixi, *Eius prosapiam hic subijcio.*

C STEMMA COMITVM DE DIEPHOLD.

D



Rodolphus ~ Conradus Episcopus Mindensis Confessarius S. ENGELBERTI.

Rudolphus Ioannes Episcopus Mindensis. A

Conradus

Conradus in Frisia mortuus 1426.

Ioannes Rudolphus Episcopus Vltraiectensis.

Ioannes Episc. Osnaburgens. Conradus Episc. Osnab. Otto

Conradus mature mortuus. Rudolphus. B

Fridericus alumnus Henrici Luneburg. Ducis mortuus 1529.

Rudolphus ex Margarita Hoiensis Comitis Iudoci filia.

Fridericus.

§. In sacellum.

Ligneum sacellum in Geuelsberg.

C

Ex Cap. 59. huius libri docemur in loco internecionis sanctissimi Martyris primitus crucem ligneam fuisse erectam; Cui successit sacellum leuioris operis è lignis quoque constructum, vt colligitur ex manuscript. cap. 52. ibique notatis. Ex capite autem quinquagesimo tertio in manuscrip. liquet sacelli illius lignei construendi deliberationem non nisi acta iam hyeme institutam fuisse. Conferantur notæ c. 53. Ex his omnibus non malè coniectare possumus, miraculum, de quo D præsenti capite, & iter Episcopi Mindensis in adultam iam ætatem, aut porrò in eiusdem decursum incidisse. Cum enim Henricus à Molenarck successor S. ENGELBERTI anno 1226. in peruigilio S. Matthæi Apostoli magna solemnitate Coloniæ consecratus sit in Archiepiscopum faciente Theoderico Archiepiscopo Treuirensi præsentibus suffraganeis omnibus Ecclesiæ Colonienſis, *vt scribit Pantaleonita*

Iter Mindensis Episcopi.

Henrici à Molenarck Archiepiscopi consecratio.

A *nita*, quos inter quarto loco fuit Episcopus Mindensis, qui vt dicitur in manuscript. *ad ordines Henrici iens, in sacello Geuelsbergensi orauit &c.* vero mihi fit simile ante collationem ordinum autumnalem, quæ consecrationem Henrici præiuit hæc contigisse & (quod Historiæ Colonienſi seruit) circa idem tempus Henricum ab Episcopo Mindensi, sacro Presbyteratus ordine esse initiatum, nisi lubeat verba manuscripti sic explicare: vt ire ad ordines Archiepiscopi idem sit quod ire ad consecrationem, & si in eo sensu hæc accipiuntur, nihilominus historiæ tem-
B pus conuenit.

Caput Trigesimumprimum.

De conuerso Campensi à tentatione importunâ per ipsum liberato.

CONVERSVS quidam Campensis monasterij, olim nobilis fuerat, & vitæ sic satis honestæ. Huic oranti adeò importunè se ingerebant cogitationes diuitiarum & honorum mundi huius, vt instar muscarum morientium, suauitatem vnguenti, id est, orationis deuotionem, per-
C derent. Crebrò ille corpus suum cædebat virgis, & multorum Sanctorum suffragia implorabat, vt liberaretur: sed non impetrauit. Tandem memor Archiepiscopi ENGELBERTI pro iustitia cæsi, flexis genibus illum inuocauit, & eadem hora adeò liberatus est, vt deinceps nihil eiusmodi sentiret.

Eccl. 10.

Tentationes pernitiosæ abiguntur.

Notatio ad Caput Trigesimumprimum.

D MAnuscript. ait conuerso huic nomen in sæculo fuisse Gerhardum cognomen Odocar.

Gerhardus ab Odocar

§. Campensis Monasterij.



Monasterium Campense.

In finibus Diœcesis Colonienſis inferioris iuxta celebrem in Belgicis bellis munitionem, nuper ab Hollandis trium septimanarum spatio expugnatam Renibercam, successor Hermanni diuitis Fri-

dericus Archiepiscopus quondam anachoretis Cistercien-
sibus cœnobium veteris Campi, loco amœnissimo ædificauit, A
ita vt ab Aquilone Cliuiam, ob occidente Geldriam oppida
spectaret.

Caput Trigesimum secundum.

De Muliere cuius filium paralysi liberauit.

Paralyticus sanatur

MVLIER quædam filium habens paralyticum, martyri vouit se cum
filio, si eum sanaret, venturam ad eius monumentum, & munera B
oblaturam. Votum mox consecuta est salus ægroti: & martyri iucundis
animis persolutum est, quod fuerat promissum.

Notatio ad Caput Trigesimumsecundum.

MAnuscript. dicit fœminam hanc fuisse ex villa Herck-
rode, iuxta Hemersberg, nomine Helewigem, filium
appellatum Gerhardum, qui tribus mensibus sic paralysi de- C
cubuerat affixus lecto, vt vsu pedum amisso prorsus incede-
re non posset.

Caput Trigesimumtertium.

De Puero quem à caduco morbo sanauit.

ALIA mulier, natione Geldrensis, Coloniæ in parœcia S. Seuerini D
degebat vidua cum matre sua & filio adhuc puero, qui miserè ca-
duco morbo affligebatur. Quod cùm mater ferret molestissimè, dixit
quandoque matri suæ: Audio Episcopum ENGELBERTVM multis cla-
rere miraculis: quid si ducamus filium ad sepulchrum eius? Respondit
Temeritas fœminæ castigatur. illa: Cras eum ducemus ad aram sancti Cornelij, quæ est in Ecclesia S.
Miraculũ. Seuerini. Is enim solet huic mederi morbo. Manè igitur veniunt ad al-
tare, offerunt munera, & orant pro puero intentissimè. Ea die visus est
planè liberatus à morbo puer. Itaque auia eius, tanquàm improperans
marty-

martyri ENGELBERTO: En, inquit, antiqui sancti norunt beneficia
A præstare indigentibus. Postridiè rursus inuadit morbus puerum, solito etiam infestior. Id mater tremebunda conspiciens, puerum cum cereo adducit ad tumulum martyris ENGELBERTI, eumque plena fide illi imponit, oratque cum gemitu & lachrymis pro illo. Sanatur puer, nec vnquam in morbum illum recidit.

Notatio ad Caput Trigesimum tertium.

B MAnuscriptus codex testatur hunc puerum singulis diebus ante liberationem bis vel ter solitum linqui animo, ac sub finem hæc verba subijcit: *Sicut testis est Plebanus prædictæ Ecclesiæ sancti Seuerini, nunquam postea idem puer recidiuum passus est. Mira charitas Sanctorum: Non illum Cornelius corruentem curare voluit, & vt vexaretur seuerius Seuerinus permisit, quatenus in eius sanatione noui Martyris* ENGELBERTI *merita possent declarari.*

C §. Ad aram S. Cornelij, quæ est in Ecclesia S. Seuerini.

Anno salutis partæ 376. In honorem BB. Cornelij & Cypriani Martyrum à S. Seuerino Colonienſi Archiflamine basilica est excitata, quæ postea ab illatis ipsius Præsulis & institutoris reliquijs S. SEVERINI ædes est nuncupata. Illustra-
D uere illam olim Præpositi; Et quidem circa annum Domini 864. B. Theddo, qui relicto Cameracensi Episcopatu priuatam egit vitam, ac diuino cultui mancipatus. Tandem 4. Septemb. obijt, inque S. Erasmi sacello Basilicæ continente fuit conditus. Singulare ipsius inter cœlites patrocinium testari videntur, anathemata olim ad eleuatum ipsius sepulchrum oblata. Circa annum verò 1210. ornauit eam Sanctus noster ENGELBERTVS, qui pluribus illam auxit cumulauitque priuilegijs, atque intra iurisdictionis ipsius terminos,

BB. Tetdo & ENGELBERTVS Præpositi S. Seuerini.

Ecclesiam S. Catharinæ Hospitalium militum erexit, ac fundauit. Extat quoque in Seuerini archiuo diploma, quo S. ENGELBERTVS noster sub *annum* 1219. *ipsâ conuersionis S. Pauli in clausiro S. Florini apud Confluentes confirmat* initas quasdam *inter Hospitale S. Catharinæ in vrbe Colonienſi & S. Seuerini Ecclesiam*, compositiones. A

Caput Trigesimum quartum. B

De quodam Surdo, qui ad sepulchrum eius sanatus est.

Surdus audit.

SVRDVS quidam peregrè Coloniam venit, martyris sepulchrum adijt: & cum obtulisset preces, ilicò restitutus est.

Notatio ad Caput Trigesimum quartum.

Manuscriptus sic loquitur:

Iughen.

§. Est homo quidam in Iunghende Hermannus nomine, quem in tantum surditas oppresserat, vt clangorem cornuum siue buccinarum audire non posset. C

Vetus miraculorum tabula ad B. ENGELBERTI tumbam suspensa, vocat Iugene, qui pagus agri Iuliacensis præfecturæ Castrensi subiacet.

Caput Trigesimum quintum. D

De muliere quæ cum brachio visu vnius oculi sanata.

Cæcæ oculus & brachium curantur.

MVLIER quædam Colonienſis nouem annis vno orbata oculo, & alterius brachij officio destituta, apud beati martyris sepulchrum sic orauit: Domine, si anima tua est apud Deum, vti creditur, intercede pro me apud illum, vt per me declarentur merita tua. Mox vt illa cessauit orare, oculo lumen, brachio pristinæ vires redduntur. Atque hoc quidem primum fertur fuisse miraculum ab eo Coloniæ editum: sed tum

tum annotatum non fuit, ſicut & alia multa, quæ propterea hodie
A ignorantur.

NB multitudo miraculorum.

Notatio ad Caput Trigeſimumquintum.

MAnuſcriptus ait, mulierem hanc in platea Strickgaſſe habitaſſe, *& audito quod Dominus* ENGELBERTVS *propter pacis conſeruationem occiſus eſt, & quod anima eius propter Martyrium in pace quieſceret, ad ſepulchrum eius veniſſe.*

Caput Trigeſimum ſextum.

B *De Muliere à paralyſi curata.*

FOEMINA quædam miſerandum in modum contracta annis quatuor & menſibus ſex, Coloniam adducta, & apud martyris tumulum depoſita, cùm ad duas horas precata eſſet martyrem, paulatim ſe ſubrexit, & interim neruos laxari ſenſit. Tandem nullius freta adminiculo, pedibus ſuis redijt in pagum ſuum, vbique martyrem laude & prædicatione efferens.

Contracta reſtituitur.

C Notatio ad Caput Trigeſimum ſextum.

MAnuſcriptus ita eius narrationem inchoat: *Venit & alia mulier Eueza nomine de Villa quæ Belle vocatur iuxta lacum clauſtrum monachorum &c.* quibus verbis Lacenſis pagus ab alijs eiuſdem nominis prope Coloniam diſtinguitur: *Cæſarius lib. 9. dial. cap. 65. Iuxta*, inquit, *Coloniam in villa quæ Belle vocatur &c.* NB. Ab hac nomen ſuum mu-
D tuantur Domini in Flarſem & Montis B. Lufftildis, aliique de nobiliſſima gente Schalliorum à Bell, quorum alias ego originem & ſignum ex Vbia Romana antiquitate erui.

Bell.



Schall à Bell.

Caput

Caput Trigesimum septimum.

De pellione, cuius brachium sanauit.

S. Engelbertus Colonienses tribus mulctarat.

PELLIO quidam est Coloniæ notissimus. Eum magno alterius brachij dolore excruciatum hortabatur vxor, vt adiret Episcopi ENGELBERTI monumentum, & pro sanitate eum deprecaretur. Ille indignabundus respondit: Id ego non faciam. Cùm enim in viuis esset, præter ius à me quatuor marcas accepit. Et vxor: Non ita, inquit, loqueris: sed eas ad sepulchrum eius, & dicas te nunquam repetiturum illam pecuniam, siue iure, siue iniuria data sit. Initio enim pontificatus eius acerba inter scabinos & tribus ciuitatis orta erat dissensio: quam cùm componere non posset ob tribuum pertinaciam, quatuor millia marcarum ab eis exegit, è quibus hic pellio quatuor marcas dependerat. Acquiescit vxoris consilio, abit ad monumentum, dicit animo simplici: Domine, siue rectè, siue præter fas à me acceperis quatuor marcas illas, ego te liberum pronuncio apud Deum. Oro igitur, vt precibus tuis sanes brachium meum. Dixit, & ilicò sanatus est: ostenditq; brachium Decano summæ ædis, merita martyris prædicans.

Nota miraculum.

Notatio ad Caput Trigesimum septimum.

Manuscriptus Pellionem Ervvinum nominat.

Caput Trigesimum octauum.

De Puero à tertianâ febre curato.

Reliquiæ S. Engelberti argẽto à Magnatibus includuntur.

IDEM Decanus abijt ad castrum Radenrodense, inuisere volens cognatam suam. Cumque inter se conferrent de miraculis Episcopi Engelberti, Decanus matronæ illi dedit dimidiam zonam eiusdem Episcopi, quam argento ornandam curauerat. Erat tum in castro illo puer tertiana laborans, quem matrona cingens zona illa, Domine Archiepiscope, inquit, quàm verè est anima tua apud Deum, tam certò curetur hic puer per merita tua. Confestim abijt febris, nec ausa fuit redire ad puerum.

Notatio ad Caput Trigesimum octauum.

Randerodium præfectura est agri Iuliacensis ad Wormium fluuiolum

fluuiolum, lautam illius arcem destruxit Fridericus II. Ar-
A chiepiscopus Colonienſis, ex cuius ruinis quatuor adhuc la- Rande-
teritiæ turres, vnde pristina ipsius colligi possit magnificen- rode.
tia, supersunt. Vastitatem præcipuam Henricus Brabantiæ Dux propter colluuiem Albigensium, binis expugnationibus intulit, iussu summi Pōtificis Gregorij noni, anno 1226. teste Petro Diuæo *lib.* 10. *rerum Brabant.* statim post SANCTI ENGELBERTI Martyrium.

§. Matrona.

B Manuscriptus ait, fuisse vxorem Nobilis viri Gerhardi, quem Leuoldus refert in prælio, quo Otto Rex apud Bouinas * succubuit, à Francis fuisse captum. Decanus autem fuit Gosvvinus de Randenradt, cu-
C ius in allatis à me documentis frequens facta est mentio. Atque in Metropolitanæ Colonienſis Ecclesiæ Necrologio dies eius fatalis perhibetur 6. Februarij.



* *Vide supra pag. 53. lit. D*

D Caput XXXIX.

De Matrona à duplici quartana curata per ipsum.

MATRONA quædam duplici conflictata quartana, per merita sancti martyris reualuit. Ægra conualescit.

Notatio ad Caput Trigesimum nonum.

MAnuscriptus hanc matronam dicit vxorem Christiani de Weuellinghouen, qui pagus est inter Greuen- Weuelinghouen

uenbroch & Hulckradt, ditio & dominium Archiepiscopatus Colonienſis complectens pagos Wingarthen, Langvvaden, arcem zum Buſch Hundiorum, domum Comitis Benthemij ac Nobilium Duitz, quæ omnia olim Leienthalio, B. Petri ibidem caſtro, nunc autem diruto parebant. A

Chriſtianus de Weuelinghouen, vti ex linea Genealogica demonſtro, erat filius Chriſtiani fundatoris Præmonſtratenſium in pago Langvvaden, vbi Aleydis pœnitens floruit, quam Chryſoſtomus Henriquetz Beatis annumerat, ac celebrat Cæſarius *lib.* 30. *dialogorum cap.* 13. Quæ verò huic mulieri ſanatæ fides ſit adhibenda, ex Nobilitate filiorum, ac ſtirpis Weuelinghouianæ, quam nobis archiuum Lanckvvadenſe tradit, Lector accipiat: Ita enim exhibet. B

B. Aleidis pœnitens.

Stirps Weuelinghouę.



C

D

Chriſtianus de Weuelinghouen tempore Arnoldi primi Archiepiſcopi Colonienſis adduxit ex Hillesheimenſi cœnobio Priorem & Sororum Præmonſtratenſium Coloniam in Lanckvvade, primus fundauit.

Chriſtianus de Weuelinghouen, N. Vxor miraculoſe ſanata per ſanctum ENGELBERTVM.

Albero de Weuelinghouen, qui cum fratre Chriſtiano tempore Philippi Archiepiſcopi, donauit curtem ſuam in Yffe monaſterio Lanckvvadenſi.

Nobilis

Nobilis vir Tilmannus de Weuelinghouen, Vxor N.	Florentius Canonicus Metropol. Colonien- sis obijt 14. Kalend. Martij.	Beatrix Abbatissa S. Cæci- liæ.	Irmgardis Canonica S. Vrsulæ.	Theode- ricus de Weue- linghou- uen, vxor eius Hel- vvigis.

Florentius de Weuelinghouen.

Caput Quadragesimum.

De Hermanno Aduocato à passione ilica curato.

HERMANNVS Aduocatus Colonienſis, adeò cruciabatur dolore lateris, vt familia omnis ilicò morituru exiſtimaret. Intolerabili igitur cruciatu affectus, ita exclamauit: O Domine Archiepiſcope, ego te præ omnibus dilexi, & tu quoque me non mediocriter amaſti: oro vt me hoc morbo liberes. Sed cùm non ſtatim adeſſet remedium, doloris immanitate ſtimulatus, ſubſtomachans ait: En omnes, etiam qui te non nouerunt, tu adiuuas: me qui tibi inſeruiui, teque ſemper amaui, negligis. Cumque hæc & id genus alia diceret, filij & famuli eius vouerunt ſe cum illo ituros in Giuelsberg, vbi beatus Epiſcopus cæſus eſt, ſi illum ſanaret. Vouēt illi, & ille obdormit: rurſuſq; expergiſcēs: Nihil, inquit, mali ſentio. Gratias ago Deo, & Epiſcopo ENGELBERTO. Mira vis voti nuncupati.

Notatio ad Caput Quadragesimum.

HErmannum Aduocatum in documentis à Philippo Archiepiſcopo conſignatis reperio Gerhardi Colonienſis Aduocati filium nominari. Ipſe fuit de nouæ aquilæ Comitibus, quorum proſapiam ex archiuis depromptam dabo.



Nevvenar.

Caput Quadrageſimum primum.

De infante in balneo ſuffocato & per inuocationem nominis B. ENGELBERTI *reſuſcitato.*

FOEMINA quædam è Flandria attulit filium ſuum infantem. Cumque eum in balneo poſuiſſet, & neceſſitate vrgente ab eo receſſiſſet, illius oblita eſt. Poſt horam verò reuertens, cernit infantem aquis præfocatum. Itaque incredibili correpta dolore, ſimul etiam recordata martyris, qui tum paſſim ferebatur multis coruſcare miraculis toto corde cum lachrymis & ſuſpirijs orauit eum, vt excitaret filium ipſius. Redit anima in viſcera infantis, mater ineffabili afficitur gaudio, venit cum infante Coloniam, & apud ſepulchum martyris gratias agit immenſas. Quis te pro his non magnificet Domine Deus? Ecce per martyrem tuum ENGELBERTVM cæci vident, claudi ambulant, paralytici curantur, ſurdi audiunt, tertianæ & quartanæ febres profligantur, epileptici & alijs diuerſis implicati morbis, ſanantur, etiam mortui reuiuiſcunt. Si non eſſet hic homo cum Deo, imò potens apud Deum, non poſſet facere quicquam.

Infantem mortuum excitat.

Notatio ad Caput Quadrageſimum primum.

MAnuſcriptus tradit hoc miraculum Leodij contigiſſe, quo venerat è Flandria mater cũ filio poſteà ſuffocato.

Caput Quadrageſimum ſecundum.

De miraculo inteſtinorum eius.

REFERAM nunc quoddam non exiguum ſanctitatis eius documentum. Godefridus Comes de Arnsberg, venit quandoque ad monaſterium Montenſe, & cum mentio incideret, quemadmodum illic tractatum eſſet corpus beati martyris ENGELBERTI, ſciſcitabatur ille, vbi viſcera eius humata eſſent. Dicentibus monachis, in cœmeterij foſſa quadam vulgari condita eſſe: Non decet, inquit, tanti principis, imo martyris miraculis coruſcantis, viſcera tam negligenter haberi. Obtemperant

Viſcera martyris incorrupta poſt multas hebdomadas.

A perant verò illi fratres, amouentque à sepulchro humum: & ecce viscera martyris adeò cernunt recentia, ac si illa hora è corpore extracta essent. Nihil in eis corruptionis, nihil fœtoris sentiri potuit, cùm tamen iam quatuordecim hebdomadas tumulata fuissent. Admirantur fratres haud vulgariter, agnoscunt Dei virtutem & martyris merita: collecta viscera in scrinio reponunt, & ante altare honorificè condũt.

Notatio ad Caput Quadragesimum secundum.

B

§. Godefridus.

IN notatione huius capitis Arnsbergensium Comitum ditionem, sedem, & genealogiam obiter ostendam. Ac principio quanta eorum fuerit ditio, testantur literæ, quibus (vt earum verba retineam) Godefridus & Anna Cliuica Comites Arnsbergenses, anno 1368. 25. Augusti Colonienſibus vendiderunt Comitatum Arnsbergensem cum iuribus, dominijs, iu- C risdictionibus, altis & bassis, ac mero & mixto imperio, ac specialiter cum castris & oppidis in Arnsberg, in Nehem, in Greuenstein, in Euersberg, in Hachen, item in villis & oppidis in Hustene, in Aldendorp, in Sundern, in Langescheidt, in Hachen, in Frehenolen, in Stegenhagen, in Bodenfelde, in Mescheide, item cum villis & Parochijs in Korbecke, Allagen, Bremen, Voiswinkele, Eggrinhusen, Balue, Affele, Stocheim, Hieluelde, Kalle, Velmede, Remmelinghusen, Bye, Reste, Weenholthusen, Haerbocke, Yffelpe, Oeuerenkirchen, Esseld Dne, Wurmbecke, Lene, Ouersunderne, Oldinge, Berghusen, cæterisque villis & parochijs vniuersis, item cum dignitate officio, seu prærogatiua iuris primipilariatus seu antebellatoris inter Weseram & Rhenum, nec non cum omnibus & singulis hominibus, ministerialibus, castrensibus, fidelibus, vasallis, militaribus, oppidanis, villanis, litonibus, seruis, & ancillis & subditis quibuscunque &cæter.] Hæc ad verbum ex literis, quas præter Godefridum & Annam Comites, sigillarunt: Antonius de Reidere, Rutgerus dictus Kettelere, milites. Heidenricus dictus de VVolff, Arnoldus Hacken, VVilhel-

Emptio Arnsbergensis comitatus.

Arnsbergensis comitatus latitudo.

Arnsbergensium comitum ius inter Rhenũ & Visurgim est primipilariatus.

mus dictus Quaterlandt, Arnoldus de Berninghuſen, Ioannes dictus Schureman, & Conradus dictus VVrede, armigeri caſtrenſes, & fideles, necnon proconſules, Conſules, ac Vniuerſitates, oppidorum, Arnſberg, Nehem, Greuenſtein, Hirtzberge. A

Arnsbergenſis deſcriptio.

Deinde vetuſta horum Comitum ſedes etiamnum appellatur Arnsberg, (id eſt, Aquilinus Mons) quam deſcripturus ex naturali ipſius ſitu, in tres diuido partes; Arcem videlicet, oppidum, & Monaſterium. Arx in editiore montis cacumine ſita, continens illi oppidū atque monaſterium ad radicem montis pendulum, cum circumfluente Amne Rura iucundiſſimè deſpicit. Nam in promontorio ſenſim decliui tres quaſi diuerſæ ciuitates conſpiciuntur protruſæ, quas inter, primum & altiſſimum obtinet locum Arx, putei profunditate, reliquiſque defenſioni atque habitationi neceſſarijs munita, ad cuius aſcenſum protuberantes in media ciuitate tumuli facilem viam aperiunt, atque ſternunt. Arcem deinde excipit ciuitas, Furſtenbergicorum palatio nobilis, quod reliquas ædes iucundiſſimo ſuo proſpectu & aeris ſalubritate longè ſuperat. Denique in inferiori colle aſpectui obijcitur S. Laurentij, ordinis Præmonſtratenſis Abbatia, hortis ac ſyluulis mire ſolitariorum animos recreātibus circumdata, ex qua Sanctorum Colonienſium Catalogo adſcribitur B. Richardus Anglicus, cuius natalis eſt tertio Kal. Ianuarij. *Vide Natales SS. Ord. Ciſtercienſ.*

B

C

Arx Arnſbergenſis.

Oppidum Arnsberg.

Abbatia VVedinghuſen.

Stirps Arnsbergenſis.

Nunc porrò Arnsbergenſium Comitum Genealogiam ſimul & Ritbergenſium ex Archiuis Weſtphalicis erutam dabo. D

Anno Chriſti 660. floruit Guntherus de Arnsberg, atque anno Chriſti 935. ludis equeſtribus interfuit Otto Comes de Arnſberg.

Anno

A Anno 1007. celebris fuit Godefridus Comes Arnsbergenſis. Circa annum verò 1050. clarus ♃ Fridericus ſenior Comes in Arnsberg, cuius vxor fuit N. filia Ottonis Bauari ſoror Henrici Craſſi, ♃

B



C

D habebat illa ſororem alteram nuptam Ottoni Cappenbergenſi Patruo S. Godefridi, ac tertiam matrimonio iunctam Hermanno de Caluele, ſeu Rauensbergenſi, ex quo Otto, atque Henricus de Rauensberg prodiere.

A Friderico ac Bauara quatuor numerantur

rantur filii procreati. Primus ✠ Fridericus A
✠ ab inquieto animo, dictus Bellicosus, Bellũ enim gessit contra Fridericum Colonien-sem, anno 1102. quo tempore ab Imperato-re proscriptus fuit; Burchardum cepit Mo-naster. anno 1105. Castrum Weuelsburgẽse instaurauit ac muniuit anno 1122. Tandem B cum improbius piis Generi sui S. Godefri-di Cappenbergensis conatibus obsisteret, in prædicti castri, quo & S. Norbertum te-nebat conclusum, obsidione mortuus, an-no 1123. Alter Friderici senioris filius Hermannus inter- C fuit prælio Wolfingholtensi, sub annũ 1115. contra Henricũ V. Imperatorem susceptο. Tertius Friderici senioris ex Ba-uarâ filius Henricus in Italia fuit cum Henrico Imperatore, & apud Pontificem pro Imperatore obsidem egit, anno 1112. Quartus Friderici senioris filius Godefridus de Kuick, qui cum fratre Hermanno occidit Florentium Nigrum Hollandiæ Comitem.

Friderico Bellicoso liberi fuerunt. 1. N. ma- D
trimonio iuncta S. Godefrido Cappenbergensi. 2. Sophia
€ Nupta Bernhardo III. Lippiensi, ac tertius € Conra-dus Comes in Arnsberg, qui in prælio con-tra Bernardum Episcopum Paderbornen-sem susceptο, occubuit circa annum Chri-sti 1143. Reli-

A Reliquit Conradus hæredes, Godefridum Comitem in Arnsberg & Comitem (D) Hericum fundatorem monasterij Wedinghausani Canonicorum Præmonstratensium, in quo ipse tandem neglectis mundi honoribus monasticam professus vitam, fatis concef- B sit, anno 1157. D

Henrico fundatori Wedinghausano ex coniuge, quantum conijcere licet Agnete de Rudenberg & Stromberg tres fuere filij, ac duæ filiæ. Quarum Senior N. Simoni nupta Comites dedit Tecklenburgicos; cuius Simonis progeniem, vt propter Patriæ historiam paulo altius hic repetam, sciat velim Lector: ab Henrico Comite in Ritberg, eiusque coniuge Beatrice Suueua relicta Godefridi Cappenbergensis vidua, prognatam fuisse filiam Eilicam, quæ nupta Elimaro II. Comiti Altenburgico florenti circa annum 1120. quatuor peperit liberos: I. Christianum Altenburgicum maritum Cunegundis vltimæ Comitis in Loken, *ex qua tum iuniorem genuit Christianum, qui in pugna Harterico Archiepiscopo Bremensi contra Frisios datâ occubuit, tum Mauritium, qui ex filia Comi-* D *tis Svvalenbergēsis Oldēburgicos Comites ac Daniæ Reges procreauit.* E reliquis tribus fuere. II. Otto Præpositus Bremensis, ac III. Henricus Altenburgicus, qui ducta in coniugem Salome Geldrâ filium genuit Henricum Humilem Anno 1234. occisum. Demum IV. Eilica nupta Simoni Tecklenburgico, cui peperit Simonem Generum Henrici Fūdatoris Wedinghusani, de quo hic, *& cuius nunc reliquas proles persequar.* Stirps Tecklenburgicá. C I. II. III. IV.

Excelluit inter eas (E) Henricus Nobilis Comes in Arnsberg, patronus monasterij Widinghausani, qui vna cum vxore Ermgarde ibidem sepultus est, vt indicant hi in domo capitulari inscripti versus. A

Henricus Comes & Ermgardis Comitissa.
Quorum sunt ossa monumenti condita fossa
Hos Deus in regno faciat gaudere superno, B
Namque fuere loci constantes huius amici.

Vixit vterque adhuc anno 1203. post obitum verò posteritas vtriusq; memoriam honorifice excitato mausoleo coluit. Fuit huic Henrico frater Henricus Iunior, captus à fratre anno 1165. quâ de causa bellum graue indictum fratri, & Arnsberga obsessa captaque, sed frater iam squalore carceris obierat, relicto filio Henrico Nigro, ex quo Henricus itidem Niger Nobilis vir ab Arnsberg nominatus circa annum Christi 1263. C

Deinde Henrici soror ALEIDIS HENRICI WEDINGHVSANI FVNDATORIS FILIA ADOLPHI ALTENANI COMITIS VXOR FVIT, ATQVE AVIA S. ENGELBERTI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Tum Godefridus ab Henrico Wedinghausano fundatore prosatus, qui cum cruce signatis in terram sanctam profectus est circa annum (1215.* D

Auia S. Engelberti

* *Vide supra pag. 56.*

Henricus quoq; Nobilis Comes in Arnsberg, Henrici filius ex coniuge Ermgarde, filiam genuit Ermgarden, ac filios Henricum, Hermannum à Rudenberg, de quo infra in prosapia Ritbergensium, tum

tum (ℑ) Godefridum ſucceſſorem, de quo il-
A lud in Cæſario lib. huius cap. 41. accipio mi- ℑ
raculum, quod in eleuatione inteſtinorum
S. ENGELBERTI accidit. Quamuis & hic
Godefridus (ℌ) cognominem habuerit fi- ℌ
lium, cuius vxori Beatrici à Ritberg ſtatu-
B tum eſt Epitaphium in ambitu VVeding-
hauſano.

Morte erepta iacet quondam Comitiſſa Beatrix,
Hæc fuit Arnsberg dominans, ſed ſanguine Ritberg.

Huic Godefrido frater fuit Fridericus, ac ſoror Aleidis nupta Bernardo IV. Lippienſi Comiti: filij autem ex Beatrice coniuge Ioannes Canonicus Traiectenſis, Præpoſitus
C Meſchedenſis, Godefridi naturalis pater, ac (ℌ) Lude- ℌ
vvicus ſucceſſor, qui poſt fatalem ſuum annum 1313. ex vxore ſua Peronetta Iuliacenſi reliquit (ℑ) VVilhelmũ primogenitũ ℑ
Comitẽ in Arnsberg, adhuc anno 1338. viuũ, cuius primogenitus (ℜ) Godefridus Mare- ℜ
D ſcalcus VVeſtphaliæ Arnspergẽſem vendidit Comitatũ. Obijt ipſe 1371. ſepultusq; in Mariano ſummæ ædis Colonienſis ſacello.
Huius Godefridi vltimi Patrui ac fratres Comitis Wilhelmi fuerunt.

I. Godefridus ex Scholaſtico Monaſterienſi, Oſnaburgenſis poſtulatus Epiſcopus, dein etiam Epiſcopus Bremen- I.

sis, cui hoc Stadæ in choro veteris monasterij S. Gregorii legitur inscriptum Epitaphium. ANNO DOMINI M. CCC. LXIII. IN DIE B. BARBARÆ OBIIT VENERABILIS PATER DOMINVS GODEFRIDVS NOBILIS DE ARNSBERGE S. BREMENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPVS HIC SEPVLTVS, ORATE PRO EO, QVI PER DVODECIM ANNOS MVLTAS INIVRIAS A SVIS FVIT PASSVS: SED TRIBVLANTES EVM GRAVITER A DEO PVNITI SVNT. A B

NB. *Vindicta diuina in tribulantes virũ bonum.*

2. II. Fridericus Abbas Steinfeldensis curator & Archiepiscopus Bremensis.

3. III. VValramus Canonicus Aquensis, Præpositus Meschedeu.

4. IV. Ioannes.

5. V. Gerardus Canonicus S. Gereonis. C

6. VI. N. VVilhelmi & horum quinque Comitum Soror fuit professa ad S. Ceciliam Coloniæ.

Huius verò ipsius Godefridi postremi fratres numerantur, VVilhelmus Præpositus Meschedensis, Conradus Canonicus Osnaburgensis, Mechtildis & Aleidis sorores.

Subtexo nunc Comitũ Ritbergensium prosapiam, qui originẽ suam ducunt ab Henrici Nobilis & Ermgardis filio (𝔄𝔄) Hermanno de Rudenberg, Burgrauio in Stromberg, & Domino in Ritberg, filius eius (𝔅𝔅) Conradus Comes in Arnsberg, Dominus in Ritberg, genuit D (𝔈𝔈) Fridericum Comitem Ritbergensem, qui (𝔇𝔇) Ottonem reliquit hæredem, Otto (𝔈𝔈) Conradum Comitem Ritbergensem; Conradus ex Beatrice Broneckhorstiana suscepit filias Aleidem in matrimonio collocatam Comiti Hoiensi, & Gertrudem nuptam Conrado Comiti Diepholdij, qui anno Christi 1426. in Frisia perijt, superstitibus liberis Ottone, Ioanne, Gerhardo Archiepiscopo Bremensi, & Conrado.

𝔄𝔄 𝔅𝔅 𝔈𝔈 𝔇𝔇 𝔈𝔈

Caput

A

Caput Quadrageſimum tertium.

De Sacerdote à calculo liberato.

SACERDOS quidam doctus & pius, calculi dolores ferens intolerabiles, votum fecit, ſi beatus ENGELBERTVS ipſum intra biduum curaret, ſe cum muneribus eius ſepulchrum viſitaturum. Curatus eſt ante biduum ſpe ſua celeriùs, & promiſſi munus accuratè confecit. Ecce voti efficaciam.

Notatio ad Caput Quadrageſimum tertium.

B

MAnuſcriptus Cæſarius Eckhardum & Eckhebertum Sacerdotem de Serchere nominat, & dicit in itinere ad ſepulchrum Martyris in domo vallis S. Petri miraculum ſibi Cæſario retuliſſe. Serchere.

Caput Quadrageſimum quartum.

De Famulo in caſtro Hamerſtein à Paralyſi curato.

C

HENRICVS Abbas Hemmenrodenſis ex Ioanne Burggrauio ab Hamerſtein didicit, quod dicturus ſum: Quidam ex familia eius, omnibus in caſtro illo notiſſimus, diu oppreſſus paralyſi, vt audiuit miracula martyris ENGELBERTI, toto corde illum inuocans, votum ſuſcepit. Ductus eſt Coloniam paralyticus, & inde ad caſtrum incolumis reuerſus eſt. Paralytic' fit ſanus.

Notatio ad Caput Quadrageſimum quartum.

D

§. Ioanne Burgrauio de Hamerſtein.

ARX Hamerſtein oppido eiuſdem nominis Rhenoque ex præacuta rupe impendet, ſuos olim proprios habuit Comites: nam in hiſtoria S. Heriberti vulgabo tempore S. Henrici Imperatoris vixiſſe Ottonem Comitem de Hamerſtein; cuius vt inceſtuoſi caput diris fuit deuotum, quique ob Hamerſtein. *Vita S. Gothardi cap. 6.*

Diœceſis Moguntinæ infeſtationem diuturna in arce ſua Hamerſtein ab Imperatore Henrico preſſus obſidione. A

Caput Quadrageſimum quintum.

De Monacho à dolore dentium liberato.

Quidam dentiũ dolore liberatur.

IN Saxonia monaſterium eſt ordinis Ciſtertienſis, quod Cellam vocant. Eius quidam frater adeò doluit dentes, vt ſomnum capere non poſſet. Nocte quadam ſupra vires cruciari ſe ſentiens, has preces fudit: Domine Epiſcope ENGELBERTE, ſi verum eſt animam tuam degere apud Dominum, adiuua me. Dixit ſic, & obdormiuit. Poſteà euigilans, doloris omnis expers deinceps fuit. B

Caput Quadrageſimum ſextum.

De puella paralytica curata.

Paralytica ſanatur.

IN Weſtphaliæ pago Hagenſi puella quædam pedibus ingredi non potuit præ paralyſi. Diu ſic vexata tandem perduci ſe petijt ad locum, vbi beatus martyr occiſus eſt. Vidit id vir quidam, & ſalutem eius deſperans, ait: Si hæc curata fuerit eo loco, quò proficiſcitur, ego hoc ſaxum (digito illud demonſtrans) eò deportabo. Venit puella ad locum optatum, & ſanata eſt. Vbi id comperit vir ille, nocte tulit ſaxum, ne ab alijs irrideretur, & ad locum deportauit, qui inde ſeſqui milliari aberat. C

Notatio ad Caput Quadrageſimum ſextum.

MAnuſcriptus viro Saxifero nomen tradit fuiſſe Harmudum. D

Hagen.

Hagenſis pagus itinere duarum horarum Geuelsbergio abeſt, quem ſupra ad caput 5. lib. 2. innui, datum in antichreſin, iuxta literas, vt vocant reuerſales Adolphi & Margaritæ Cliuenſium Marchiæque Comitum, eorumque liberorum, Adolphi ac Theoderici, anno 1392. 2. Maij.

Caput

A

Caput Quadragesimum quartum.

De puella VVassenbergensi cæca.

ALia puella alterius loci annos aliquot vtroque oculo orbata fuit. Audiuit in somnis, si lapidem quendam suis humeris ferret ad locum passionis beati martyris, qui cederet in structuram Ecclesiæ ibi inchoatæ, confestim ipsi lumen restitutum iri. Indicat hoc parentibus: illi & sumptu & laboris itinere, tum quoque visionis incertitudine absterriti, eam non audiunt. Tandem ad locum deducta, cùm lapidem illic deposuisset, mox ab eius oculis albugo prodijt. Inde domum sana reuertens, parentibus lætitiam, vicinis admirationem affert.

B

NB. *Deinchoata Ecclesia Geuelsbergensi.*

Cæca illuminatur.

Notatio ad Caput Quadragesimum septimum.

C MAnuscriptus patriam curatæ puellæ exprimit iuxta castellum Wassenberg. Rem verò gestam sibi inquit à veridico sacerdote relatam.



Wassenberg.

Wassenberga dicitur, quasi Wachs-amberg, id est, ad montem excrescens; hoc enim oppidum à pede montis sensim cum cliuo ascendit seu assurgit. Vnde

D etiam in procul disiunctorũ oculos incurrit, præsertim ipsius arcis specula loco paulum eminentiore ædificata. Primum Geldris paruit Comitibus. Quare ibidem Comes Geldriæ & Zutphaniæ Gerlaeus secundus (*vt testantur manuscripti Comitum Geldrensium*) seu Gerardus I. vti eum nuncupat Petrus Scriuerus *ex Harano in additionibus ad Henrici Aquilij Chronicon Geldrense*, cum vxore sua Hedwige, Florentij Hollandiæ Comitis filia templum excitauit, in quo post obitum suum sepul-

De Wassenberg. Limburgo & illorum successione itemq; de prælio Woringano.

sepultus, anno 1131. Quin & illic à Gerardo II. *(qui Henrico Patri suo successit*, vel vt vult Henricus Aquilius, *vnanimi omnium consilio fuit electus Comes Geldriæ & Zutphaniæ anno* 1161.) Collegium Canonicorum est institutum, in quod anno 1180 Comitis defuncti corpus delatum etiamnum asseruatur. Ita *manuscripti & Scriuerus ad Gerardum II.* Quod igitur fundatum Collegium docet Streithagenus *in syntagmate Prouinciæ Iuliacensis*, de templo tantùm extructo intelligendum, non de ipso Collegio; hoc enim multò post à Gerardo II. fuit ædificatum. Deinde ipsa vrbs in Ducum Limburgensium iura videtur abijsse. Ita enim literæ Monasterij Heinsbergensis ab anno 1212. attestãtur. *VValramus Dux Limburgensis, Henricus & VValramus filij; Gerardus frater eius de VVassenberg* &c. Postmodũ à morte Hẽrici Ducis Limburgẽsis sine liberis seu hæredibus suis (vt infrà ex ICto ũ mente explicabo) defuncti, grauis orta est de successione cõtentio. Vindicabat eã sibi Reinoldus Comes Geldriæ, quod vxor ipsius Irmgardis filia esset Walrami Ducis Limburgensis & neptis Henrici, ideoque Henrico Duci Limburgensi ante prælium Woringanum vendiderat. Contrà Adolphus Comes Montensis frater Cunigardis defuncti Henrici nepos, suam asserebat, tradebatque Ioanni Duci Brabantiæ, qui bello contrà Reinoldum suscepto Limburgensem Ducatum cum Wassenberg & Supff sibi comparauit. Captus enim in prælio iuxta † Woringam arcem, fortissimum prædonum receptaculum, secundo ferè infrà Vbios lapide dissitam Reinoldus iure suo, quod sibi in Ducatum Limburgensem & Wassenbergensem competebat, interposito iureiurando, cessit, vt Brabantinorum custodia leuaretur. Sed placet audire ipsum, recentiorem licet, manuscriptum librum, quia & valde genealogiam supra pag. 167. & 169. allatam illustrat. Ita enim inquit; *Verum Henricus filius Ducis Limburgensis, qui Ducatum Limburgensem*

† alias Buruncum.

sem cũ fratre suo VValrauo possidebat,
A *ducebat vxorem Irmgardim* * *vnicam hæreditariam filiam Comitis de Monte* (nim. Adolphi fratris S. ENGELBERTI) *ex qua Irmgarde duos filios suscepit, Adolphum & VValramum, Adolphus senior frater malebat Comes de Monte esse; ideoq; comitatum illum sibi reseruabat, &*
B *dabat VValrauo fratri suo Comitatũ Limburgensem. Hic Adolphus generabat filium etiam Adolphum, plureſque filios, & vnã filiam, quæ à matris nomine Irmgardis* (Cunigardis) *vocabatur, & fiebat postea Comitissa Marchiæ, vxor Euerhardi de Marca. Porro hic vltimus Adolphus de*
C *Monte, qui frater erat Irmgardis Comitissæ de Marchia, cùm VValrauus parentis sui frater obijsset, eiusque vnica filia* (*) *Comitis Geldriæ* † *vxor sine prole obiret; tunc Adolphus, vt rectus hæres & successor in Ducatu Limburgensi, vt nuptias*
D *conciliaret inter fratris sui Henrici filiam, & Ducis Brabantiæ filium, & summam pecuniæ à Duce Brabantiæ acciperet, tradidit Duci Ioanni Brabantiæ Ducatum Limburgens. & postea commissum est prælium in VVoringen, vbi Dux Brabantiæ, Comitem Geldriæ capiebat, vbi etiam Adolphus*

* Margaretham, ita enim habent diplomata Ecclesiæ ad SS. Apostolos Coloniæ data sub ann. 1267. *Nos Adolphus Comes, Nos Margaretha mater eius & Nos Elizabeth vxor:* Et S. Seuerini de anno 1264. ratione bonorum in Sunrisdorff: *Margaretha Comitissa de Monte, & Adolphus primogenitus eius.*

Aliæ ex S. Seuerini Archiuo de anno 1246. sic referunt: *sigillis venerabil. Patris* C. (id est, Conradi) *Dei gratia Colonienſis Archiepiſcopi, Dominæ* I. (videtur esse Irmgardis) *Ducissæ de Limburg & Comitissæ de Mõte, & Dominorũ* A. & W. (id est, Adolphi & Walrami) *filiorum eius, ne præscriptum factum à quoquam infringi possit, præsentem paginam rogauimus communiri.* Vnde videtur binominis fuisse. Quod verò aliæ literæ de anno 1244. habent, vt refert Miræus; *Henricus Dux de Limburg.* C. *de Monte &* Kunegardis *Ducissa & Comitissa ibidem.* Videtur Amanuensium errore nomen variatum, propter affinitatem literarum antiquarum, quã habent (Izuugard.) Kungard. & Irmgard. Fuit autem ipsa filia Adolphi fratris S. ENGELBERTI. Vide supra *pag.* 14. & 168.

(*) Irmgardis, quæ dicitur Haræo lib. 31. Principum Brabant. filia vnica Henrici; At Meiero, soror illius.

† Reinoldi.

NB. Hẽricus nõ vixit amplius anno 1282. vt constat ex literis Adolphi Comitis de Mõte anno 1282. datis, & paulo post traditur, Prælium autem Woringanum contigit, anno 1288.

dolphus de Monte Archiepiscopum Colonienſem capiebat. Et infra manuſcript. in Reinoldo I. Comite Geldriæ ait, *anno* 1287. A
* *mortuus eſt Henricus* (qui Lazio & Aquilio dicitur Hermannus) *Dux Limburgenſis abſq; prole*, quæ ſcilicet Svvs foret hęres, Nam Adolphus filius, ex quo filius illi Adolphus ſuperſtes, videbatur primo emãcipatus, quòd illi permiſerit Comitatũ Montenſem; deinde iure ſuo in Limburg renunciaſſe, cùm Montenſem terram ducatui Limburgenſi antetulerit. Quãuis ego non tam ſubtiliter ex iurisprudentia diſſerere Hiſtoricos arbitrer, ſed Ducis Limburgenſis ſine liberis defuncti, nomine deceptos, Henricum indigitaſſe, cum reuera ipſe eſſet Walramus, Henrici filius, quod & videtur aduertere Chronicon Magnum Belgij. Ita autem Comes Adolphus de Monte in literis ſuis ad Rudolphum Romanorum Regem, anno 1282. feria 5. poſt Pentecoſtẽ datis; *Sereniſſimo Domino ſuo Rudolpho &c. Cum nos Ducatum Limburgenſem, cum omnibus bonis, quæ felicis recordationis Dominus VValramus Dux Limburgenſis patruus noſter, nec non Domina Ermgardis filia ſua, olim Comitiſſa Geldriæ tenebant*, dum viuerent, *ad nos, ex morte vtriusque, tanquam ad legitimum hæredem, deuolutum, donationis titulo tranſtulerimus in Ioannem &c.* Sed ad manuſcriptum, vnde digreſſi ſumus, reuertamur. *Volebat verò*, inquit, *hic Comes Geldriæ propter vxorem ſuam Irmgardem de Limburg (quæ fortè adhuc † viuebat) proximus hæres eſſe: Verum Adolphus Comes de Monte vendebat actionem ſuam Ioanni Duci Brabantiæ. Vnde* * *Anno* 1288. D *ipſo S. Bonifacij prælium exortum ante VVorringen, in quo Comes Reinoldus & Siffridus à VVeſtenberg Archiepiſcopus Colonienſis capiebantur. Et cum Reinoldus Comes ſupra annum detineretur captiuus, Ducatui Limburgenſi & VVaſſenbergo renunciauit; & præterea magnum lytrum pendere debuit.* Et ſupra in Euerhardo Comite Marcano.

* Error hic eſt, vt iam oſtẽdetur.

† non viuebat ampliùs, vt iã vidimus ex literis, ac proinde errat Meier qui vult eã obijſſe, anno 1290. vel 1291. ſepulramq; in Greuenthal.

* Ita aliqui volunt. Sed alij hoc prælium rogatu ciuium Colonienſiũ in mercimonijs ex arce impeditorum tradunt ſuſceptum. Vide & hic infra.

A Marcano. *Sequentibus temporibus componebat Euerhardus vnionem & fœdus inter Ducem Brabantiæ, qui etiam Dux Limburgensis erat, quem Ducatum ab Adolpho Comite de Monte emerat ex vna & Coloniam ex altera parte, quæ etiam eo tempore ab Archiepiscopo, qui ciuitati vim,* & iniuriam inferebat, dissidebat; Vnde bellum VVorringanum extitit, in quo Dux Brabantiæ, Comes de Monte, comes Iuliæ, comes Marchiæ, & Colonienses ciuitas victoriã obtinebant. Comes de Monte, Archiepiscopum in prælio capiebat, Dux Brabantiæ comitẽ Geldriæ. Comes Lutzenburgẽs. occumbebat cũ fratrib. tribus VValramo, Ioanne & Balduino, & Archiepiscopi fratre Henrico VVestenbergensi, comes Marchiæ magnã cædem operabatur, ann. 1288. ipso S. Bonifacy, scilicet nonis Iunij,* nõ vt habet Haræus V. Idus Iunij. Vide Scriuerum ad Aquilium. Vbi subijcit; quod Geldriæ Dux Equestris ordinis amplius mille præter gregarios milites innumerabiles desiderauit (quamuis Iustus Lipsius Louanij libro 2. ca. 9. quadringentos tantum numeret) ipse Gelder in hostium potestatem venit cum Archiepiscopo, Adolphoque Nassouio Comite (qui postea anno 1292. 6. Ianuarij, Francofurti Rex Romanorum fuit creatus) & Walramo C Comite Falcoburgensi & N.....Comite Meursano. Atque hinc paulo post dedita arx Worringa, funditusque excisa. Reinoldus captus non ante liberari potuit, quam Brabanto ius suum Limburgense cessisset. Quare omne, quod in Ducatum illum hactenus prætenderat, solemniter eiurat, & agente Philippo Pulchro Francorum Rege liber dimittitur. Atque ita Wassenberga cum Ducatu Limburgensi ad Ioannem Brabantiæ Ducem translata, postmodum à filio eius, quod Imperium noui Domini detrectaret, anno 1291. euersa est. D Denique post multorum Dominorum mutationem, anno 1498. per Maximilianum Imperatorem Friburgi Brisgoiæ cum Roda & Hertzogenradio Wilhelmo Iuliæ ac Montium Duci in fiduciam seu pignus data; tandem anno 1544. ipsius proprietas Iuliacensi Prouinciæ cessit. Prope abest Myrica supplicio plurimorum infamis, vbi anno 1206. Philippum cum Ottone Imperatore dimicasse putat Streithagenus,

* ita qui lẽ manuscr.

B Meyer Ioannẽ vocat Balduinũ.

* *Necrologiũ Franciscanorum Colon. dicit*: pridie Nonas Iunij, *seu in pervigilio S. Bonifacij.*

Vide supr. pag 39.

quod locum pugnæ commodiorem nullibi reperiat; Verum si Godefridum consulas, iniquo & palustri planè loco ab Ottone pugnatum esse intelliges. Vnde non Myricam, sed locum aliquem paludosum congressui infelici existimo aditum patefeciſſe. A

Caput Quadragesimum octauum.

De Monacho à Febri liberato.

Æger curatur. MONACHVS quidam grauiter laborans, beatum Episcopum sic appellauit: Memineris, Domine, me ab illo tempore, quo cæsus es, semper in Canone missæ tuum nomen expressisse. Itaque pro salute corporis mei te orare æquum est. Eadem nocte illi dormienti apparuit, iussitque sanum & incolumem esse. Expergefactus ilicò, è lecto sanus exit. B

Notatio ad Caput Quadragesimum octauum.

SVriana editio omisit *Monachum* hunc *Sibergensem* fuisse, ex cella Hircenhoue, & *acutis* id est, febribus *laborasse*.



C

Sieberg. Sibergum nobilis est in rupe fortissima cum subiecto oppido Abbatia à B. Annone fundata, quam anno 1632. mense Octobri Deo nos flagellante hæreticus miles intercepit.



D

Hirtzenach. Hertzenhoue vna est ex Præposituris eiusdem Abbatiæ, prope B. Goaris ad Rhenum arcem & oppidum.



Caput

A

Caput Quadrageſimum nonum.

De Parocho S. Brigidæ à ſcabie liberato.

ANSELMVS paſtor Coloniæ ad ſanctam Brigidam, vir doctus & bonus, adeò ſcabioſas habuit manus, vt lepram præ ſe ferre viderentur, nec ille præ verecundia cum quoquam cibum capere vellet. Admonuit eum ſacerdos quidam, vt inuiſeret ſepulchrum martyris ENGELBERTI. Venit ad ſepulchrum, imponit illi manus, votum facit martyri, & eadem hora, ipſo admirante, tanquam ſquamæ quædam cecide-
B runt de manibus eius. Sed cùm meliùs habere cœpiſſet, non ſtetit promiſſis. Redit ſcabies, & præuaricator voti redit ad conſiterat votum, & ocyùs curatur.

Nota miraculum, & pœnã votũ negligẽtis.

Notatio ad Caput Quadrageſimum nonum.

SAnctæ Brigidæ Eccleſia vna eſt ex nouendecim Paro-
C chialibus vrbis Colonienſis annexa Abbatiæ S. Martini maioris.

Parochia S. Brigidæ.

Anſelmus verò videtur vnus fuiſſe ex iudicibus Apoſtolicis, qui vt refert Arnoldus Lubecenſis lib 7. hiſtoriæ Sclauorum cap. 3. contra Adolphum Archiepiſcopum Colonienſem erant deſignati. *Vide ſupra lib. 1. pag. 34. lit. D.*

Caput Quinquageſimum.

De ciue Colonienſi à tumore hydropiſis liberato.

D ABBATE Eberbacenſi nuper ad martyris ſepulchrum orante, quidam ciuis ait ad eum: Meritò ad monumentum martyris noſtri oras Domine Abba. Reuerà enim in magno ille apud Dominum precio eſt, cuius ego in me virtutem mirabiliter ſum expertus. Adeò enim hydropiſi intumueram, vt medici ſpem omnem vitæ meæ abij cerent. Ego igitur multùm eiulans quadam nocte, cùm diu ſtetiſſem ante lectum meum, toto pectore martyrem hunc inuocare cœpi. Deinde feſſus, in lecto pauliſper obdormiui. Poſt expergefactus, dolorem & tumorem omnem

Hydropici mira curatio.

omnem sentio euanuisse. Obstupesco tam in expectato miraculo: exploro, num humor noxius, dirupta pelle, in lectum dimanarit. Sed nec humorem vllum in lecto, nec in corpore rupturam reperio. Itaque gratias ago Deo, qui tam præclarè ornat & illustrat electos suos. A

Notatio ad Caput Quinquagesimum.

Reimũdus Abbas Eberbacẽsis.

IN manuscriptis, Eberbacensis Abbas Reimundus appellatur, qui inter Conradum & Wernerum Abbates sextus Antistes Aprifontanis vel Eberbacensibus præfuit: septimus Kalendas Nouembris dies eius emortualis notatur in Catalogo benefactorum Eberbacensium; ipsius Eberbaci supra *cap.* 17. memini. B

Caput Quinquagesimum primum.

Miracula quæ in loco martyrij contigerunt, & primo de viso noctu lumine & crure carpentarij sanato.

VENIO nunc ad miracula, quæ in Giuelsberg, vbi trucidatus est martyr, facta sunt, quæ ad me scripto comprehensa miserunt sacerdotes eius loci, qui ea partim viderunt, partim auditione acceperunt ab illis, in quibus patrata sunt. C

Psal. 67. Cum præpotens Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, diuersis miraculis ENGELBERTI martyris sui merita declarare cœpisset, faber quidam, vir bonus, cum filio suo 14. annos nato, intempesta nocte præterijt locum illum, in quo beatus ille necatus fuit. Et ecce videt vterque cereum insignem in ipso martyrij loco, vbi nunc altare extructum est, flammis radiantibus ad mensuram cubiti vnius à terra eleuatum, qui & tenebras, circumquaque illustraret, & tamen neque imbre, neque ventorum flatu extingui posset. Mirantur igitur, & cùm non ignorarent, quid visio illa sibi vellet, precandi causa ad locum accedunt: & cereum quidem conspiciunt, sed nulla ratione possunt attingere. Mox properant in pagum Swelme, & visionem indicant Bartholdo sacerdoti.

Visio mirabilis.

D

Ea visio postquam diuulgata est, quidam carpentarius non longè à Giuelsberg habitans, cùm toto anno crus eius planè exaruisset, eò accessit, terramque martyris cruore infusam, cruri alligauit, & post triduum integrè curatus est.

Crus emortuum reuiuiscit.

Nota-

Notatio ad Caput Quinquagesimum primum.

A MAnuscriptus Walkinum nominat Fabrum, qui cum filio nocte intempesta martyrij locum vidit glorioso lumine illustratum, eiusdem luminis tertium laudat testem Religiosum virum Eckbertum monachum Scheidanum, Geuelsbergi illa nocte præsentem. Quod de crure carpentarij subijcit manuscriptus miraculum copiosè Suriana enar-
B rat editio.

Caput Quinquagesimum secundum.

De puella muta & languida curata.

MVLIER quædam cum filia, quæ semper clauda & muta fuerat, ad sacrum martyrij locum venit, & aliquot diebus cum lachrymis pro illa martyris opem implorauit. Et ecce muta loquitur, petit ouum à matre, illudque procul ab ea allatum, propiùs ad eam accedens, hilariter
C accipit ex manu illius. Clauda & muta curatur.

Notatio ad Caput Quinquagesimum secundum.

MIraculum hoc manuscriptus, aliquanto plenius refert; contigisse illud, inquiens, cum adhuc ligneum sacellum in sacro Martyrij loco esset; deinde mulierem fuisse ex Hiddinghusen &c. miraculi testes sequentibus laudat verbis:
D *Huic duplici miraculo interfuerunt Plebanus de Gummersberg VValthelmus nomine, & Sacerdos quidam Capellanus Liuonienſis Episcopi, Euerhardus etiam Sacerdos de Suuelme, cum eiusdem villæ Plebano Berchtoldo & Ioanne Subdiacono, qui omnes vsque hodie perhibent iam dictam Puellam per martyris merita fuisse sanatam.*

Hiddinghusen satrapiæ Wolckmarsheimensis pagus est & Parochia S. Huberti, subiectos sibi quatuor alios habet pagos & domicilia Nobilium Canstein & Spiegel. Hiddinghusen.

Caput

Caput Quinquagesimum tertium.

A

De Sacerdote cuius manus à fœtore sanata est.

Cuiusdam manus dextera restauratur.

PAROCHVS quidam manum dextram plusquam dimidium annum adeò habuit ex morbo quodam malè olentem, vt tota hyeme ab offerendo Missæ sacrificio abstineret. Cùm autem in mentem ei venisset, beatum virum pro iustitia immeritò occisum, plena fidè manum loco cædis admouit, & paulò pòst sanam retraxit.

Notatio ad Caput Quinquagesimum tertium.

B

Duna.

MAnuscriptus Parochum à loco Tunẽsem appellat (Tuna enim pagus est ad cognominem fluuium prope cœnobium veteris Montis.) Deinde in gratitudinis signum ac recordationem miraculi Bertholpho Svvelmensi Plebano chirothecam manus sanatæ fuisse transmissam. Contigit hoc miraculum antequam mentio fieret extruendi lignei sacelli.

C

Caput Quinquagesimum quartum.

De Sacerdote cæco qui ipsius beneficio visum recepit.

Cæco redit lumen.

SACERDOS quidam cæcus, procul è Saxonia venit ad hunc locum: & cùm humi prostratus, piè admodùm Deum & martyrem eius deprecatus esset, lumen amissum recuperauit. Non multò pòst pro gratiarum actione limina beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, itemque Iacobi adijt, ENGELBERTI martyris gloriam vbique prædicans.

D

Notatio ad Caput Quinquagesimum quartum.

PRimo occubitus ipsius anno, circa mediam quadragesimam sacerdoti huic Saxoni restitutum visum manuscriptus asserit, eundemque sacerdotem ante peregrinationem

Greuerode

vlteriorem aliquamdiu hæsisse in Greuenrode (Comitis nouali) quod Nobilium Regulariũ est cœnobium, irrigatumq; dedu-

deductis è vicino querceto fontis riuulis, quem ab antiquis
A miraculis sanctum etiamnum nominant: abest haud multum à Solingâ oppidulo ab optimis gladijs famoso. Virgines Greueradenses in Monasterio, præter reliquias SS. Sebastiani & Catharinæ prodigijs celebres, asseruant pictam à B. Luca Deiparæ imaginem, cuius tum manus sanguine respersa, tum reliqua effigies, ad pietatem intuentium animos cõmouet. Vidi literas Philippi Hinsbergici Archiepiscopi Coloniensis, anno millesimo centesimo octogesimo quinto, indi-
B ctione secunda, Lucio Papa tertio sedente, & regnante Friderico Romanorum Imperatore datas Coloniæ 18. Kalend. Ianuarii, in quibus cœnobii huius, cum initiũ, tum inter alia à Philippo referebantur: cœpisse quædam miracula diuulgari patrata in sacello Greuenrode subiecto Parochiæ Walde. Ideoque Dominam Elisabetham Abbatissam Vilecensem monasterio ibidem à se fundato obtinuisse ab Archidiacono
C & Florentio Abbate Tuitiensi (decimo sexto in serie successionis) libertatem atque exemptionem à parochiali iurisdictione. Hæc sunt, quæ allatis literis, alterisque biennio post cõsignatis Philippus approbauit. Testes in vtrisque nominat Brunonem Maiorem Præpositum, Adolphum Maiorem Decanum, Lotharium Bonnensem Præpositum, Conradum S. Seuerini Præpositum, Gyselbertum S. Andreæ Præpositum, Th. SS. Apostolorum Præpositum, Brunonem Præpositum ad Gradus, Godefridum S. Gereonis
D Decanum, Geruasium Sancti Cuniberti Præpositum, Th. Decanum S. Mariæ ad Gradus, Ioannem Choriepiscopum. Nobiles Ottonem de Geldren Comitem, Theodericum Comitem de Cleue, Theodericum Comitem de Hochstaden, Ottonem de Wickerode, Reinerum de Froitprecht. Ministeriales, Gerardum Aduocatum Colonienſem, Gerardum Snar de Volmutstein, Gosvvinum de Alfetra, Hermannum Camerarium, Wilhelmum Schillinck, Ger. Theol. Henricum de Seina, & fratrem eius Euerhardum, Arnoldum & Fridericum Comites de Altena, Florentium de Kempenich, Roricum de Nistere & alios.

Miracula & fundatio Greuenrodensis cœnobij.

Quos omnes in gratiam veteres familias inuestigantium enumeraui. A



Ex alijs relatu dignis in Greuerode extat vita venerabilis Virginis Catharinæ de Huckeſvvagen, quæ trecentis abhinc annis floruit, cuius vita alias publicum aſpiciet. Haud prætereunda eſt reformatio monaſterio circa annum milleſimum B quadringenteſimum ſeptuageſimum primum, efflagitatu Gerhardi Ducis & Sophiæ vxoris à Roberto Bauaro Archiepiſcopo Coloniēſi introducta, per Adamum S. Martini Abbatem, Thomam Wail Colonienſem, & Ioannem Mangelman Noueſienſem Priores, cōſpirantibus cum illis Domina Catharina de Neſſelrode Magiſtra, & Wintrude de Oxheim, Catharina de Binsfeldt, alijſque ſororibus. Hoc tempore etiam aperta fuit hierotheca incluſam ſeruans dictam B. M. V. imaginem. Hæc ſufficiant de Greuenrode. C

Caput Quinquageſimum quintum.

De muliere paupercula per eum illuminata. D

Reſtitutio cæcæ. PER id tempus etiam mulier paupercula, quinque annos cæca, eodem loco orans cum lachrymis & humi proſtrata, lumen gratulabunda recepit.

Notatio ad Caput Quinquageſimum quintum.

Cæſaris Inſula. MAnuſcripti aſſerunt hanc mulierem Werdenſem iuxta Rhenum, id eſt, ex Cæſaris Inſulâ oriundam, vbi

B. Svvi-

B. Svviberti viget Collegium. Claudunt hoc caput manu-
A scripti his verbis: *Quæ in vocem exultationis mox erumpens, Dei magnalia & B. Martyris merita prædicare cæpit, & cum multa festinatione Svvelm perueniens, tribus sacerdotibus, Adolpho scilicet de Vorda.* Vorda. *Vorda* (est pagus iuxta Svvelmam) *Bertholpo Plebano de Svvelme, atque Euerhardo socio eius, vnique Subdiacono gratiam circa se factam declarauit.*

Caput Quinquagesimum sextum.

B

De Paralytico per visionem ab eo curato.

ANno Christi millesimo ducentesimo vicesimoquinto, qui fuit pontificatus Engelberti annus decimus, vitæ verò quadragesimus, & cædis primus, apud pagum Swelme fuit quidam paralysi admodùm afflictus. Is post multas calamitates perductus est ad locum hunc, in quo sæuitum est in martyrem, atque in ipsa parasceue nocte intempesta orans, vidit beatum præsulem tanquam viuum pontificalibus indutum, instar solis fulgentem, cum duobus viris clarissimis, qui & ipsi magno vestium ornatu conspicui erant, ad eundem aduentare
C locum, eosque pariter illum circumire, indicare spatia, in quibus construendum sit monasterium, deinde simul disparere. Eius visionis tantus fuit effectus, vt paralyticus se sentiret Beati ENGELBERTI meritis curatum.

Visionis mirę effectus.

Monasterium S. Engelberti in Geuelsberg cælitus delineatur.

Notatio ad Caput Quinquagesimum sextum.

D QVæ hoc capite referuntur, ex veteri Colonienſis Ecclesiæ vſu inchoandi annos Christi à Paschate, biduo initium noui anni Colonienſis antecesserunt, & iuxta Romanam supputationem acciderunt, die 17. April. anno 1226. in quam tunc parasceue incidebat.

Æra Colonienſis, quæ.

Caput Quinquagesimum septimum.

De veterano, qui gloriæ Martyris inuiderat.

IN eodem loco, vbi martyr passus est, Crux lignea erecta fuit. Venit autem eò veteranus quidam, & miraculis martyris obtrectans, intra A se ait: Quid est, quod video & audio? Homo iste tyrannus fuit, oppressor pupillorum & viduarum, superbus & auarus. Adeoque gloriæ eius inuidit, vt nec Crucem illam æquis posset oculis intueri. Sed iustus Dominus repentè igne cœlesti guttur & humeros liuidi hominis inflammauit. Mox ergò ducitur in ædes filiæ amicæ suæ, ibique per ordinem omnibus confitetur, quid de martyre cogitauerit. Consulunt amici, vt indutus cilicio, nudis pedibus (Erat autem tum hyemis ingens frigus) ad locum sacrum redeat, precibus & lachrymis martyrem sibi B conciliet. Facit sic, & post triduum integrè sanatur.

Vindicta cœlestis in martyris calumniatorem.

Notatio ad Caput Quinquagesimum septimum.

IN manuscriptis Veterano huic nomen Winandus de Geuelsberg tribuitur. C.

§. In ædes filiæ amicæ suæ.

Manuscripti habent filiæ amitæ suæ.

Caput Quinquagesimum octauum.

De muliere quæ indignè communicans dementata est.

FOEMINA quædam in Paschate cum cæteris sacrosanctam Eucharistiam percipiens, terribili Dei iudicio cœpit spumare, agitare linguam, nec tamen quicquam posse eloqui. Ante communionem sanissima fuerat: indignè accedens ad sacramentum, subitò in tantùm debilitata est, vt nullum membrum mouere posset. Ab ineunte enim ætate admodùm dissolutè vixerat, & multis onusta peccatis, tam salutarem medicinam prorsùs imparata sumpsit. Itaque sacra corporis Christi communio non remedium ei attulit, sed tormentum. Periculosum est ægro obstipato, vt medicina fortiter aluum ciente, nisi priùs sumat quippiam, quo peccans materia digeratur. Ita ergò peccator obstinatus & induratus, ne medicinam corporis Christi ad iudicium accipiat, peccatorum virus & noxios humores contritione & confessione priùs dige-

Pœna indignè Eucharistiam percipiẽtis.

D

digerere debet. Porrò increscente in fœmina, de qua agimus, cœlesti a-
A nimaduersione, in somnis visio ei oblata est, qua didicit se breui curatum iri, si velit locum, vbi cæsus est ENGELBERTVS Episcopus adire. Difficulter igitur & cum magno labore venit ad locum, moxque restituta, surrexit è lecto, & cibum potumque sumpsit, Deoque gratias agens, promisit se annuum censum martyri illo in loco persoluturam.

Notatio ad Caput Quinquagesimum octauum.

B MAnuscripti *Hildegundis*, inquiũt, *de Grutene oriunda*. Est verò Gruten, pagus haud longe ab oppidulo Medtman, a'luiturque à fluuio Dussela, qui Dusseldorpio Montensis Ducatus Metropoli nomen indidit. Gruten. Dussela. Dusseldorp.

Caput Quinquagesimum nonum.

De puero ab inflatione curato.

C PVERVLVS quidam colli tumore ingenti & periculoso laborans, non linguam mouere, non cibum capere, nihil neque videre, neque audire potuit. Ea re miserè afflicti parentes eius, cum multis lachrymis rogarunt, vt mitra beati martyris caput pueri tangeretur. O miram Dei gratiam! Mox vt mitra imposita est capiti infantis, tumores deturgent, noxij humores euanescunt, & priusquam paternæ domus attingat limina, infans totus reualescit. Eam mitram in capite habuit Episcopus, cùm trucidaretur. Itaque sacro eius tincta cruore, malè habentibus affert medicinam. Vide mirũ effectũ mitræ Episcopi. S. Engelbertus occiditur mitratus.

Notatio ad Caput Quinquagesimum nonum.

D MAnuscriptus accuratior singulorum nomina exprimit. *In villa*, inquiens, *Suuelme ad altare B. Petri deportatus est quidam puerulus Albertus nomine, Hildebrandi Vinitoris filius &c.*

Caput Sexagesimum.

De Muliere ab angina liberata.

MVLIER quædam paupercula morbo vrgente, è Turingia venit in Giuelsberg, non sine multa difficultate. Laborabat illa angina, toto anno lusca fuit, sinistra manus exaruerat, pedem podagra infestabat. Tot oppressa malis, prosternit se in loco, vbi occubuit martyr, orat cum lachrymis: non tamen impetrat sanitatem, sed spe impetrandi non destituitur. Redit post menses duos, & perfectè curatur. Gratitudinis ergò promittit annuum censum martyri ENGELBERTO.

Morbida curatur.

Notatio ad Caput Sexagesimum.

Eisenacũ. MAnuscriptus Patriam huius mulieris nuncupat Eisennacke, quod oppidum est veteris Saxoniæ, Anno Christi 1073. ædificatum; vbi sub annum 1149. Adelheidis Landgrauia monasterio à se in S. Nicolai honorem extructo, prima omnium fuit præfecta. Sub annum verò 1188. ibidem Landgrauius Ludovvicus mitis visendum B. Georgio templum erexit; quæ vetusta Religionis nostræ monumenta hodiernæ hæreticorum factiones conspurcant.



Caput Sexagesimum primum.

Visus cuidam restituitur.

QVo tempore euersum est castrum Comitis Friderici, qui fuit author cædis Episcopi, cuiusdam etiam mechanici domus, quæ iuxta erat, destructa est, & facultates omnes ei ereptæ. Quæ res adeò ei doluit, vt plorando oculos amiserit. Sexto cæcitatis mense votum nuncupat B. ENGELBERTO, duosque oculos cereos secum ferens ad locum martyrij, vnius oculi sui lumen recipit.

Cæcus videt.

Nota-

A

Notatio ad Caput Sexagesimum primum.

MAnuscripti in plurali loquuntur: *Cum munitiones Friderici destruerentur*; Insuper dicũt mœchanicum hunc fuisse *operarium vrnarum Godefridum nomine, cuius domus sita erat in pede montis Isenberg.*

Caput Sexagesimum secundum.

De pauperculo à variis infirmitatibus liberato.

B PAVPERCVLVS quidam in Westphalia septem annis non vno conflictatus est morbo. Alterum eius latus emortuum erat, manus aruerat, lateris costæ confractæ erant, crus adeò intumuerit, vt crassitudine ventrem æquaret. Duobus fultus scipionibus venit ad locum, vbi impij trucidarunt Episcopum ENGELBERTVM: preces supplices obtulit, & celeriter impetrauit quod voluit. Multis affectus morbis, fit sanus.

Notatio ad Caput Sexagesimum secundum.

C MAnuscripti ita recensent: *Circa partes Vnnæ de piscina villa eiusdem Parochiæ morabatur Pauperculus quidam* & cætera, prout in editione habetur Suriana. Vnna verò est oppidum Comitatus Marcani Lippiam ac Ruram inter, ad Aam fluuium ob singularis cereuisiæ coctura famosum. Vnnavv.

Caput Sexagesimum tertium.

D *De surdo curato.*

CRESCEBANT eo in loco miracula, & permulti quotidie accedebant & recedebant, alij salutem expetituri, alij se eam adeptos gratulantes. Inter alios venit surdus quidam, qui decem annis nihil audierat: sed videns hominum tum aduentantium, tum abeuntium frequentiam, animaduertit curationes fieri. Veniens ergò ad locum, vbi martyr occubuit, sanitatem adeptus est. Qui propius illi adstabant, audierunt rumpi pelliculas aurium, quibus meatus obstructi erant. Indè verò tantus consecutus est dolor, vt caput vtraque manu comprimendo, Surdus audit.

cum

eum nonnihil lenire cogeretur. Auditu recuperato, martyris gloriam vbique diuulgauit. A

Notatio ad Caput Sexagesimum tertium.

§. Inter alios venit surdus quidam.

ADde ex manuscriptis: *Lagenarum artifex Euerhardus de Spurckhouele, iuxta castrum Isenberg oriundus.*

Caput Sexagesimum quartum. B

De Spastico sanato.

Spasticus sanatur.

AVCEPS quidam brachijs & manibus spasmo laborans, multa loca inuisit, remedia multa adhibuit, sed nihil profecit. Venit tandem in Giuelsberg, & optata illic sanitate potitus est. Vt autem se martyri gratum declararet, annuum censum se illi loco daturum recepit.

Notatio ad Caput Sexagesimum quartum.

Hulckrodensis arcis vera delineatio.

MAnuscripti: *Aucupem hunc & venatorem Conradū appellant ex Hulckerode iuxta Nouesium.* Hulckerode Arx est & Comitatus venationi aptissimus, quē Archiepiscopi Colonienses emptionis titulo, acquisiuerunt, à Theoderico Louone de Cliuis Comite Hulckradiano. De quare sat longas vidi literas, quæ initio statim totum venditionis contractum sic enarrāt.



C

D

In

In nomine Domini Amen. Vniuersis præsentes literas vi- Hulckro-
A suris & audituris in perpetuum. Nos Theodericus dictus de emitur.
Loiff de Cleue, Comes de Hulckrode, notum facimus quod
Reuerendo in Christo Patri ac Domino Nostro, Domino
Henrico Archiepiscopo Colonienſi, suis successoribus, &
Ecclesiæ Colonieſi, pro Nobis & hæredibus Nostris matura
deliberatione præhabita, & Nostra ac hæredum Nostrorum
in hac vtilitate considerata, vendidimus & vendimus perpe-
tuò per præsentes, iusto emptionis & venditionis titulo, legi-
B tima & solemni stipulatione hinc inde interueniente, ca-
strum & comitatum nostros in Hulckrode, nec non iurisdi-
ctiones, iura, redditus, Dominia alta & Bassa, vasallos, homi-
nes, licones, decimas, aquas, piscationes, nemora, aquarum
decursus, ac simpliciter & de plano omnia & singula, magna
& minuta, in quacunque specie, seu in quibuscunque rebus Die Crur
consistunt, prout in longum & in latum à ripa dicta Crure iu- bey Neuß.
xta Nussiam, supra tam ex ista parte fluuij dicti Arphe versus
C Rhenum, quam ex illa parte eiusdem fluuij versus Mo- Die ärffe.
sam, ipse Comitatus in Hulckrode se extendit, & pertinet in
eundem, seu pertinere debet, & eo iure, quo Nos & Proge-
nitores Nostri ipsum Comitatum tenuerunt, &, vt ad eos, &
ad Nos pertinuit ab antiquo pro, &c.

Caput Sexagesimum quintum.

De Muliere Andernacensi ab inflatione curata.

D FOEMINA quædam Andernacensis toto corpore inflata, decem & Inflata ma-
octo hebdomadibus immanes dolores pertulit. Vbi audiuit mira- lis humo-
cula ENGELBERTI, huiusmodi votum suscepit: Domine Deus, inquit, ribus cura-
si per merita martyris tui curata fuero, nudis pedibus ibo in Giuelsberg, tur.
vbi cæsus est. Indè intra triduum sana effecta, fecit vt erat pollicita.

Notatio ad Caput Sexagesimum quintum.

IN Manuscriptis nomen huic fœminæ Hildegundis.

Andernach.

ANdernacum vel an-der-Nath oppidum, quod à Natha vel Netha amne in Rhenum, quo alluitur, se exonerante nomen suum est mutuatum, montium iugis velut iucundissimi theatri orchestra cingitur. Vbi anno à Christi natiuitate quarto & septuagesimo supra millesimum centesimum, Valentiniani Imperatoris cadauer cum imperialibus insignibus repertum & exhumatum fuisse, narrant Godefridus Pantaleonita & Gobelinus in Cosmodr.



A

B

Anno 1174 Andernaci repertum corpus Valentiniani Imperatoris.

Caput Sexagesimum sextum.

De Milite Paralytico, quem sanauit Martyr.

NOBILIS quidam Andernacensis, diues & potens, multis annis totus ex paralysi decubuit. Erat morbus ille adeò vehemens, vt cibum erectus capere non posset, sed pectori impositum iacens magna vi tandem deglutiret. In somnis autem admonitus est, quodam in loco C ter osculari humum, & tres offerre preces in honorem B. ENGELBERTI martyris: ita enim fore, vt ilicò sanaretur. Ille visionem indicat vxori & liberis, quam illi vt phantasticam irrident. Valde igitur afflictus, cum lachrymis orat se ad locum designatum deportari. Parent tandem deprecanti, & cùm ad locum perductus esset, ter se prosternit, & orat, totusque fit sanus & incolumis. Deinde nudis pedibus cum vxore & prolibus se cōtulit Giuelsberg, obtulit preces & munera, & annuum quoque censum se daturum pollicitus est.

Paralytic⁹ reualescit.

D

Notatio ad Caput Sexagesimum sextum.

MAnuscripti & Suriana editio satis concordant.

Caput

A

Caput Septuagesimum septimum.

De liberato à surditate.

THEODERICVS vir nobilis, à teneris annis surdus, ad locum, vbi martyr passus est, spe salutis obtinendæ venit. Octo diebus illic in labore & precibus perdurans, integerrimè sanatus est: atque eum locum deinceps summo studio & deuotione atque annuis muneribus prosecutus est.

Surdus curatur.



B

Notatio ad Caput Sexagesimum septimum.

C MAnuscriptis Suriana consonat editio.

Caput Sexagesimum octauum.

De Campanario contracto sanato.

QVIDAM decem annis crura contracta & eneruata habuit. Is tandem duobus innitens scipionibus, ad hunc locum contendit. Intinere preces ab imo pectore fudit multis permixtas lachrymis, & in

D ipso passionis loco cum tanta se deuotione prostrauit, vt etiam citiùs, quàm ipse aduerteret, sanitas ei restituta sit. Hoc miraculum quicunque viderunt, in martyris erupere laudes, altaque voce eum concelebrarunt.

Cõtractus restituitur.

Notatio ad Caput Sexagesimum octauum.

MAnuscript. hunc contractum describit: *Campanarium & Textorem de Puppendorp. ex illa parte Susatiæ.*

Caput Sexagesimum nonum.

A

De Virgine à vermibus corrosa.

Duo sanãtur.

VIRGO quædam adeò fuit in facie à vermibus exesa, vt ipsi quoque parentes eam contemnerent & abominarentur. Sed id Deus non sustinens, patrem eius egregiè flagellauit. Agnoscens ille, se ob filię contemptum diuinitùs puniri, confessus est sacerdoti, & cum filia vouit se ad locum, vbi peremptus est beatus ENGELBERTVS, profecturum. In ipso autem itinere ambo sanati sunt. Venerant cum illis viri ampliùs ducenti, qui omnes eius miraculi testes fuere.

B

Notatio ad Caput Sexagesimum nonum.

Vorde.

MAnuscripti Azzelam appellant virginem ex pago Vorda, quæ dictio vadum & traiectum significat eius pagi memini supra cap. 55. *pag.* 267.

Caput Septuagesimum.

De muliere à dolore dentium liberata.

C

Dolor dẽtium abigitur.

QVÆDAM fœmina diuturno dentium cruciata dolore, fabrum accuit, qui ei dentem extraheret. Venit faber, sed dum forcipe admota, nimium trahit, & dentem frangit, & mandibulam è suo loco euellit. Tum verò misera illa nec cibum capere potuit, ita vt vita ipsa fastidio ei esset. Tandem inuocat beatum martyrem ENGELBERTVM, & eius meritis maxilla redit in locum suum, & dolor omnis facessit. Illa nudis pedibus abit in Giuelsberg, reddit vota, & annuam oblationem promittit.

D

Notatio ad Caput Septuagesimum.

Kettvvich.

MAnuscript. Addunt patriam fœminæ Kettvvich, oppidulum ad Ruram fluuium munitissimo ponte celebre.

Caput Septuagesimum primum.

De Mercenario cuius læsum pedem sanauit.

HENRI-

A HENRICVS quidam nimio vino obrutus, cum alijs corrixari cœpit, & probra iactare. A verbis ad enses ventum est. Interim ille apud talum in neruo dirè vulneratur, crureque ex eo vulnere contracto, ambulandi facultate destituitur. Quæ res ad eam inopiam illum adduxit, vt scipionibus innixus, stipem quotidie ostiatim emendicare compulsus sit. Vt verò comperit multos quotidie curari à beato ENGELBERTO, ad locum cædis eius profectus est: nec tamen tunc curatus est: sed cùm spem non abijceret, & tertio non sine multa difficultate eo accessisset, post preces supplices DEO & beato ENGELBERTO oblatas, integrè curatus est. Cõtractus fit sanus.

B

Notatio ad Caput Septuagesimum primum.

MAnuscript. Henricum hunc facit Mercenarium ex villa Rassengen, quæ Dominium est in partibus Flandriæ; nisi malis legere Rattingen municipium terræ Montensis. Rassengen. Ratingen.

Caput Septuagesimum secundum.

C

De Hildegunde ab inflatione corporis liberata.

NEc solùm ijs locis, quibus necatus & sepultus est martyr noster, signis & miraculis claruisse voluit, sed quanti apud Deum sit meriti, etiam in remotis locis, non rarò ostendit. In vrbe quadam faber vxorem habuit toto corpore adeò inflatam, vt hydropisi laborare putaretur. Sesquiannum illo incommodo ita male affecta fuit, vt omnis edendi atque bibendi appetitus planè prostratus in ea esset. Nocte quadam audiuit vocem in somnis: Si locum, vbi fusus est sanguis beati martyris ENGELBERTI, visitaueris, eius meritis mox curaberis. Indicat marito, D quid audierit. Ille summo mane cum ea iter ingreditur: quod cùm necdum medium confecissent, mulier planè incolumem se sensit. Id vbi maritus comperit, non ingratus tanto beneficio, pergit cum illa, venientesque in Giuelsberg, martyris gloriam prædicant, & miraculum diuulgant, hilariterque annuum censum promittunt. Mulier morbida sanatur.

Notatio ad Caput Septuagesimum secundum.

FAbrum hunc Betzelinum & vxorem eius Hildegundem tradunt manuscripti fuisse Huxarienses. Hoxaria verò oppidum est ad Visurgim Abbatis Corbeiensis iurisdictioni subiectum, quod olim Philippus Archiepiscopus Colonienſis in iniuriarum ab Henrico Saxone illatarum vindictam, incendio vastauit, vti narrat Gobelinus persona Cosmodromij ætate sexta. A

Huxaria.

Caput Septuagesimum tertium. B

De Virgine à graui ægritudine curata.

VIRGO quædam octo annis morbi cuiusdam infestatione adeò debilitata fuit & excruciata, vt absque alienis manibus nec edere, nec bibere, nec loco mouere se posset. Adducta igitur ad locum, vbi beatus Episcopus sanguinem fudit, mox vt illum attigit, sanata est.

Virgo morbida sanatur.

Notatio ad Caput Septuagesimum tertium.

MAnuscripti Virginem hanc inquilinam dicunt pagi Hagensis, cuius capite 46. memini. *pag. 254.* C

Caput Septuagesimum quartum.

De Puero mente capto & sanato.

HOc anno, qui est à Christo nato milleſimus ducenteſimus triceſimus ſeptimus, puer quidam annos plus minus ſedecim natus, ſed mente captus, à matre ductus est in beati ENGELBERTI Eccleſiam, quæ est in Giuelsberg. Stanti autem illi in eo templo, quidam sic ait: Abi ad altare, & sublatis manibus ora beatum pontificem, qui illic sanguinem suum fudit, vt te sanet. Fecit ille, vt iussus erat, & curatus est. D

1237. Puer méte captus curatur.

Notatio ad Caput Septuagesimum quartum.

HActenus manuscripti Svvelmensis plerumque fidem secutus, nunc quę sequuntur ex Monasterienſi restituo, quòd in illis prior deficiat.

Mscr. Monasteriēsis.

Caput

Caput Septuagesimum quintum.

De Claudo quodam restituto.

A EOdem Coloniæ die, ad tumbam eius Claudus quidam ciuitati notus, erectus est, baculos quibus sustentabatur, ad sepulchrum Martyris suspendit. Claudus erectus.

Caput Septuagesimum sextum.

De Paralytico sanato præsente Henrico Archiepiscopo.

B RETulit mihi Dominus Henricus Archiepiscopus, quod Paralyticus quidam ipso præsente, in loco passionis eius sanatus est, de quo mihi plura retulit, ordinem videlicet sanationis eius, pro quibus omnibus Deo gratias agamus, qui tantis miraculis Pontificem suum Beatum ENGELBERTVM glorificat. Henricus Archiepiscopus testis miraculi.

Finis miraculorum B. Pontificis & Martyris ENGELBERTI in loco passionis patratorum.

C

Notatio ad Caput Septuagesimum sextum.

Ita finit manuscript. ex Bibliotheca Sanctorum Chrysanti & Dariæ
D *Monasterienſis. Quod sequitur Caput ex manuscripto Colonienſis Carthusiæ vulgauit Surius.*

Caput Septuagesimum septimum.

D. Hermanni Steinfeldenſis, de sanctitate ENGELBERTI *dubitantis pœna & rursus sanatio.*

VISIO IOSEPH SANCTI MONACHI.

IOSEPH monachus Steinfeldenſis admodum religiosus & pius, hebdomada vna ante cædem Episcopi ENGELBERTI, quadam nocte intempesta Est hic S. Hermanus Canonicus Steinfel-

dianus, cuius vitã habes 7. April. apud Surium.

tempesta sub dio stabat, in siderum pulchritudine Deum creatorem contemplans. Cumque in lunam tum pleno lumine incedentem oculos intenderet, vidit aliam oriri lunam in plaga Aquilonari, cuius tanta erat lucis præstantia, vt alterius lunæ lumen propemodum obscuraret. Stabat ea re attonitus: & ecce videt cœlum à dextris patefieri, & inter eam patulam cœli partem & lunam recens ortam, quæ iam cœpit eo contendere, vbi apertum fuit cœlum, conspicit effigiem gladij, breuis quidem, sed lati, quales sunt Bauarorum. Deinde videt lunam, quæ ab Aquilone ad Orientem ascendebat, postquam gladium attigit, simul cum illo ingredi in cœlum, qua parte patescebat. Hanc quidem visionem etsi ille non intellexit, non tamen dubitauit magnum aliquid portendere. Itaque ad lectulum anxius redijt: vbi cùm paululum dormitare inciperet, turbam quandam prætereuntem sibi visus est audire, crebroque alios alijs dicentes: Eheu, eheu, Episcopus ENGELBERTVS occisus est. Inde verò satis ille coniecit, quid visio portenderet, sed non fuit ausus illi fidem commendare, dicebat enim apud se: Qui fieri potest, vt vir tam insignis & potens, tanto semper stipatus comitatu, occidatur? Quòd si verò etiam id accidat, quis credat virum totum mundo deditum, cui ad voluntatem fluunt omnia, quique tot affluit delicijs, ita continuò coronari? Sed non potuit, quod ostensum erat, non fieri. Itaque breui pòst cecidit vir tantus, suorum gladijs trucidatus, pro quo, ne caderet, suas illi potiùs ceruices debuerant obijcere. Ea igitur visionis parte completa, nondum sibi persuadere potuit vir sanctus, vt erat semper sibiipsi suspectus, martyrem esse tam citò in cœlis gloria & honore coronatum. Facta est itaque vox ad eum: Pro eo, quòd visioni verissimæ fidei oculos aduertere noluisti, dolebunt tibi oculi corporis tui: nec cessabit dolor, donec oculos cereos offeras ad sepulchrum martyris, & ex restituta salute eam, de qua nunc dubitas, certissimè comperias veritatem. Vocem hanc secutus est oculorum dolor: sed simulatque obtulit, quæ iussus erat, ad martyris monumentum, repente dolor omnis euanuit: præstante Deo ac Domino nostro, cui honor, gloria & imperium, sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Quod alio loco habetur apud Sur. ũ 7. Apr. l. expressis verbis hãc visionem explicatam esse id intellige, postquam incubuisset, vt hic.

Punitur à Deo, dũ de sanctitate martyris dubitat. Sanatur.

Notatio ad Caput Septuagesimum septimum.

Hoc

HOc miraculum in Monasterienſi Eifflię manuſcripto
A codice, alioquin integro, deſideratur. Carthuſianus manuſcriptus cum Suriana editione conſpirat. Videntur autem huius capitis verba, velut appendix adiecta & deſcripta eſſe ex hiſtoria B. Ioſephi Steinfeldenſis viri ſingulari vitæ ſanctimonia excellentis (*qui Steinfeldiam Diœceſis Coloniēſis monaſterium in Eifflia theſaurarys SS. Potentini, Felicis, & Simplicij corporibus locuples incoluit*) non ita pridem à Patre Chryſoſtomo Vonder Sterre euulgata; cum eadem ibidem rec-
B tentur, atque à manuſcripto ex Bibliotheca SS. Chryſanthi & Dariæ mutuato prætermittantur. Tempore tamen, quo viſio contigerit, differunt.

Nam Cæſarius, vel quiſquis, eius nomine, hanc appendicem adiecit eam vna vult anteceſſiſſe hebdomade; at author vitæ S. Hermanni apud Patrem Chryſoſtomum oblatam dicit, & bene, Ioſepho viſionem quatuor circiter hebdomadibus ante martyrium S. ENGELBERTI. De qua temporis va-
C rietate Eruditior conſultus vir ita in ſuis ad me ſentit.

Sequitur Diſceptatio de gemina luna à B. HERMANNO *viſa.*

ANno, *inquit*, Chriſti 1225. plenilunium Paſchale fuit 28. Martij, ac plenilunium, quod præceſſit mortem S. ENGELBERTI erat 20. Oct. Ipſe autem S. Martyr occubuit poſt neomeniam Nouembris luna 5. Vbi notandum eſt, quod plenilunium aliud ſupputetur in mathematica conſideratione, ac reſtringatur ad vnum diem, & aliter vſurpetur in oculari viſione, nam poſt primum quartale luna naturaliter creſcere ſolet, & poſtmodum decreſcere paulatim ita, vt 14. diebus luna ſuo in
D fulgore conſiſtere dici queat. Quonam igitur tempore B. Hermannus viderit ſuam, non ita præciſe poteſt determinari. Quod autem vnus textus, apud Surium 7. Aprilis, habet de quatuor hebdomadibus plus minus ante S. ENGELBERTI cædem, intelligi poſſet de primo quartali Lunæ circa 13. diem Octobris.

Et quod alter textus, 7. Nouemb. refert de vna hebdomade, reduci debet ad vltimum quartale die 27. Octob. Cęterum ſi ſcrupuloſius plenilunium inueſtigemus, iam diem illi deſignaui. Crediderim verò hanc viſionem accidiſſe nocte illa, quæ lucęſcit in feſtum S. Vrſulæ & ſocia-

rum VV. ac MM. quas B.Hermannus habuit inter præcipuas Patronas, & quas singulari veneratione prosequi solebat, ita vt videatur etiam vigilijs sacris ad hoc festum se præparasse. Ita sentio 23.Iulii 1633.] A


Hactenus, quem consului vir eruditus, quibus alio etiã cum amico meo S.ENGELBERTI per quam studioso communicatis, hoc, quod subijcio, & approbo, responsum abstuli.

Principio statuendum est, B.Hermanno Steinfeldensi visionem de S.ENGELBERTI Martyrio ac beatitudine circa medium noctis, quo matutinæ recitantur horæ, fuisse oblatam. Id enim apertè scriptor vitæ B. Hermanni, capite 59. indicat. PRIMA, inquiens, VIGILIA NOCTIS. B Vigilias autem noctium, non ea ratione, qua illas olim Romanorum castra, aut suo æuo conformiter Christus Lucæ 12. 38. sunt partiti, diuides; Sed Ecclesiæ ac Religiosorum more. Quod sequentibus author innuit verbis; Ait enim, IOSEPH VERÒ VISIONE PERTERRITVS CVM AD LECTVM PROPRIVM REDISSET &c. & capite 33. IOSEPH NON INTELLIGENS VISIONEM, CVM ANXIETATE CORDIS AD LECTVM EST REGRESSVS, &c. Ante igitur Religiosorum more incubuerat; sed interpellata quiete, ad eandem, soluto nimirum, præter singularem animi sui pietatem, officio Diuino reuertebatur. C

Deinde nec negari potest, B.Hermannum in nocturna sua contemplatione Steinfeldiæ ita sub dio constitisse, vt medius inter veram lunã, ac diuinitus oppositam lunæ imaginem hæserit, adeò vt si ad alterutrũ sidus oculos torqueret, ab illo pòst auersus ad alterius obtutum necessario conuerteretur. Ait enim B.HERMANNVM CONVERSVM FVISSE AD ALTERVM LVMEN VIDENDVM. Nã à Luna vera ad meridionalem plagam fulgente auersus, & postea conuersus ferebatur ad alteram in Aquilonari regione cœlitus ostensam. Quo igitur situ, qua plaga hic S. Hermannus lumen præter naturam sibi ostensum conspexerit, dubium esse non potest, cum dilucidè id author prodat cap. 59. SVPER EVNDEM LOCVM, inquiens, ei VISIONEM OSTENSAM, IN QVO GLORIOSVS MARTYR CALICEM SALVTARIS BIBITVRVS FVERAT. D Clarius & accuratius cap. 33. vbi B.Hermannum Aquiloni obuersum, docet à dextris hiatum seu aperturam firmamenti, à sinistris verò lunã aspexisse prodigiosam, quæ cœperit magis in orientem, versus cœli hiatum vergere, atq; in aduersum gladium incurrere, vsque dum immoto cœli hiatu recepta supra Geuelsbergam dispareret, quo in loco & visio & casus, quem portenta referebant, fuere consummata. Chasmatis igi-

tur

A tur cœli, gladijque inde penduli locus, fuit punctum id, ex quo spirat Mesaquilo, vt eum nuncupat Guilelmus Casanatus, vel vt alij, quarta Græci versus Tramontanã, diciturq; nautis Nordoſt ten Norden. Verũ quo loco orta sit cœlestis luna, aut vnde digressa ad firmamenti hiatum accesserit, non omnino perspicuum est ex verbis authoris. Diceré Colonia, cui B. Martyr præerat? dicerem Susato, Vnde recta veniebat Præsul mox in monte præmonstrato interimendus? Prohibet id Coloniæ situs. Prohibet & vrbis Susatensis, Steinfeldæ si conferatur. Nam si Colonia profectum lumen in Geuelsbergam migrasset, non ab Aquilone in orientem; sed à meridie in Aquilonem contendisset. Si verò ab Susato Geuelsbergam versus motum fuisset; tum sanè ex oriente in occi-
B dentem, aut quod magis cum Scriptoris verbis pugnat, ex oriente in septentrionem progredi Beatus vidisset, Vtrumq; autem absurdum esse, ostendunt subiecti schematis Geographici lineæ. Vt igitur ab Aquilone in orientẽ feratur Lunæ prodigiosæ cursus, haud alius hic à me ipsius ortus & initium pro-
* gressus assignari potest præter Essendiam, cuius patrocinium S. ENGELBERTO fuit Martyrij occa-
C sio. Hæc de loco ortus Lunæ martyrij prænũtię. Nunc veræ lunæ situm, qui per id tẽporis fuerit, indicabo. Expediet tamẽ priùs, quæ dicta sunt, Topographico exhibere schemate, quo & ipsa
D clariora legentibus euadant, & quæ sequuntur de Lunæ nostratis situ, facilius intelligantur. Est igitur schema tale ex accuratis Gerardi Mercatoris eo in genere versatissimi dimensionibus excerptum.



Iam verò, quod ad lunæ veræ ſitum ac locum, habitâ Steinfeldiæ ratione, ſpectat; certum eſt, eo anno, quo iſta euenere, æra Chriſti vulgata, fuiſſe Annum M.CC.XXV. fuiſſeque. A

Cyclũ Lunæ	Literam Dominicalem.	Plenilunium Paſchale die hor.min.	Paſcha Iudæorum	Paſcha Chriſtianorum.
10.	E.	27.Mar. 12. 49.	27.Mar.fer.5.	30.Mart

B

C

Quemadmodum R. P. Paulus Guldin Societatis IESV luculenter demonſtrat in quinque libris Refutationum aduerſus Caluiſii Ionchum, qui volet, adeat librum eius 3. cap. 7. & Annotationem ſextam in appendice dictorum librorum. Illudque ipſum Aſtronomicâ viâ facile demonſtrari poteſt ex Eclipſi Lunæ, quæ, referente Alberico Monacho Trium-Fontium apud Mercatorem, accidit annis 9. menſibus octo, demptis tamen horis ferè 12, ante ſanctam ENGELBERTI mortem, nimirum Anno 1216. biſſextili. C. B, 8. Martij, die martis ante feſtum Sancti Gregorij, durauitque à galli cantu ad ortum ſolis. Poſito igitur Paſchæ plenilunio, quod ſupra dixi 27. Martij fuiſſe, ſi ad diem, horam, minuta plenilunij paſchalis, adiecerimus 206. dies, 17. horas, minuta 8. pro ſeptem Lunæ reuolutionibus in ſingulas Synodos putatis 29. diebus, horis. 12. minutis 44. perueniemus ad Octobris 20. diem, 5. horam matutinam, 57. minutum, diei Lunæ, qua fuit plenilunium, ſole exiſtente in primis gradibus ſcorpionis D

nam

(nam 15. Septembr. hora 16. post mediam noctem, id est, vulgari calA culo, hora quarta post meridiem minuto 12. eo anno æquinoctium autumnale fuit) ac Lunâ in primis gradibus Tauri Soli oppositâ; ita quidem vt si nocte plenilunium proxime antegressa B. Hermannus visum habuisset, tunc Luna vera ad meridionalem plagam B. Hermanno constitisset, cœlesti luci ex aduerso Aquilone opposita; sed ab eo tempore neque quatuor sunt hebdomades, quas auctor vitæ S. Hermanni requirit, neque vna tantum, quam à Cæsario volunt esse traditam, sed tres, vti ex Ephemeride subsequente est manifestum. Accedit, quod Author vitæ S. Hermanni, disertè aliud quiddam visioni S. HerB manno oblatæ adijciat, quod nos in tertia hac hebdomade sistere non permittit. Nam Anno, inquit, Millesimo Ducentesimo Vigesimo Qvinto Circa Festvm S. Gereonis &cæt. Propter quæ vltima verba, ab illius anni die 20. Octobris & plenilunio, oportet retro in præcedentem hebdomadam abire, quæ inter dictam diem, 20. & 12. Octobris interiacet propinquior festo Sancti Gereonis, quàm sint feriæ Sanctæ Visulæ. Ista enim est quarta hebdomas ante mortem Sancti Engelberti. Siquidem eo tempore Luna vera complebatur ex die scilicet, 12. Octobris, hora post meridiem 6. minut. 46. quo C dimidiata extiterat, atque ab eodem die luna gibbosa seu semiplena in Steinfeldensi horizonte cœpit conspicua lucere à vespere ad mediam vsque noctem, & deinceps etiam vltra mediam, pro accrementi ratione, vt tuto quemuis eius hebdomadis diem assignare liceat ostento circa medium noctis exhibito. Quod si ad primam alteramve noctem post S. Gereonis festum allubet referre ostentum, dices, qui id delegeris, Lunam semiplenam occasui iam iam appropinquantem, in Aquario visam esse à B. Hermanno circa lineam horæ quartæ Steinfeldensis horizontis post meridiem. Si quis verò pleniorem volet; circa lineas horæ 3. 2. 1. pomeridianæ Lunam visui obiectam, conseD quenter affirmabit; pro vt lunam plenilunio propinquiorem fuisse arbitrario statuerit: dum tamen ex quarta hebdomade in tertiam non digrediatur. Rem totam sub oculos pono schemate partim præcedenti Geographico, partim sequenti Ephemeride.

	Hebdomades ante mortē S. Eng.	Lit. Domin.	Mensis	
		c	Oct. 10	F. S. Gereonis.
		d	11	
		E	12	☽ hora 6. post merid. m. 46.
		f	13	
IIII	IIII	g	14	
		a	15	
		b	16	
		c	17	
		d	18	
		E	19	
		f	20	☉. hora 5. ante merid. min. 57.
III	III	g	21	F. S. Vrsulæ.
		a	22	
		b	23	
		c	24	
		d	25	
		E	26	
		f	27	
II	II	g	28	☾. hora 3. post merid. m. 8.
		a	29	
		b	30	
		c	31	
		d	Nov. 1	
		E	2	
		f	3	
I	I	g	4	
		a	5	●. hor. 0. m. 19. post med. noct.
		b	6	
		c	7	S. ENGELBERTVS moritur.
		d	8	

Nec obest, quod author vitæ S. Hermanni cap. 33. scribat. Lunarem globum eo tempore pleno & inoffenso lumine refulsisse; A non enim plenam dicit Lunam, sed pleno & inoffenso lumine refulsisse, optimus suorum interpres verborum; cum quod ambiguitatis in PLENO latens, natum erat distrahere iudicium legentis, id omne sustulit Author adiecto illo INOFFENSO, vt qui suus esset sensus demonstraret, cœlo scilicet sereno, nulla nube aut vaporibus implicitam Lunam radiasse. Neque officit, quod Cæsarius vna hebdomade ante mortem S. ENGELBERTI ait visionem habitam. Multis enim modis præsenti in controuersia certior est authoritas alterius, qui vitam S. B Hermanni conscripsit. Primum, quod hic Cæsarij locus corrumpi potuit, istius minime; cum ille non hebdomadum tantùm designauerit numerum, in cuius descriptione procliue est errare; sed adiectione horum verborum, CIRCA FESTVM S. GEREONIS, amanuensium incuriam, si quæ obreperet, ostenderet qua ratione esset corrigenda. Quinimo proximum vero videtur, Cæsariũ non vna sed ĩĩĩ. scripsisse, quæ nota ab imperito manuscripti descriptore diurnando sit corrupta, cum rem tam certam suæ ætatẽ Cæsarius ignorare haud potuerit. Huc facit, quod author vitæ S. Hermanni, ac Cæsarius eodem tempore, quo hæc C gesta sunt, vixere, atque, vt non semel fatetur, familiariter etiam cum S. Hermanno sit versatus is, qui eius vitam conscripsit, quod de Cæsario vel authore appendicis non adeò affirmarim. Vide Chrysostomum van der Sterre in notationibus ad vitam S. Hermanni, vbi etiam Cæsarij locum de vna hebdomade reprobauit. Quod si fortè sit, qui nihilominus putauerit, locum Cæsarij haud emendandum esse, quasi alias cum pleno lunæ lumine non coincideret, nisi vna hebdomade ante mortem S. ENGELBERTI visionem accidisse rescriberet; attamen is nequaquam efficiet, plenilunio hanc ipsi obiectam visionem, vt ex ephe- D meride apertè colligitur, sed Luna demum deficiente & cornua sua ad occasum vergentia proferente, id est, vt cum vulgo loquar, vltimo lunæ quartali. Ideoque aspectus hic vel quadratus fuit vel sextilis. Atque ita si Cæsarij authoritatem sequeremur, alterutrum horum foret admittendum, scilicet visionem S. Hermanno aut Luna emergente supra horizontem Steinfeldensem, aut certe diurno tempore fuisse oblatam; quorum vtrumque est absurdum, & ab ipso Cæsario reiectum. Sed ecce, dum authorem vitæ S. Hermanni iterum inspicio, hanc meam sen-

tentiam

tentiam de visione non in plenilunio, sed tempore plenilunium antecedente facta, paucis verbis expressam inuenio cap. 33. ita enim scribit: A
VIDIT ALIAM LVNAM ORIRI, CVIVS CLARITAS TANTA ERAT, VT NATVRALIS LVNÆ CLARITATEM PERFECTAM PENE PENITVS OBSCVRARET. Commode sanè, & ad rem. Nam si perfecta penè. Non igitur omni ex parte perfecta fuit & plena. Nec dicas, pene referri ad verba sequentia. Quis enim quæso horum verborum foret sensus? pene penitus obscurauit? Quare eam, quam proposui sententiam, manifestè Author expressit. Ac proinde relinquitur, quarta hebdomade ante, S. ENGELBERTI mortem ipsi præsignificatam fuisse, & quidem si ita lubet, Luna in Aquario existente. B

Illustriore sanè omine, quàm cum ad XIV. Kalen. Octob. Domitiano cadente, luna in eadem cœli parte existens cruentata est. Nam per meritum Sanctæ mortis à nostro Patrono obeundæ tantum luminis est adiectum, vt obscuraretur; in illius improbi morte tantum luminis detractum; vt cruentaretur; quò creatura suo, quo potest, modo detestaretur hominis in Deum impietatem; contrà autem quàm maximè suffragaretur Martyris pietati. Quanquam & mihi non im- C
merito videatur ista lunæ obscuratio ex maioris luminis fulgore retundente minorem profecta, index quidam fuisse Colonienſis Ecclesiæ, imò vniuersæ Germaniæ Beati Præsulis morti illachrymantis. Vniuersorum enim oculis non turpi aliqua caligine, sed honestissimo lumine cœlesti, eoque felici perstrictis vbertim lachrymæ manabant. Quod vtinam aliquando cordibus nostris sparsum, & nos tibi & bea- D
tarum mentium sodalitati iunctos æternum recrearet! Verùm id omne nos tum feruentibus tuis S. ENGELBERTE apud diuinum numen precibus, tum glorioso martyrij tui merito, quo afflictos Ecclesiæ tuæ clientulos in libertatem asseruisti, confidimus obtenturos.

Sueton. in eodem cap. 16.

EPILO-

A

EPILOGVS AD LECTOREM.

SI quæ, beneuole Lector, toto hoc opuſculo, vel in alijs à me vulgandis, ſententia, dictio aut ſyllaba S. Matri Eccleſiæ Romanæ Catholicæ minus placeat, illa & mihi diſplicebit, illamq; deteſtor, ac ſcriptam
B nolo. Neque etiam de alicuius iuriſdictione aut honore quippiam cupio delibatum. Nã mihi ſedet cum omnibus, quoad fieri poteſt, Chriſtianam colere charitatem. Quod ſi quem hiſtoriæ læſit veritas, quã impugnare cupiat, quiſquis ille eſt, bellum indicat au-
C thoribus à me allatis, quorum ſententias retinui; licet eorum interdum verba mutauerim, ne perpetua ſtyli ab auctoribus vſurpati varietate cuiuſquam aut oculos aut aures offenderem. Tabulas & diplomata ſeruaui
D integra, vt ea donarem antiquitate. Interim quantulumcunque hoc laboris mei, S. ENGELBERTO Martyri ac meo apud Diuinum numen patrono, ſubmiſſe offero, ac dicatum volo. Eoque tu Lector æternum fruere ac faue.

A

COMPENDIOSA VITA S. ENGELBERTI MARTYRIS.

SANCTVS Martyr ENGELBERTVS Pacificus Archiepiscopus & Princeps Elector Colonienſis, aſſertor libertatis Eccleſiaſticæ, natus eſt anno milleſimo centeſimo octogeſimo quinto, ex ſtirpe, quã manus ſculptoris hoc libro eo expreſſit ſchemate, quo illuſtres Canonici Coloniẽſes natiuam Nobilitatem demonſtrare ſolent. Patruelem habuit Adolphum, Patruos Fridericum, ac Brunonem tertium, Archiepiſcopos, & Principes Electores Colonienſes. Bruno etiam ſecundus Colonienſis Archiepiſcopus, aui eius, & B. Euerhardus Veteris montis fundator, proaui, fratres fuerunt. Corporis forma & ingenio æquales ſuperauit. In ætate tenella innocens adhuc, agnatorum ſtudio, pluribus ſacerdotijs oneratus fuit, nam reperitur Metropolitanæ, Sancti Seuerini, ac Sancti Georgij Præpoſitũ egiſſe. His ditatus opibus, malorũ illicibus, à ſalutis via minimè diuertit, Deo omnia erga diligentem ſe cooperante in bonum. Vbi annos diſcretionis attigerat, mortuo Hermanno Cattimeliboco Monaſterienſium Antiſtite, oblatam infulam non acceptauit, quod duo de viginti annos natus, per ætatem & experientiam iudicaret ſe tali oneri non eſſe ferendo. Egreſſus trigeſimum ætatis ſuæ annum, Eccleſiam Colonienſem trium, qui ſe anteceſſerant, Archiepiſcoporum & Principum Electorum ſchiſmate grauiter quaſſatam, ſuſcepit A.C. milleſimo duceteſimo decimo ſexto die vigeſima octaua Februarij, omniũ ſuffragijs electus, & in feſto Sanctorum Philippi & Iacobi à Cardinale S. Potentianæ Petro [qui eo ipſo tempore Norinbergæ comitijs à Friderico Rege habitis intererat] nomine ſanctæ Sedis Apoſtolicæ confirmatus eſt, atque à Friderico Regalibus donatus. Electionis tempore tanta cum corporis valetudine confligebat, vt nec pedibus conſiſtere poſſet, ad quam virium imbecillitatem aliæ grauiſſimæ accedebant difficultates; nam præter hactenus depopulatas igne, ferro, & rapina Prouincias, Limburgi Ducem, Cliuiæ quoque & Lutzenburgi Comi-

B

C

D

tes,

tes, etsi sanguinis aut affinitatis vinculis iunctos, inimicos habuit, ma-
A laque hæc alia calamitas comitabatur. Cum enim Innocentio tertio [cuius fauores pridem meruerat] Honorius itidem tertius succederet, & eundem ENGELBERTVS noster pallium pro more rogaret, hoc illi negauit, donec nomina, quæ tempore dissidij, antecessores fecerant in vrbis curia, expediuisset. Adeò fuit his difficultatibus omnib. superior S. ENGELBERTVS, vt disputare merito possis, iustitiane an fortitudine excelluerit, nam quod ad iustitiam attinet, creditoribus Romanis exsolutione quadraginta quinque millium aureorũ [vti nos æstimamus] satisfecit. Quod ad fortitudinem; hostes suos ita compressit, vt ne quidem mutire auderent, & fratre suo absque hærede masculo mortuo, co-
B mitatum Montium administrans, sibi, quo ad viueret, subditos habuit obsequentissimos. quin & primus pacem prouincialem ac publicam stabiliuit, idque tunc maxime, cum ex nominis celebritate à Friderico secundo, Prorex Romani Imperij per Germaniam, & Henrici filij sui Tutor constitutus fuit. Qua Prouincia cum timore susceptа, impiger prorsus in laboribus, fortis in periculis, prudens & peritus in rerum vsu, puerum Regem educauit, vt filiũ; honorauit vt Dominũ, quin & Electoralis ac Proregalis fastigij dignitatem miro splendore tu-
C tatus est. Vt enim auctoritati existimationem conciliaret, nec expensis parcere, nec Principe dignam corporis custodiam minuere vnquam voluit, quamuis splendor ille externus in adhibita corporis custodia, ob insidias euitatas, quod iustitiæ zelo in quoslibet reos sine discrimine feruebat, etiam pœne necessarius fuerit. Magnificentia hæc sancti Principis Ioannem Hierosolymorum Regem, Coloniam aliquando exciuit, Franciæ quoque, Angliæ, Hungariæ & Bohemiæ Reges amicos fecit. Id compertum est, neminem Archiepiscoporum, qui Colonienſi ante S. ENGELBERTVM cathedræ insederunt, eum gloria, diuitijs,
D potentia præiuisse, excepto B. Brunone eius nominis primo, Henrici Aucupis filio, Ottonis magni fratre. Tanta eius in toto imperio erat auctoritas, vt solo literarum, chirothecæ vel alterius signi præsidio itinera tueretur. Tegebat vero sub hoc magnificentiæ pallio, tenerrimam conscientiam & insignem vitæ sanctimoniam. Nam Deum & Deiparam summopere colebat, pro redemptione terræ sanctæ, cruce signatus est, Ecclesijs veteribus dotatis, nouas erigebat, austeros & mendicantes ordines in diœcesin introduxit, pauperes sacerdotes præteritis viris Nobilibus frequenter mensæ suæ adhibitos, suis vestibus vestiebat: Vi-

duis, oppressis alijsque miseris ad ferendam opem beneuolus erat & omni hora paratus. Porro Ecclesiam Colonien sem post omnis æris, A quo premebatur, dissolutionem, bonorumq; vel alienatorum vel subtractorum recuperationem, nouis prædijs varijsque possessionibus locupletauit atque auxit, illius clausstra ciuitatibus & arcibus cinxit; totamque Prouinciam ab omni hostili incursu potenter defendit. Famis tempore annonam ex alijs diœcesibus copiose inuehebat. Ædem denique metropolitanam liberali censu annuo in augustiorem Basilicam erigere sategit. His alijsque districtus negotijs, licet plures haberet in Episcopalibus Vicarios, functiones nihilominus Pontificales ipsemet B magna cum astantium ædificatione exercuit, & quidem tantæ dignitatis munera in luce atque oculis omnium; splendido ornatus cultu administrabat, interim animum dolore liquescentem, manantes oculis lachrymæ testabantur. Pari pietate paucis ante Martyrium suum diebus, ad quod se præparasse videtur, apud Conradum Mindensem Episcopum totius ante actæ vitæ errata, sacra exemologesi expiauit, tanto animi dolentis sensu, ac si isto die, diuino sistendus esset iudicio; tanto lachrymarum imbre, vt totum eius pectus inundaret. Hic Diuinus Antistes tam varijs ornatus dotibus, imò DECVS, VITA, AC SALVS REIPVBLICÆ, quem Christiani orbis Principes ac Reges mirificè suspiciebant, infœlici parricidæ manu ob defensionem Ecclisiasticæ libertatis, ex insidijs horrendum in modum trucidatus occubuit, auctore Patruelis eius filio Friderico ad Ruram comite, quod ipsum ex paterna sua solicitudine, iussu & auctoritate Honorij Tertij Romani Pontificis, atque Friderici Secundi Imperatoris, à detestabili Ecclesiæ Essendiensis oppressione ad saniorem mentem omnibus modis studuisset reuocare. Martyriũ consummauit septimo Idus Nouembris, sole vergente ad occasum, anno gratiæ millesimo ducentesimo vigesimo quinto, ætatis vero suæ quadragesimo, cum sedisset annos fere decem. D

Martyrium eius à viris sanctis eo, quo contigit modo, prædictum est & declaratum visionibus, plurimisque miraculis. Recensentur enim in historia eius cœcitate nouem liberati, surdi quatuor, vndecim à paralysi & febri, totidem claudi & manci, octo contracti, muti duo, & mortuus vitæ restitutus, atque à diuersis alijs malis viginti & quinque curati. Nec miraculorum quotidiana frequentia remisit, donec omnes parricidij rei pœnam dedissent, inter quos Fridericus comes, anno post perpetratum facinus euoluto, ante portam Sancti Seuerini

rotæ

rotæ impositus, per Beatissimi Martyris meritũ summa obijt pœnitudi-
A ne. Illustriorũ miraculorum illustres testes laudantur primo Godefridus Arnsbergensis comes, qui martyris viscera post quatuordecim hebdomadas illæsa & integra vidit.

Secũdo liberata à partus difficultate Geldriæ comes Sophia Brabãtica.

Tertio Henricus Archiepiscopus & Princeps Elector Colonienſis, quo præsente paralyticus sanatus est.

Demum comes Hermannus Aduocatus Colonienſis curatus à doloribus lateris & mortis ereptus periculo.

His accensendi quinque vitæ sanctitate excellentes qui eadem mi-
B racula nobis testata reliquerunt. Quos inter primus ipse vitæ commentator Cæsarius menologio Cistercienſium Sanctorum inscriptus. Alter B. Henricus ex Canonico S. Cuniberti Veteris montis Religiosus à cruris infirmitate sanatus. Tertius Beatus Henricus de Berge Abbas Heisterbacensis, cuius frater amissum pedum vsum recepit. Et quartus Beatus Hermannus Steinfeldenſis Canonicus, oculorum sanitatem voto concepto obtinuit, huic ante Sanctissimi viri necem luna gladio transfixa martyrij prænuncia, ostensa & diuinitus explicata fuerat. Denique B. Conradus Portuensis Episcopus & Cardinalis, qui
C B ENGELBERTVM in concilio Moguntino Martyrem declarauit, quare meritò hæc Romano Martyrologio verba inscripta. *Coloniæ Sancti* ENGELBERTI *Episcopi, qui pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, & Romanæ Ecclesiæ obedientia martyrium subire non dubitauit.*

Huius sanctissimi Archiepiscopi virtute & meritis permotus Sereniſſimus & Reuerẽdissimus Dominus FERDINANDVS Archiepiscopus & Princeps Elector Colonienſis, ad excitandam populi pietatem dignosque tanto Antistite honores impendendos, quo his calamitosis
D temporibus, parata eius experiantur Patrocinia, cum precũ Canonicatũ recitatione, tũ sacri oblatione celebrari curauit, sacraq; ipsius lipsana anno milleſimo sexcenteſimo vigeſimo secundo, die sexta Augusti celebri eleuatione honorauit. Quem cultum Martyri acceptum fuisse, 1622.
inde collegimus: quod fidei & Ecclesiasticæ libertatis hostes anno euoluto, eadem die sexta Augusti, integro prælio prostrati sunt in 1623.
Westphalia, quam S. ENGELBERTVS quadraginta & septem vulneri- 6. Aug.
bus consecrauerat.

Orãdus Deus, vt suã SERENITATEM, quæ ampliori Martyris honori studet, eidemq; Hierothecam argenteã fieri iubet, deprecante Martyre amplioribus triumphis beet.

AVCTA-

A

AVCTARIVM HISTORIÆ S. ENGELBERTI MARTYRIS.

PLACVIT hic ex resectis aliqua, quæ superioribus lucem sint allatura, subijcere; partim ne quis nominum quorundam homonymia captus in errorem ducatur, partim etiam, vt ciues meos à maiorum suorum erga Cæsarem ac Principem suum fidelitate commendarem; in summa enim rerum perturbatione ac periculosissimo Imperij schismate, fidei suæ tenaces Imperatorem ac Principem suum rebus omnibus iuuerũt; licet circumcirca ferrum flammamque experirentur hostilem, ac hostem mœnibus suis viderent impendentem; attamen summa animi constantia & magnitudine hostem reiecerunt. Quinimo varijs pressi calamitatibus alios haud destituêre principes Catholicos in terris militantes remotioribus, sed ijs ex profusa liberalitate, pecuniarum affatim, ne belli vnquam neruus illis deesset, subministrarunt; vt videre licet ex Oliueri ad S. ENGELBERTVM nostrum literis, quas paulo post subijciam.

B

Fides & constantia Colonienſium vetus

C

PAGINA 9. LIT. C. §. *Seinarda Brabantæ filia.*

Seinardæ Brabantæ meminit Henricus Aquilius in Chronico Geldriæ, in Henrico I. Nassouio, Comite III. Ait enim: *Duxit* (Henricus) *Seynardam filiam Godefridi Ducis Brabantiæ* &c. & Petrus Scriuerius in addit. ad eundem, inquit, *Seynarda hæc siue Seynara, quemadmodum ab alijs indigitatur, filia fuit Godefridi III. Godefridi II. F. Godefridi Brabanti N. videantur Ponti Heuterij & Ioannis Baptistæ Grammai Genealogiæ Ducum Brabantiæ.* Hæc quidẽ, fateor, ab Haræo in annalibus Ducũ Brabantiæ præteritur, sed ab alijs, quos attuli, nequaquã. A Lazio cõstituitur filia Godefridi (à Bullion) postea Regis Hierosolymitani, verum hic cęlebs fuit & ipsi reclamant, quotquot vidit Scriuerius, Chronologi oẽs; subdit Scriuerius, *ab eodẽ*, inquiens, *Reusnero, Comiti Henrico, filia vnica N. attribuitur nupta Engelberto Comiti Montensi siue Bergensi, mater videlicet Adolphi Comitis de Monte & S.* ENGELBERTI *Archiepiscopi Colonienſis. Hæc omnibus alijs indicta est atq; ignora-*

Seinarda Brabanta auia S. Engelberti.

D

A *rata annalibus Gelricis.* Verum de hac manuscrip. Geldricus ita loquitur; *Henricus Tertius, Comes Geldriæ & Zutphaniæ, Rexit 31. annis, mortuus est anno 1162. sepultus est in Monasterio Campensi (vulgo Camp) cum vxore sua, quæ Gerardi Ducis Brabantiæ filia erat, ex qua suscepit Gerardum, Ottonem Comites Geldriæ, & Albertum secundum Leodiensem, Mariam Com. de Loen &* MARGARETHAM *vxorem Engelberti Com. de Monte.* Videatur & Ioannes Orlerius in Stemmate Nassouico.

PAGINA 10. Minus concinnè in Cliuensium insignibus sceptra, vt in cæteris leones, cælatoris culpa sunt expressa. Rudenbergensium canis cum tribus auiculis, & trabe est expressus, vt eum olim *Godefridus Nobi-*
B *lis vir de Rudenberg* referebat; Cæteroqui Rudenbergensium imagines canem vt plurimum sine trabe & auiculis repræsentant.

PAG. 12. Lit. A. §. Sicambros & Geldros olim trans amnem Rhenum habitasse author est Ptolomæus, qui & eos Syngambros vocat, & Suetonius in Augusto. Idque ex tractuum, quos incoluerunt, finibus facile est intelligere. Nam qui nunc Geldri audiuãr, olim Sicambros nuncupatos, testis est Sidonius Apollinaris, qui in epigrammate ad Maioranum, inter alia ita ait,

Sic ripæ duplicis tumore fracto
C *Detonsus VVahalim bibat Sicamber.*

Qui enim Wahalim ab altera Rheni parte bibunt populi Geldri, hoc tempore nuncupantur; Hos verò Sicambros vocitat Sidonius. Vnde Clodouæus Francorum Rex videtur Gelder, quod sacra tingendum aqua, his affatus feratur fuisse verbis S. Remigius.

--------*Depone mitis colla Sicamber.*

Deinde Franci, quorum non minima portio sunt Sicambri, (vt testis est Gregorius Turonensis lib. c. 9. hist. Francorum, & Claudianus ita aiens:

Ante Ducem nostrum flauam sparsere Sicambri
Cæsariem, pauidoq; orantes murmure Franci.]
D non cis, sed vltra Rhenum habitauere. Nam præcipua Francorum sedes Gregorio Turonensi dicitur Dispargum, quod Dusburgum vltra Rhenum esse omnino existimo. Accedit quod Franci, authore Marcellino lib. 17. olim fuerint appellati Salij, qui Transisulanam inhabitauere prouinciam, prout tabula antiquæ Frisiæ in Transisulana prouincia indicat, & arguunt hodie Oldensalienses, seu veteres Salij nuncupati. Denique vlterioris Rheni accolas fuisse Sicambros, antiqua ostendunt monumenta, quæ illorum etiamnum retinent nomina. Vt patet

in

in Sigen oppido, ac nobili Comitatus Bergensis Abbatia Sigenberg. Quod si dicas à Siga fluuio illa appellata. Esto. Annon ab eodem etiam A fluuio Sicambri vel Sigambri nomen suum sunt mutuati? Sed vnde arx Sigeburg, haud procul à Wetter Ruræ impendens nomen suum obtinuit? nõne à Sicambris? Quare Sicambros Geldrosque Ducatu Montensi, Westphalia, Transisulania, finitimisque regionibus olim contentos arbitror, vt mirum non sit, posteros Geldriæ Comites principesque certa municipia bonaque ad Sigam fluuium & vicinos tractus possedisse. Qui plura volet, legat Abrahamum Ortelium in suo Thesauro Geographico, vbi diuersas recitat authorum, Cæsaris & Strabonis &c. B sententias. Legat & Rhenanum lib. 1. rerum Germanic. & Adrianum Iunium in sua Batauia. c. 8.

PAGINA 13. Lit. C. §. Theodericus Comes. Nõ Thodericus, sed Adolphus hic ponendus est, parens Euerhardi & Adolphi, quem omnes Historici, quotquot adhuc legi aut vidi, neglexerunt. Fingunt enim ab Vrsinis ex Italia prodeuntibus hos duos fratres esse proseminatos. Verum refutantur à Sigewino, qui Ecclesiæ Colonien si, sub ann. 1079. præstitutus, & obijt anno 1089. Hic enim in literis suis (quas dedit de Kleinsorg. Ecclesia Bremensi) Euerhardi patrem non Vrsinum, sed Adolphum C Catalog. appellat. Nam ita ait: *Adolphus & filius eius Euerhardus* &c. Neque dicas, Episc. Col. Adolphum cognominatum Vrsinum. Nam hoc refellitur ex literis B. Annonis; vbi non Vrsinus; sed vel *Aduocatus de Monte* vel absolutè *de Monte* nominatur. Quippe *Adolphus*, in priuilegio B. Annonis, quod sub ann. 1068. Imperiali S. Ludgeri monasterio Werdenæ de Villis & decimis dedit, appellatur *Aduocatus de Monte*; absolutè verò *de Monte* nuncupatur in literis eiusdem B. Annonis Archiepiscopi Colonien s. de anno millesimo quinquagesimo septuagesimo quarto Kalend. Octobr. *præsidente*, vt inquiunt, *Romanæ Ecclesiæ Gregorio Papa VII. Pontificatus sui anno primo, regnante gloriosissimo Rege Henrico eius nominis quarto, anno regni sui* 18. D *Episcopatus nostri* 20. *datis*; quibus de donatione bonorum Colonien si & Nouesien si Ecclesijs facta ab Euerardo Cliuen si Comite & Berta eius coniuge Ludouici Bauariæ Ducis filia, Caroli M. pronepte, agitur. In ijs enim testes laudantur, *Anfridus Episcopus de Traiecto, Megenhardus Episcopus Paderbornensis, Hermannus Præpositus maioris Ecclesiæ Colonien sis, Gerardus Decanus eiusdem Ecclesiæ, Arnoldus Præpositus S. Seuerini Colonien s. Linso Præpositus S. Ludgeri in VVerdina, VVillebrandus, Anfridus, Heruo, Berengarius, & alij quamplures Monachi eiusdem Eacle sia: Otto Comes de Zutphen, & Geldria*, Friderricus

ricus Comes de Arnsberg, Henricus frater eius, *Gerardus Comes de Hoste-*
A *den, Rutzu Comes de Hegenbach, Godefridus filius eius, Hermannus de* *Nornemth, *forte Nort-*
Adelbertus de Saffenberg, ADOLPHVS DE MONTE; *De Ministerialibus verò, vt* *heimb vel*
aiunt, nostris testes prædictorum sunt, Arnoldus Aduocatus, Ernestus filius eius, Adel- *Norvenich.*
bero, Cigiboldo, VVitego, Renthero, Gervvardus, Guntherus, Mazzo, Mecalfus, A-
delhardus, Reinoldus, Ochimus, Arnoldus Meginzo, Tetilinus & alij quam plures.
Acta sunt hæc Coloniæ, Anno &c. in die dedicationis Maioris Ecclesiæ nostræ Colo- Quando
nienſis &c. Vnde consequens est, non Vrsinum aliquem, sed Adolphum maior Ec-
hunc Adolphi & Euerhardi esse parentem, vt iam ostendi & expresse clesia Co-
in Genealogia quadam manuscripta illum Adolphum (quem simul de- lonienſis
B signat filium Ottonis viuentis circa annum 1068.) notatum vidi ge- dedicata.
nitorem; quamuis Reuerendissimus & Illustrissimus D. Ericus de Lim-
burg, Comes de Styrum Ecclesiæ Maioris Colonienſis Præpositus
& in Genealogijs studiosus ac fœlix indagator, in Comitum Altena-
norum Genealogia, quam sua conscripsit manu, velit & nuncupet eum
Theodericum. Quem quidem inuenio in literis Conradi Imperatoris
ex Archiuo Vltraiectensi, de anno MCXLV. Indictione VIII. 6. Kalen.
Nouembr. sed non reperi parentē alicuius nominari. Quod vt constet
clausulā & omniū subijcio testium, qui in ijs literis afferuntur, nomina:
C *vt autem hæc ab omnibus credantur & incomulsa omni deinceps tempore conseruen-*
tur, hanc inde chartam scribi, & aurea bulla nostra insigniri iussimus manuq; pro-
pria, vt infra videtur, corroborantes, idoneos testes, qui præsentes aderant, subternotari
fecimus: quorum nomina hæc sunt. Anselmus Hanulbergensis Episcopus, Conradus
frater noster & eiusdem Ecclesiæ Præpositus, Emo Præpositus S. Saluatoris, Conradus *Al. Temo.*
Tielensis Præpositus, Arnoldus Præpositus S. Mariæ, Luitbertus S. Petri Præpositus,
Anselmus Decanus S. Ioannis, Simon Camerarius, Henricus Comes de Geldre, Go-
defridus de Arnsberg & frater eius Comes Hermannus, THEODERICVS DE
ALTENAE, *Adelbertus Comes de Norvenich, Godefridus Præfectus Norinbergensis,*
D *Robertus Comes de Lutzenburg, Godefridus de Rinnen & filius eius Hugo, Giselber-*
tus filius Hugonis Aduocati, Gerardus de Marten, Alardus de Megene, Iordanus de *Al. Marcen.*
VVindesheim, Godefridus de VVekene, Peregrinus de Campfelde, Lithardus de De- *Al. Desemb.*
senheim, Alardus de VVissenburs & frater eius VVinnemarus, Theodericus de Buc- *Al. VVirenk-*
keshorst, & frater eius VVerenboldus, VVilhelmus Comes Gorensis, Rudolphus de *boldus.*
VVia, Otto de Malberch, Euerhardus Critholman, Henricus de Pappenheim Mare- *Al. Crichel-*
schalcus noster, Henricus Freso, & frater eius VVigerus, Henricus de Boninge, Arnol- *man.*
dus de Rodenburg dapifer noster, Conradus Pris Pincerna, Tibertus Camerarius, *Al. Cibertus*
VVolterus de Louenhusen, Marquardus de Grombach, Conradus de VValresteim, *vel Tiberius.*

Tibertus de Spieleberg, Otto Præfectus Traiectenſis, Albertus Telonarius, Rudolphus, VVarnerus, VValterus, & filius eius Henricus, Eckbertus de Anneſtele, Bertholdus de Aldenſelon, Iacobus de Saterslo. Signum Conradi Romani Regis II. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Anno Dominicæ Incarnationis MCXLV. Indictione VIII. 6. Kalend. Nouemb. Regnante Conrado Rom. Rege ſecundo, anno vero regni eius octauo. Data eſt apud Traiectum in Chriſto feliciter Amen. A

Al Bertholphus.

Deinde hic Adolphus non is fuit, qui duxit Adelheidem Arnoldi II. filiam. Nam iſte ab omnibus perhibetur eſſe Euerardi frater. At verò huius Euerardi pater non frater fuit ille Adolphus, de quo nos. Siquidem, vt modo vidimus, hic Euerhardus à Sigevvino nuncupatus fuit Adolphi filius. Non igitur is eſſe poteſt Euerardi frater qui Aleidem duxit vxorem. Facit, quod Adolphus prior, mortuus ſit anno 1132. vt habet Genealogia quædam manuſcripta, vel anno 1136. vt teſtantur manuſcripti Altenani: Adolphus verò frater Euerardi cum ſuo fratre obierit anno 1152. vt ijdem docent manuſcr. & D. Myræus ex archiuis veteris mõtis ſibi conſtare, datis ad me literis ſcribit. Reliquũ igitur eſt, Adolphum Adolphi poſterioris eſſe parentem. Vter autem ſit, cuius ſit mentio in priuilegio Lotharij Imperatoris pro monaſterio Claholtz ſub ann. 1134 Reſpõdebis Adolphum iuniorem, ſi parentem ann. 1132. obijſſe ſtatuas; ſin verò adhuc velis vixiſſe, parum refert, ſcire, vter fuerit, cum parens deſignari potuerit, quod dicas eum illo tempore adhuc vixiſſe, & anno demum 1136. obijſſe. Certè poſteriorem Adolphum eſſe, cuius meminit Conradus Imperator in literis ex archiuo Vltraiectenſi, arguit ipſe annus, quo datæ ſunt, nim. ann. 1145. Hi verò in ijs teſtes nominantur: *vt autem hæc noſtra donatio, donum, & priuilegium Regia magnificentia voluntaria ac liberaliter conceſſa, eiſdem perpetua ſint & rata, & credantur ab omnibus, & inconuulſa omni deinceps tempore conſeruentur, hac in charta conſcribi iuſſimus manu propria, vt infra videtur corroborantes, Ideoneos teſtes qui præſentes aderant ſubternotari fecimus; quorum nomina hæc ſunt, Anſelmus Hauelbergenſis Epiſcopus, Albero Leodienſis Epiſcopus, VVernerus Monaſterienſis Epiſcopus, Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus, Vdo Oſnaburgenſis Epiſcopus, VValramus, Dux VVilhelmus Comes Palatinus, Henricus Comes de Zutphene, Arnoldus Comes de Cluo,* ADOLPHVS COMES DE MONTE, *Henricus Comes de Geldre, Conradus frater noſter Præpoſitus Sancti Bonifacij, Conradus Tyelon Præpoſitus, Godefridus de Rene, Alardus de Megene, Otto Præfectus Traiectenſis, Egbertus de Amſterlo, Bertholdus de Aldenſeel, Iacobus Satersloe. Signum Domini Conradi Romano-* B C D

Kleinſorg.

manorum Regis III. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepi-
A *scopi & Archicancellarij recognoui. Anno Dominicæ Incarnationis.* MCXLV. *Indict.* VIII. 15. *Kalend. Nouemb. Regnante Conrado Romanorum Rege* III. *anno vero regni eius* VIII. *Data apud Traiectum in Christo fœliciter.*

Deinde vixit parens tempore Henrici III. mortui 1057. Henrici IV. obeuntis 1106. Rudolphi, Conradi, Henrici V. & aliquamdiu *cum Lothario*; Filius verò Adolphus, *tempore Lotharij*, Conradi, & vsque ad Fridericum Barbaroſſam, qui anno 1152. 4. Martij omnium Principum conſenſu Francofurti electus eſt Imperator. Ideoque cum vterque tempore Lotharij vixerit, alteruter illorum ex poſteriore ſententia potuit
B teſtis laudari. Porrò Adolphus filius eſt, qui cum fratre ſuo Euerhardo fundauit & dotauit Veteris Montis monaſterium, arce in Abbatiam commutata, in quam fratres de Morimundo ſub ann. 1133. immigrarunt, vnde hi leguntur verſus.

Anno milleno, centeno, terque deceno,
Cum tribus, vt natus patris, eſt de virgine natus,
Hic in honore Dei lux craſtina Bartholomæi
Dat prius optatum Morimundis habitatum.

Primus illis præfuit Berno; Nam, vti legitur;
C *Abbas eſt Berno primus de Monte Veterno.*

Verum vt manifeſtius errorem illum de Vrſinis, multorum, qui ſibi Euerhardi & Adolphi parentem ex Italia veniſſe perſuaſiſſimum habent, animis eximam, paululum illos ad maiorum noſtrorum literas & monumenta ſeducam, ex quibus certum eſt, Comites Altenanos & Montenſes ab Aduocatis Tuitienſibus, eſſe profectos. Nam ſigna Aduocatorum Tuitienſium diplomatibus antiquis appreſſa Comites denotant Altenanos, vti felicis recordationis frater meus ex inſpectis curioſius diplomatibus aduertiſſe ſe notat in vita S. Heriberti ab ipſo conſcripta Hos verò aduocatos ætate & tempore Adolphum Euerhar-
D di & Adolphi parentem præcucurriſſe palam eſt. Nam Adolphi & Hermanni fratrum Aduocatorum ſeu DEFENSORVM Tuitienſium fit mentio in litteris S. Heriberti, quas dedit Monaſterio D. Matris Tuitienſi ſub ann. 1009. de Zudendorff, quæ nunc Zundorff appellatur; ita enim inquiunt: *Signum Egilvvardi cuſtodis, ſignum Folberti Abbatis, ſignum Erenfridi Diaconi noſtri, ſignum Chriſtiani Comitis, ſignum Gerardi defenſoris domus, ſignum* HERMANNI DEFENSORIS TVITIENSIS Eccleſiæ, ſignum fratris eiuſdem Adolphi, *ſignum Gerardi Iulienſis, ſignum Giliſonis Comitis,*

Origo verior familiæ Altenanæ.

anno

anno Dominicæ incarnationis milleſimo nono, indictione 6. Kalendis Martij. Quin imo fit eorum mentio ſub ann. 1003. Nam ita in literis quibus S. Heribertus anno Dominicæ incarnationis 1003. indictione 1. Kalend. Aprilis, anno D. Henrici ſecundi glorioſiſſimi Regis dedit decimas Remagenſes Monaſterio Tuitienſi. Ita verò habent: *Signum VVilekini Præpoſiti S. Petri, Signum Aluoldi Præpoſiti S. Gereonis, Signum Guizonis Præpoſiti S. Victoris, Signum Reggmardi Capellani, Signum Chriſtiani Comitis*, Signum Hermanni Aduocati Diuitenſis Eccleſiæ, *Signum Beliſonis Comitis, Signum Gerardi anno* &c. A

In alijs quoque literis eodem die datis quibus in Eſchwiler, Arvviler, & Puire eidem monaſterio aſſignat, ait: *Signum VVickeri Præpoſiti S. Petri, Signum Arnoldi Præpoſiti S. Gereonis, S. Guizonis Præpoſiti S. Victoris, Signum Reginhardi Capellani, Signum Chriſtiani Comitis*, Signum Hermanni Aduocati Diuitenſis Eccleſiæ, *Signum Beliſonis comitis, Signum Gerardi anno* &c. In alijs de anno 1003. indictione prima 14. Kalen. Iunij. Anno Domini Henrici ſecundi glorioſiſſimi Regis I. Heriberti vero Epiſcopatus tertio, vbi eidem monaſterio donat prædia in Merrhem, Stockhem, & Gutterſvvick, *teſtibus VVigero Præpoſito S. Petri Aluoldo Præpoſito S. Gereonis, VVerinzone S. Cuniberti, Guitzone S. Victoris Reinoldo Capellano, Sigizone S. Seuerini* & paulo poſt *ſignum Baldrici comitis, ſignum Franconis, Signũ* HERMANNI, *Signum Rudebei, Signum Gerardi, Signum Chriſtiani, anno &c.* & in literis donationis curtis Rode & Dielchem. *Teſtibus VVigero Præpoſito S. Petri, VVerinzone S. Kuniberti, Bigezone S. Seuerini. Laicisq; fidelibus quorum hæc nomina inſeruntur. Signum Franconis, Signum Ruperti, Signum Gerardi, Signũ* HERMANNI, *Signum Chriſtiani, Signum* ADOLPHI, *Signum Tymonis, Signum VVezelini anno Dominicæ Incarnationis 1003, indict. prima 14. Kal. Martij, anno Domini Henrici ſecundi glorioſiſſimi Imperatoris, primo, Heriberti verò Epiſcopatus tertio,* & poſtremo in ipſis literis plenæ inſtitutionis Tuitienſis Monaſterij, B. Heribertus ſic finit tabulas, *Signum Notkeri Leodienſis Epiſcopi, Signum VVickeri Præpoſiti S. Petri, Signum Aluoldi S. Gereonis Præpoſiti, Signum Erckonis Præpoſiti S. Victoris, Signum Sigeronis Præpoſiti S. Seuerini, Signum VVerinzonis Præpoſiti S. Kuniberti, Signum Reginhardi Capellani, Signum Abbatis Folgerentẽ cum perti, Signum Abbatis Heliæ, Signum Chriſtiani Comitis,* SIGNVM HERMANNI DEFENSORIS EIVSDEM TVITIENSIS ECCLESIÆ, SIGNVM ADOLPHI FRATRIS EIVS, *Signum Gerardi Defenſoris domus, Signum Gerardi Iulienſis, Signum Beliſonis Comitis. Anno Dominicæ Incarnationis* M. XIX. *Indictione ſecunda, 5. Nonas Maij, Anno Domini Henrici Glorioſi Imperatoris* XVIII, *mei vero* Epiſco-

B C D

NB. *In originalibus tabulis ſigillum S. Heriberti figura rotundum repræſentare Epiſcopũ Vmbilico tenus, quãtum cognoſcere potui B. Petrum Apoſtolum pedũ Epiſcopale hac epigrapha: Heribertus ſervus S. Petri*

Episcopatus XXI. *acta sunt hæc*, &c. Ex his apertum est Adolphum cuius
A fit mentio in his literis non esse eum, quem ostendimus ex alijs literis Euerhardi parentem. Nam cum hic obijsse perhibeatur anno 1132. vel 1136. vel 1147. vt vult Rosarius, & ille vixisse dicatur ann. 1003. & sat prouectæ fuisse ætatis cũ fratre annis superiorib⁹ graui legatione perfũcto, vt iã dicã: haud est vero simile eundẽ esse Adolphũ, nisi Adami vel Noemi ætatẽ velis illũ vixisse, quod nemo admiserit. Ideoq; hic illũ ætate præcesserit necesse est. Quod verò hic Adolphus Defẽsor Tuitiẽsis fuerit Comes, ostẽditur ex eo, quod frater ipsius Hermannus expresse
B perhibeatur à Lamberto Monacho Leodiensi in vita S. Heriberti manuscript. ad ann. 999. Comes & missus Legatus post Euergeri Archiepiscopi Colonien sis obitum ad Ottonem III. Imperatorem, vt S. Heriberto in Archiepiscopatu succenturiato insignia Archiepiscopalia pedum &c. multorum suffragijs oblata ab Imperatore obtineret, quæ etiam obtinuit. *Ita autem* ait Lambertus, *Ordinantur maiorum meliores ex Clericis, qui commune decretum Italiæ, cum pastorali baculo perferant ad solium Cæsaris, cum quibus per totius in idipsum ascensu militiæ destinatur* COMES HERMANNVS VIR PROBVS ET NOBILIS. *Nulla sit dilatio properantium ne*
C *quis malignantium fraude præoccupet salutem ciuium expectantium, & quia moris est Principum accusare moras tardantium talia portantium. Post tot igitur immensos viæ labores tandem ad Augustum iam pridem Roma egressum perueniunt insignia præsulatus ipsi prostrati exerunt, legationem suam & suorum clementer expetunt acceptari, quam sine vitio & integra fide constabit ordinari. Releuat eos Imperator benigna consolatione & in spem suæ petitionis inducit, fixa promissione & si qui essent qui obuiare prætentarent huic vnanimitati procul dubio repellerentur importunitate sua iure repudiati. Taliter à conspectu eius egressi succedunt hospitio, iter suum & causam committentes Individuæ Trinitatis arbitrio* &c. Vide & de hac legatione S. Rupertum. Deinde, quod idem fuerit Comes de Monte, qui
D Aduocatus Tuitiensis, aperte satis colligitur ex Godefrido Panthaleonita, qui ad ann. 1205. tradit, Tuitiense castrum, vt ipse ait, fuisse stipatum militibus Adolphi Comitis de Monte ex ipsiusque *Comitis domo* plurimum ciuitati Colonien si nocitum, vt paulo post ex Godefrido docebo. Iam verò cuius est collocare in vrbibus aut castris præsidia? nonne protectorum seu Defensorum? Quare cum Comes Montis suũ in castro Tuitiensi collocarit militem, ipse ipsius fuerit Aduocatus & Protector. Quod & antiquæ testantur literæ. Porrò Comites de Altena & Isenberg descendere ex Comitibus de Monte seu eosdem esse,

nemini dubium esse poterit, qui Cæsarium legerit. Qui verò volet re-
petat lib. 2. vitæ S. ENGELBERTI, vbi id manifeste satis ostenditur. Nec A
retardet quempiam, quod in castro Tuitiensi domum Adolpho Mon-
tensi Comiti fuisse tradiderim ex Godefrido. Nam cum hic ea ætate
Coloniæ habitauerit, non poterat id illi non constare; ideoque Adol-
pho domus in ipso castro omnino est concedenda. At inquies, castrum
iam ante à S. Heriberto erat in Monasterium conuersum. Fateor, non
ita tamen, vt excluserit Adolpho Comiti omnem habitandi occasio-
nem, cum etiamnum rudera, & in Rheni ripa turrium reliquiæ, castri si-
milirudinem adhuc præseferant; & quis ignarus quod Iburgum hac
ætate nostra in Diœcesi Osnaburgensi audiat & arx & Monasterium? B
Idem vtrique est circuitus, idem murus; sed separata vtrique habitatio.
Sed ecce; dum hæc operosè ostendere conor, offerunt se mihi de anno
967. 976. literæ, quibus Otto II. Imperator efflagitatu Warini Archipræ-
sulis Colonienſis priuilegia Monasterij Gerrisheim haud procul Dus-
seldorpio siti in Comitatu Hermanni, & olim sub Wiliberto Episco-
po, qui anno 870. electus erat, ædificati & dotati, confirmare se testa-
tur. Ex quibus profecto quid aliud colligere possum, quam Herman-
976. num anno 976. Comitem fuisse Montensem. Quis enim alius prope
Dusseldorpium in loco, vbi Gerresheim iacet, comitatus præter Mon- C
tensem? Quare cum ille comitatus dicatur Hermanni, hunc Comitem
Montensem fuisse, necessario est asserendum. Hinc, quàm grauiter hal-
lucinentur, eluceſcit, qui Altenanos vel sub Ottone III. vt Lepoldus
Northoff in Chronicis Marchicis, vel sub Lothario Saxone, vt cum
Henrico de Heruordia Kleinsorgius, vel ab Henrico Sancto ann.
1122. primos Comites in his terris ferunt creatos; Certe Andaba-
NB. Her- tarum more sine harum literarum subsidio in historijs videntur fuis-
mannus se versati. Quod si quis scrutator veterum monumentorum incidat
Comes Pa- in tabulas ex archiuo Brawilerensi productas reperiet quidem tem-
latinus & pore Ottonis primi aliquem Comitem Palatinum Hermannum, sed D
Nemoris quis ille fuerit necdum indagaui, neque quis existimet illius fuisse Co-
[der Bille] mitatum Hermanni de quo iam egimus, quod illius filius Ezzo vel E-
secundū a- renfridus Saleueldt, Duisburgum, insulamque S. Svviberti prope Ger-
liquos vi- resheim possederit Nam aliud est locum ipsum possidere, & aliud pro-
detur pa- pe istum locum aliquid aliud possidere. Noster verò Hermannus pos-
ter S. Cu- sidebat ipsum locum Gerresheim, prope verò ipsum reliqua bona alter
negundis. ille tenebat Palatini Hermanni filius, qui ea loca ab Imperatore Hen-

rico

rico Sancto primum acquisiuit. Vnde Erenfridi Comitatus alius est à
A Comitatu Hermanni Montensis (vt eum appello) Comitis. Pro maiori declaratione & ad illustrandas Patriæ historias, alterius Hermãni Genealogiã ex antiquo mscr. libro Archiui Brawilerẽsis, ipsiusmet manu R. & eruditissimi D. Prælati IOANNIS MVNCH Abbatis fideliter descriptam & mihi singulari certè Publici beneficio cõmunicatã hic subijcio.

HERMANNVS COMES PALATINVS *cognomento* Pusillus, *non mediocris inter Magnates Ottonis I. Imperatoris reputationis. Pugnauit pro Imperatore contra Vngaros, locum Brawiler hominibus habitabilem primitus fecit.*

B Helivviga vxor. Hinc descendunt Fundatores Brawilerenses.

Ezzo *vel* Erenfridus *Comes Palatinus apud consanguineum suũ* S. Vdalricum *Episcopum Augustanum, ætate iuuenis aliquamdiu vixit, ac ramusculum media hyeme in eiusdem Sancti manibus virescentẽ & florentẽ in itinere, ex equo desiliens assumpsit, eumq; secreto diligenter conseruatum sponsæ suæ Mathildi postmodũ obtulit. Apud Ottonem I. Imperatorem iam senem, locum patris obtinuit, eiq; charus fuit, vti quoque Ottoni Imperatori II. cuius tandẽ gener*
C *factus est, Theophaniæ Imperatrici & Ottoni III. à consilijs fuit, dũq; cum Lotharingis S. Henrico II. Imperatori obniteretur, Ducẽ Mosellanum Theodericum iuxta Odernheim in prælio captum, ad castrum suum Thonaburg cum aliis abduxit, quos Imperator redemit, ac consultius putauit, virum egregium beneficijs placare, quam molestijs vllis molestare, amicitiam eius expetijt, quam consecutus,* Insulam S. SVIBERTI, Duisburgum & Salefeldt ei possidenda largitur. *Fundauit hic strenuus vir cũ coniuge sua Mo-*
D *nasteriũ Bravvilerense Anno* 1024. *in quo opere* B. Poppone *Abbatẽ S. Maximini & S. Remacli directorẽ adhibuit, ac dedicationẽ primã per Archiepiscopũ* Piligrimũ *an.* 1028 *fieri curauit.* Octogenarius *tandẽ in Salefeldt* 12. *Kal. Iunij anno* 1034. *obijt, eiusq; corpus ad Monasteriũ Bravvilerẽse delatũ ab eodẽ* Piligrimo *iuxta corp⁹ dilectæ cõiugis suæ, sepultũ est.* Vxor Ezzonis B. Mathildis Ottonis II. *Imperatoris filia, &* Ottonis III. *soror, in Monasterio Essendiensi ab Amita sua instructa est, obiit* 20. *Nouembr. anno* 1024. *Cuius exequijs* Piligrimus *Archiepiscopus cum Clero Coloniensi per triduũ interfuit, ad sepulchrum eius contigerunt miracula.*

Hezelinus *Comes Palatinus Prædium suum Bercheim, cum medietate Syluæ, quæ præ magnitudine sua Vele (die Ville) dicitur, Monasterio Sancti Cornelij Indensis dedit. Aliam vero nemoris partem frater eius Erenfridus Monasterio Bravvilerensi contulit.*

Henricus *Comes Palatinus filius, hic à Nepte sua Richeza Poloniæ Regina accepto castro Cochem cum oppido adiacente primus defensor seu Aduocatus Prædij siue territorij Clottensis, factus est.*

Ludolphus comes Zutphaniæ, *Primipilarius seu signifer Archiepiscopi Colonienſis, tribus annis ante obitum patris mortuus, in Monaſterio Bravvilerenſi ſepultus eſt.* Vxor. Mathildis filia *Ottonis Comitis Zutphaniæ.*

Henricus Comes Zutphanię, *poſt breue tempus mortuus, in Eccleſia Bravvilerenſi, ante cryptã inter duas columnas verſus Aquilonem apud Patrem ſepultus eſt.*

Cuno Dux Bauariæ. *Hic poſt Patrem & fratrem Aduocatiam Territorij Bravvilerenſis primus habuit præter Ducatum Bauariæ, quem ab Imperatore Henrico tertio recepit. At cum eiuſdem filiæ nubere contempſiſſet, Ducatu exutus eſt. Qui cum poſtea contra Imperatorem (auxilio fretus Vngarorum) bella gereret, veneno extinctus ac poſt aliquot annos, per Annonem Archiepiſcopum Coloniam translatus, in Eccleſia Beatæ Mariæ ad Gradus ſepultus eſt.*

Otto Dux Sueuorum. *Vir ſtatura procerus, dum eſſet comes Palatinus Imperatori Henrico Cõradi Imperatoris filio fideliter adhæſit, ac pro ipſo laborioſiſſime decertauit, vnde Imperator acceptа ab eo* Inſula S. Svvibertı & Duisburgo *Sueuorum Ducatum ei commiſit, Henrico Patrui eius filio ad Palatii officiũ ſubſtituto, ſed poſt tres annos Otto in Thonaburg 7. Idus Septembris obijt, cuius mortem Archiepiſcopus Colonienſis Hermannus frater eius Xantis coram Imperatore ad expeditionem Flandrenſem accincto exhortationem ad plebem faciens, cum cognouiſſet, flebili voce finem allocutionis fecit & oẽs ad lamenta incitauit. Miſſusq; eſt Bruno Epiſcopus Tullẽſis (poſtea ſummus Põtifex factus & Leo IX. vocatus) vt eũ in Bravviler ſepeliret. Exequiis eius ſoror Richeza Regina Poloniæ multum triſtis interfuit, ac eodem die omnẽ ornatũ ſuũ, & pretioſa quæq; in diuinos impoſterum commutanda cultus principali altari impoſuit, acceptoq; à prædicto Epiſcopo ſacro velamine, caput obnubit ſibiq; ſepulturã iuxta Fratrem fore diſpoſuit, ſuorũq; fidẽ, ſuper hoc, quò idipſũ ſuperſtites ipſi fideliter cõpleãt, expoſcit, & vt id ratũ foret literas deſup cõfectas, pprioq; ſigillo munitas, Monaſterio Bravvil. dedit.*

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis. Nobilis dictus. *Cum regnare cæpiſſet Henricus Conradi Imperatoris filius, exorta contra eum Godefridi Ducis ac Balduini Comitis inuidia, multa paſſus eſt aduerſa, quæ, quã-i is cum difficultate, Hermanno tamẽ Archiepiſcopo & Fratre eius Ottone, quos præ omnibus ſui ſemper laboris & gloriæ conſortes habuit laborioſiſſime ſecum decertantibus & glorioſiſſime adiuuantibus, ſuperauit vniuerſa.*

Hic Archiepiſcopus inſtituit celebrari feſtũ S. Vdalrici Epiſcopi in Eccleſia Colonienſi, propter miraculum præcipuè Ramuſculi, quem pater ſuus Erenfridus olim ſupra naturæ ordinẽ, in manibus eiuſdem Sanctiſſimi Antiſtitis efflorentem, proiectũ in terram, collegerat.

B. Richeza Regina Poloniæ Miseconis Cõiunx, genuit B. Cazimirũ Monachũ Cluniacensem Ord. S. Benedicti, & Diaconũ, postea dispensatione S. Põtificis Poloniæ Regẽ. Hæc ꝓpter pellicis instigationẽ ex Polonia ad Imperatorem Conradũ in Saxoniã fugit. Dedit Coloniẽsi Ecclesiæ Salafeldt & Coburg, acceptis à S. Annone Archiepiscopo vsufructuariè possidẽdis Dominicatus sui Villis: Vnkelo, Mossendorf Mutterscheim, Blatzheim, (&, vti videtur Zons, Vreisheim &c.) donationem vero S. Nicolao seu cœnobio Bravvilerẽsi, à parẽtibus suis factã, non solũ ratã habuit, verũ etiam de suo patrimonio plura bona adiecit &c. Clottenum tamen vsufructuariè sibi reseruauit, postquã proprietatem Abbati & Monasterio Bravvilerensi cõtulisset. Item ex eius muneribus & thesauris Monasteriũ nouũ, destructo veteri, validioribus fũdamẽtis ædificatũ est, cuius Ecclesiã S. Anno Archiepiscopus præsente etiam Eigelberto Episcopo Mindensi, denuo consecrauit 3 Kalen. Nou. Ann. 1061. sub Tegenone Abbate secundo.

Aliud quoq; Monasteriũ eius sumptibus constructũ est p. Alberonẽ Episcopũ Herbipolensem in loco, vbi S. Kiliani sociorumq; eius sacrum extat martyriũ, vtpote cuius Episcopiũ ex eiusdẽ Reginæ numerosa familiariũ clientela cum omnibus, quæ ad oppidum Saltzo pertinent, regia prorsus munificentia adauctum est. Præterea pro commodo suo sacellum in Clotten construi fecit, quod appellabatur Recluſoriũ Dominarũ.

Mortua est in Salefeldt 12. Kal. Apr. An. 1063. & Coloniæ in Ecclesia ad Gradus S. Mariæ sepulta, licet certò & aliquoties sibi sepulturam apud Parentes in Bravviler elegerit. Sed exinde postea, & alias ob causas, exortam litẽ, Hermãn' III. Archiepiscop. cõposuit & decidit, diplomate Ann. 1090, Indict. 13, dato, teste inter alios Adolpho de Mõte,

Adelheidis *Abbatissa Monasterij Niuellensis, sepulta in Ecclesia Bravvilerensi, ante Altare B. Mariæ Virginis in crypta.*

Theophanu *Abbatissa Essendiẽsis Monasterij* XIII. *quæ virum se moribus agẽs, Essendiense Monasteriũ cũ vniuersis officinis iam partim vetustate collapsis, ab ipsis fundamentis nouo erigens opere, mirabiliter amplificauit; vnde & ibidẽ eius memoria semper in benedictione erit.'*
Fuerat Præposita in Rellinghausen, obiit 5. Martij, sepulta ante Altare S. Iacobi Essendiæ.

Heilewigis *Abbatissa Monasterij S. Quirini in Nussia.*

Mathildis *Abbatissa Monasteriorum Dedikirchen & Vilich.*

Ida *Abbatissa Monasterij S. Mariæ, quod est Coloniæ*, cui ad sepulchrũ BEATITATIS Titulus adscribitur. Hæc à Trithemio, in Francofurtensi apud Wechelios editione, appellatur Wilichalda; errore librariorum composito vocabulo ex nomine Vilich quod præcedebat (vbi Mathildis scribebatur Abbatissa) & ex ipsius quod subiũgebatur IDÆ nomine.

Sophia *Abbatissa Monasteriorum S. Mariæ Mogunt. & in Gandersheim.*

Q 9

Reuertamur nunc ad Hermanni Montensis seu Altenani familia, de qua illud moneo eam à clarissimo p.m. Stephano Bruilmanno Iurisconsulto & historico Coloniesi vocari etiam COMITVM VBIENSIVM. Nam de S. Godefrido Cappenbergensi agens, ait, illum à quibusdam (*sed erronee*) asseri Altenanum; id est, ex veteri Vbiensis Comitis familiæ. Quare illi Hermannus nuncuparetur Aduocatus Tuitiensis & Adolphus Comes Vbiensis. Qua ratione autem & ex quibus literis hoc asserat, nec dum satis assequor, nisi dicas castrum Tuitiense fuisse quasi caput & clauem ciuitatis Colonienſis. Minimè satisfacies, si Aduocatos Colonienses, è quibus & Hermannus aliquis sæpius affertur, velis etiam Aduocatos Tuitienses. Nam illi Comites sunt in Nevvenar; hi verò de Monte, vt pluribus iam supra demonstratum est.

Vbienses comites qui? A

Aduocati Colonienses qui? B

Ex his omnibus fabulosam esse concludo Comitum de Altena, originem, quasi sint ex Vrsinis oriundi, cum ex Aduocatis proficiscantur Tuitiensibus, ex quibus, vt iam vidimus, Hermannus viuebat sub Ottone II. Imperatore; At si fuissent Vrsini, iam non sub Ottone II. sed III. vixissent; eo quod cum Ottone III. ex Italia in has Prouincias dicantur migrasse. Commento tamen priori occasionem existimo datam ex Vrsini homonymia. Vrsos enim & Vrsinos appellant frequentissime Transrhenani, qui & parta tuentur & ea omnino non vel ægre sibi eripi patiuntur, exemplo Vrsi, qui infantem vel hominem complexu suo coercitum vel nullo modo vel difficulter sanè dimittit. Ita dum hos duos fratres à castri Altenani ædificatione remouere, aut in eius consummatione impedire non possent vicini Comites, ab ipsis Vrsinos existimo fuisse appellatos.

Altenani num Vrsini? C

PAGINA 13. Beatum inscripsi EVERHARDVM, idq; ex Menologio Cistercienſi; Ita enim inquit: *Tertio decimo Kalend. Aprilis die 20. Martij, in Germania Beatus Euerhardus ex Comite Montensi Monachus Cistercienſis, qui post multas peregrinationes, & humilem vitam, quam in Morimundo ignotus egerat, agnitus, & in patriam directus, ibidem ordinem nostrum propagauit, & cum magna sanctitatis opinione diem clausit extremum.*



D

PA-

EADEM PAG. B. Euerhardum putat aliquis vocari Gerardum, sed ex Arnoldus Archiepiscopus Colonienſis.
A vitio puto descriptoris. Nam in manuscrip. Marckanorum Comitum, Gerardus legitur, qui paulo post in ijsdem Euerhardus nuncupatur. Huic num Arnoldus Comes de Altena 42. vel secundum Chronica Coloniēsia, 40. Episcopus Colonienſis fuerit frater, an fratris filius, nō satis reperi. Fuit is quintus ante B. Brunonem III. & Videtur æneum in S. Seuerini choro donasse candelabrum, cui hi inscripti versus:


Præsulis Annonis memor Arnoldus iunioris,
Supplicat, vt cœlis micet ipse lucerna fidelis,
Et precibus teneat, quem Præpositum faciebat.
Sit sibi conciuis inter candelabra lucis
B *Prō quis corde pio miti dat & hoc secundo.*

PAG. item 13. litera D. Adolphus filius, de quo iam egimus, non fuit idem, qui Adolphus Brunonis III. Pater, nec PAG. 14. Beatus Bruno III. fuit Adolphi frater. Nam à Cæsario, qui vixit tempore S. ENGELBERTI lib. 2. vitæ S. ENGELBERTI cap. 8. traditur Monasterium Montense, cuius iam meminimus, ab ENGELBERTI PROAVIS fundatum. At vero si Adolphus ille idem fuisset, qui B. Brunonis III. Pater, iam non Monasterium à Proauis, sed ab Auis diceretur fundatum. Quod Cæsario illius temporis scriptori aduersaretur. Deinde nec Bruno II. idem
C est, qui B. Bruno III. Nam Bruno II. defunctus est Papiæ, seu vt habent mscr. Germanici Pavey in comitatu Lotharij Imperatoris, versus Apuliā ann. 1138. atq; inde volunt mscr. in nostrū veterē Montē translatum B. Bruno vero tertius nō illas penetrauit terras, sed abdicās se Episcopatu, sub Ann. 1193. Religiosā in veteris Montis Abbatia professus est vitā, vt tradidi pag. 19. lit. D. & conspirant mscr. Accedit quod Fridericus II. Archiepiscopus Colonienſis Brunonem II. de Altena, vt testatur Trithemius ad Ann. 131. & quondam S. Gereonis Præpositum, vocet PA-
D TRVVM SVVM in Archiuo Knechsted. sub Ann. 1158. Fridericus autem cum B. Brunone III. nuncupatur à Cæsario lib. 1. vitæ S. ENGELBERTI, cap. 2 patruus S. ENGELBERTI: sicut & ibidem Adolphus Archiepiscopus, qui Brunoni succesſit, patrui perhibetur filius. Vnde Bruno II. S. ENGELBERTI fuit vel Auus vel Aui ipsius frater. Non auus Episcopus enim cōtinens erat, & auus adsignatur Adolphus. Aui igitur fuit frater.

NB. Bruno secundus fuit, cui de Episcopatus susceptione rogatus Sanctus Bernardus respondit epist. 8. 9. & 10. In manuscripta Brawilerensium, Abbatum historia folio 121. hæc ferè habentur. *Adolphus Archiepi-*

chiepiscopus, qui fuit filius fratris Brunonis III. Archiepiscopi Colonienſi, conſecrauit Anno M.CC.XX. Altare Sanctarum Virginum in crypta, quod olim erat Altare S. Thomæ Apoſtoli, vbi obſeruet velim Lector, Adolphum exauctoratum B. ENGELBERTI vices in pontificalibus interdum egiſſe, quod idem de Theoderico exauctorato aliquando reperi. A

PAGINA 14. Bruno III. Altenanus Colonienſium Antiſtes inter Beatos numeratur ab allato iã Menologio ad diem 8. Kalend. Maij, id eſt 23. Aprilis: ita enim ait: *In Germania Beatus Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, qui ex illuſtri Comitum ſanguine procreatus, vt generis nobilitatem redderet nobiliorem, dignitate & diuitijs contemptis, in veteri Monte habitum Ciſtercienſium induit, & in magna ſanctitate vitam finiuit.*



B

Fridericus de Altena pater Adolphi Marcani.

Eadem pag. Fridericus Altenanus IV. notatur parens Adolphi primi Marckani, qui Marckam arcem à Rabbaldo emit, Hammonam Blanckenſteiniumque condidit, vt author eſt Godefridus, peritona Colmodromij ætate ſexta, cap. 60. Et illuſtriſſimus Comes de Stirumb in ſua Genealogia manuſcr. C

PAGINA 14 lit. A. Euerardus pater nuncupatur Arnoldi & Friderici. Nam Philippus Archiepiſcopus de inſtitutis Monaſterijs Breidlarienſi, & Scheidano ſub ann. 1170. inter reliquos teſtes ſubijcit Comitem Euerhardum cum filio ſuo Arnoldo. Ita enim ait: *Huius rei teſtes ſunt Dominus Euergiſus Paderbornenſis Epiſcopus, Sifridus maioris Eccleſiæ Præpoſitus, Almarus eiuſdem Eccleſiæ Decanus, Vffo Subdecanus, Bernardus Capellanus, Monegaldus Canonicus*, BRVNO PRÆPOSITVS *maioris domus in Colonia, Hugo eiuſdem Eccleſiæ Decanus, VVedekindus Subdecanus, Arnoldus Oſnaburgenſis Præpoſitus, Didericus Canonicus* SANCTI PETRI *in Colonia, Abbas Sibergenſis Nicolaus, Abbas de Graffſchafft, Abbas Vffo de Flechdorp, Henricus Comes de Arnsberg, Comes Otto de Rauensberg, & Hermannus filius eius.* COMES EVERHARDVS, & ARNOLDVS FILIVS EIVS. *Comes Henricus de Frotzberg, Bernardus de Lippia, Conradus de Rudenberg, Rabo de Marcka, Henricus de Vure, Gerardus Aduocatus de Colonia, Henricus de Volmundſtein, Hermannus Camerarius* D

merarius Episcopi, Richexo de Molenheim, Hermannus de Vnterbecke, Euerhardus de
A *Padberg, Ludolphus & fratres eius, Henricus, Ioannes de Gotener, Thinco de Susato,*
& Adelbertus, & Hildegerus Villicus Brunstein.

Idem confirmat Philippus in literis suis de anno 1173. quibus donationem Gotthardi & Henrici Dominorum de Hagnen, Ecclesię Scheidanæ factam stabilit; testes enim laudat Euerardum Altenanum cum filijs suis Arnoldo & Friderico. Nam dum *authoritatis suæ robur adijcit, præsentes dicit fuisse testes*, præter eos quorum nomina legi non potuere; *Præpositum Cappenbergensem, Reinerum Præpositum Arnsbergensem, Gerardum Sa-*
B *cerdotem & Canonicum S. Svviberti, Hugonem Abbatem Grafschafftanum. Liberos verò & Nobiles Henricum Arnsbergensem, Hermannum Rauensbergensem*, Euerhardum Altenanum, cum filijs Arnoldo & Friderico Comitibus, *Bernardum de Lippia, Conradum de P[illegible]denberg, Henricum Muntzun & fratres eius, I. & E. ministeriales, Henricum de Volmundstein, Timonem, Hermannum Consulem Susatiensem, Gerardum fratrem eius Aduocatum Colonienſem, Peregrinum de Arnsberg, Fridericum de Crispen, & quam plures alios.*

Rursus in literis, quibus sub ann. 1174. Philippus Monasterij Wedinghausani fundationem approbat; testes afferuntur Comes Arnol-
C dus, Fridericus ipsius frater Comes de Altena. *Acta sunt hæc Dominicæ Incarnationis, centesimo, septuagesimo tertio, Indictione sexta, regnante Magnifico Friderico Imperatore, & commissa in manu fratris Reineri, quem ad hoc elegimus coram his testibus.* Bruno Præpositus Maioris Ecclesiæ, *Sifridus Præpositus Xantensis, Ioannes Præpositus Seulecensis, *Vsso Abbas de Grafschaff,* * Zeslicensis. *Albertus Susatiensis Ecclesiæ Decanus, Gerardus Custos, Gerardus Sacerdos de Insula Sancti Svviberti; Liberi homines & Nobiles.* Comes Arnoldvs Fridericvs Ipsivs FrAter Comes De Altena. *Henricus de Vore, Conradus de Rutenberg, Engelbertus Munzum, Helyas frater eius, Henricus de*
D *Herrike, Bernardus von der Lippia Ministeriales, Gerardus Aduocatus Colonienſis, Hermannus frater eius, Thiemo de Suosat. Leonius de Hulse, Ioannes filius eius, Hildigerus Brunsthenus, & alij quam plures. Datum Susatio III. Kalend. Martij.* Illorum frater & filius Euerardi fuit Adolphus Archiepiscopus exauthoratus ex illustrissimi D. Comitis de Stirũ, & altera Genealogia, quin idem attestantur Marckanorum manuscr. Et confirmat eruditissimus vir Kleinsorg. ex Leouoldo de Northoff in Chron. Com. Marck. Trith. in Chron. Hirsaug. & antiquis documentis, Colonienſia tamen Chronica, quæ affert, alia quidem ab ipso allata confirmant, non verò quod Adolphus filius fuerit Euerardi. Tradunt enim

Aedificatio Landskronij ab aliis tribuitur Philippo Regi.

cum fuisse Brunonis III. Postea Veteris Montis religiosi; fratrē. Hic vero Adolphus Archiepisc. vt ait Comes de Stirumb, ædificauit castra Lādskrone super Aræ fluminis oram, atque Isenburg Ruræ incumbentem, quod, vti ipse addit, Euerardo * fratri suo primo Comiti de Isenburg assignauit. Cuius fit mētio in literis de an. 1207. Nec quis dicat in quibusdam diplomatibus afferuntur, Fridericus & Arnoldus, & dicuntur filij Euerardi; Non verò id asseritur de Adolpho, licet ipse in ijsdem nominetur. Nam id mirum non est, quia Adolphus inter Ecclesiasticos numeratur testes: Fridericus verò & Arnoldus inter sæculares. Vnde cum non ille, sed hi proximi parenti ponantur, ipsi quoque, & non ille, nuncupantur filij. A B

* *Vide pag. 123. supra lit. C.*

Pagina 14. Vxor Arnoldi Comitis Altenani & Isenburgici, fuit filia Ducis Limburgensis. Nam Cæsarius hic lib. 2. cap. 1. Friderieum repræsentans ait; Consobrinus sum Theoderici Comitis Cliuensis. Si Consobrinus, iam mater ipsius Friderici & Mater Theoderici sorores, filiæ erunt vnius parentis. Theoderici autem Cliuensis Comitis mater fuit filia Henrici Ducis Limburgensis (quā in linea Genealogica omisi) vt habent manuscripti Cliuenses Germanici in Arnoldo IV. Ita enim inquiunt. *Arnoldus IV. Comes Cliuiæ XX. rexit 13. annis, vxor eius Catharina Henrici Ducis Limburgensis &c.* Cui consentiunt & alij manusc. C Cliuenses, qui expresse tradunt eam filiam fuisse Henrici Limburgensis, licet in ipso Henrico aberrent, nepotem pro auo accipientes. Nam

* 10. ita ex illis prior inquit, *Arnoldus IV. Comes Cliuiæ XX. rexit 30. * annis, vxor eius Catharina Henrici Ducis Limburgensis & Comitis de Monte filia, ex qua suscepit Theodorum* (seu Theodericum) *V. successorem suum.* Ita & alius manuse; ex veteris Montis Monasterio. *Arnoldus Comes Cliuensis XX. annis gubernauit 10. Friderico secundo imperante, vir in Deum deuotus, in egenos largus, in subditos clemens, atque in bellis victoriosus. Cui nobilissima Catharina Henrici Ducis Limburgensis & Comitis de Monte, filia Henricum peperit successorem &c.* D

Manuscr. tamen Gerardi de Horreo vxorem Arnoldo Cliuensi tribuit N. Adolphi Comitis Montensis filiam, quam illustrissimus Comes de Stirumb Præpositus Metrop. in sua Montensi Genealogia non agnoscit, neque alia manuscr. Genealogia. Error huius Gerardi de Horreo videtur ex prioribus natus authoribus, quod illis dicatur Comitis de Monte fuisse filia, Comes autem ille non erat Adolphus, sed Henricus Limburgensis. Verum hic Henricus non potuit esse, vt iam monui, filius Walrami, qui audit & Comes Montensis, sed debuit esse

Walra-

Walrami parens, qui Comes de Monte, haud vnquam fuit nomina-
A tus. Nam si Henricus allatus fuisset filius Walrami, nec illius parens, iam Arnoldi filius Fridericus diceretur duxisse matris suæ sororem; Quod peregrinum foret à moribus Christianis. Lazius more suo solemnem errat errorem. Vult enim Arnoldum hunc III. fuisse & ex filia principis Bauariæ Theodericum VI. genuisse.

EADEM PAGINA, Fridericus Marckanus seu Altenanus dicitut duxisse Elisabetham Hannoniæ Comitis filiam. Ita enim testatur manuscriptus posterior ex vetere Monte; *Fridericus*, inquiens, *Euerhardi filius, Comes de Altena IV. annis rexit 15. genuitque ex filia Hannoniæ Comitis Elisabeth*
B *Adolphum sibi in dignitate comitantem* &c. Idem testatur Reuerendissimus & illustrissimus Comes de Stirumb Præpositus Metropolit. in Genealogia, quam sua scripsit & depinxit manu: ait enim, hat zur Ehefrawen Elisabeth deß Grauen von Hennegaw dochter / id est; *Vxor ipsi fuit Elisabeth Hannoniæ Comitis filia.* idem ijsdem verbis tradit altera Genealogia Comitum Altenanorum manuscr. Manuscr. tamen prior tribuit illi N. de Lipp, quam duxerit circa ann. 1219.

Ibid. Arnoldus Altenanus constituitur parens Friderici Isenburgici, vt constat hic ex Cæsario, lib. 1. c. 1. pag. 122. & Ottonis Monasterien-
C sis & Engelberti Osnaburgensis Episcoporum, vt constat ex Cæsar. hic lib. 2. c. 1. si iungantur, quæ traduntur pag. 175.

Ibidem Friderici Isenburgici vxor fertur filia Walrami Ducis Limburgensis; quia Cæsarius lib. 2. cap. 1. manuscript. vocat Walramum Friderici *socerum*; licet Surius dicat *affinem*, non exprimens, quo genere affinitatis coniunctus fuerit, attamen *lib. 2. cap. 9.* cum manscr. omnibus vocat eundem *socerum*.

EADEM PAGINA Adolphus Archiepiscopus Euerhardi filius est, qui ciuitatem Ruden ædificauit; sed Adolphus filius Friderici, qui
D Blanckenstein, &c. exstruxit; primus Comes Marchiæ à Gobelino, persona Cosmodromij ætat. 6. cap. 60. vocatur.

PAGINA 15. Agnes nupsit non Adolpho; ipsius enim vxor fuit N. Spanheimia, sed Henrico de Windeck, vt infra lib. 2. cap. 12 pag. 169. ostendi. De fratre eius Gerardo hæc notat D. Miræus, quod fuerit Dominus de Recken. Cuius liberos describit Pontus Heuterus in suis tabulis Genealogicis, post historiam Ducum Burgundiæ à Plantino editam, vbi & describit Stemma Marckanum. Vide Andream du Chesne in Genealogia Ducum Limburgensium & alios.

PAGI-

PAGINA 19. Philippi Hinsbergici insignia retuli, prout ea Mausoleo reperi insculpta; licet à Colonienſium imagine flammulæ abeſſent inferiores, quæ cœlatoris culpa irrepſerunt. Alioqui Hinſpergenſis familiæ imagines repræſentant leonem argenteum in rubro clypeo ſeu, vt vocant campo *prout ab Amico moneor.* A



B

PAGINA 23. Engelbertum Tolbiacenſem nominaui Beatum authoritate Menologij Ordinis Ciſtercienſis ad diem 22 Decembris ita inquientis.

Tulpeti in Germania B. ENGELBERTVS cœcus quidem à natiuitate, ſed multis & admirandis gratijs illuſtris: qui habitu conuerſorum Ciſtercienſium aſſumpto & noſtrorum Monachorum ſe ſubiiciens regimini, vitam rigidiſſimam egit, ſpiritu prophetico clarus, multa futura prædixit, cœleſtes viſiones videre meruit, & poſt multa ſanctitatis opera, infirmitate oppreſſus, animam puriſſimam reddidit creatori, cuius gloria Beatæ Aſzelinæ reuelata eſt. C

PAGINA 30. lit. B. à Ponto Heutero Delfio *in notatione ad Genealogias Cliuiæ & Geldriæ* aſtruitur Marckani Comitatus initium ad annum Chriſti 1122.

EADEM PAGINA, *Ex Crantz. 7. Saxon. c. 23. aſſeruerat Adolphum Archiep. Colonienſem opere & ſtudio VVilhelmi Comitis Iuliacenſis ab Ottone alienatum fuiſſe;* Quod tamen Streithagenus in dubium vocat, maximè cum Godefridus Monachus Walramum Henrici Ducis Limburgenſis filium omnium malorum, quæ Germania paſſa eſt, Ducem & Authorem vocet, & Cæſarius *lib. 5. cap. 37.* ei plane conſentiat; non tacituri vtique, ſi Wilhelmus de eadem leuitate infamatus fuiſſet, ſed de hoc ille latius in ſuis Iuliacenſibus, Trithemius verò cum Godefrido Pantaleonita *in Chronic. Hirſaugien. anno 1202.* mutationem Adolphi Archiepiſcopo Treuerenſi, Spirenſi ac Conſtantienſi Epiſcopis adſcribit, promiſſis ei D

Ander-

Andernaci nouem millibus marcarum, ac fundis Salefelt in Thuringia
A restituendis, qui ipsi antea fuerant bello ablati.

PAGINA 39. ANNO 1205. in celebri curia Spiræ cum Principibus habita, Philippus Sueuus authore Adolpho Episcopo exauctorato decreuit bellum contra Colonienses; quod ex Pontificis iussu, Brunoni adhærerent, atque ADOLPHUM prioribus honoribus restituere, restitutisque omnibus se illi sacramento obligare detrectarent. Vniuersas igitur ante & circa mœnia arces, & quidquid erat munitionis, ferro & incendijs vastabat, vrbem Colonienſem exercitu propius muros admoto arctius premere conatus, cinxit eam fossa, vallo, & aggere maximo, Expeditio Philippi contra Colonienses.
B omnemque præclusit aditum inuehendi commeatus, quin Rhenus ipse infra & supra clausus negabat vllam mercium nauigio inuectionem. In Tuitiensis castri munitione statiua sua habebant Comitis ADOLPHI de Monte sagittarij & milites, qui ex DOMO COMITIS frequentibus vrbis incolas petebant sagittis, ipsorumque aures varijs verberabant conuicijs, quibus incitati ciues, maximis in medio Rheno adornatis nauibus, propugnacula hostibus obijciebant, plurimosque in ijs ponebant balistarios ac ordinum ductores, *quos Sariantos vocat Godefridus*; hostili exercitui fortiter resistentes. Quin & nauigijs ab omni re
C necessaria instructis, euersionem, depopulationem, vastitatem, omnibus ipsius villarum tectis atque agris Rheno proximis inferebant, variâ belli aleâ ad annum integrum & dimidium vtrimque iactabantur. Tandem post celebrata B. Virginis natalitia maximo cum exercitu coacto, Philippus Mosellam transuectus Coloniam ibat, cuius mœnia die B. Michaeli Archangelo sacratâ, vi atque impressione aggredi cœpit, ac postera die totâ ex tentorijs ad caput ciuitatis fixis continenter quidem ciuitatem impetebat, sed à ciuibus fortissime fuit repressus. Denique cum in continuis quinque dierum impressionibus magna Philippi militum & maxime equorum strages ederetur, nihilque promo-
D ueretur, ipsemet spe potiundæ breui vrbis abiecta, solutaque obsidione, cum vniuerso exercitu Nouesium discessit, quod & expugnauit; *Godefr. Mut.* A Philippi discessu Otto à morbo recreatus suum reparauit exercitum, ac ope Colonienſium, loca à Philippo & Adolpho Episcopo occupata, ejectis præsidiarijs recuperabat. *Mut.* ipse Episcopus exauctoratus vix medijs elapsus Colonienſibus, ad Philippum penetrabat; Qui accepta Colonienſium excursione mox recuperata loca à Colonienſibus extorquere, ac copias suas anno 1206. Coloniam redu- Colonienſiũ virtus.

cere, ciuitatemque pro magnitudine exercitus sui, aggere circumdare, passim auxiliares fœderatorum suorum copias euocare. Totam enim A
vrbem operibus cingere cupiebat, vt Ottonem Imperatorem & Archiepiscopum Brunonem iam cõsecratum à Sifrido Moguntino adhuc præsente & duobus Episcopis Anglis (quod Germani Philippum timerent) conclusos teneret. Ob auctum in dies singulos exercitum Philippi ac vias obsessas, Otto videns sibi magis ac magis incluso spem elabendi non superfore, statuit hostilem aciem perrumpere. Egressus igitur ipse vrbe & Archiepiscopus Bruno cum 400. (*non cum* 4000. *vt habetur supra pag.* 39.) Equitibus & duobus millibus peditum ductore Hẽrico de Limburg (qui iam in Philippum inclinabat, *teste Crantzio* 7. *Sax.* B
cap. 16.) versus castrum Wassenberg atque in palustria loca seductus, vnà cum suis fuit circumuentus. Quadringenti militum retrorsum fugâ labentium *teste Crantzio dict. loc.* à persequentibus Philippi militibus sunt cæsi, plurimi capti, reliqui *auctore Godefrido* omnibus, quæ secum attulerant, armis, vestibus exuti. Ipse Otto, *vt tradit Crantzius*, vulneratus recepit se cum Episcopo in arcem Wassenberg, ex qua clam noctu cum Ducis Limburgensis filio, vel *vt ait Godefridus*, cum tribus tantum socijs, aufugit Brunopolim, indeque in Angliam commigrauit. Priusquam tamen in Angliam se reciperet, egit authore Henrico de Kalentin cum C
Philippo prope Coloniam, vt sequenti pag. 40. significabo. Hic nonnihil corrigendus est Mutius *lib.* 9. *Chron.* ita differens: Otto per ambitum ciuitatis, eruptione facta, prorumpit quidem fortiter per hostes, & occidit multos; sed Philippi copiæ numero superiores multo (quanquam vix sexta copiarum pars eo loco esset) fugientem Ottonem prosequuntur, & vix dimidia pars, qui comitabantur Dominum, euasit. Alij enim capti sunt, alij occisi. Nam Godefridus, qui ea ætate haud procul à loco prælij degebat, aliter, vt iam vidimus, refert; proinde huius potius quam illius existimo credendum esse enarrationi. Sed reliqua prosequamur. Altera luce Archiepiscopus Bruno à milite circum- D
fuso in arce captus, ac manicis ligatus ferreis Herbipolim est ad vincula annua abreptus *Crantzius d.l.* Colonienses suam muniebant vrbem, diligentiusque in mœnibus disponebant propugnatores. Quo cognito Philippus, de capienda impræsentiarum Colonia desperans, discessit obseruaturus, quid Otto moliretur. In ascensu montem Gimnich occupat, castroque iuxta Regiomagum excitato Colonienses infestat. *Godefrid.* Qui cum se viderent toti imperio esse odio, ac nusquam tu-

Prælium Wassenbergẽse inter Ottonẽ & Philippum.

Colonia deditur Philippo.

Godef. Mut.

tos extra mœnia, omnibus ferè in potestatem Philippi redactis, consi-
A lio & opera Ducis Brabantiæ, ad quem legationem miserant, Philippo Boppardiæ seu Bodebrigæ reconciliati, se illi dedidêre. Atque ita intelligendi Wimpfling in epitome rerum Germanic. cap. 34. Paul. Lang. Monachus Bozauiensis ad ann. 1206. Fragmentum historicum ad annum 1201. &c. dum volunt vrbem Colonienſium captam, quod & circumstantia superius de Brunone allata suadet.

Familia de Kalentin & Pappenheim.

Porrò Henricus de Kalentin, cuius hic & superius facta mentio, qui Ottonem à VVicelsbach, Philippi Sueui Ducis sui occisorem in castro Niderstrang propè Ratisponam interemit, Præfectus seu Marschal-
B lus fuit Sueuiæ & Imperialis aulæ, filius Henrici primi de Kalentin & Pappenheim (*de quo vide diplomata ipsius & Henrici VI. Imperat. sub annum 1197. apud Lazium*) prognatus ex Anna vnica Alberti de Bieberach & vltima filia, cum qua doris nomine ex Henrici VI. Imperatoris Approbatione, ipsius parens accepit Dominium Bieberach. Fratres ipsi fuerunt Vdalricus & Hildebrandus Marschalli de Rechperg (à quibus reliqui Marschalli de Rechperg descenderunt)
C Sigefridus Episcopus Augustanus, Rudolphus Mareschallus de Calentin & Pappenheim, à quo Mareschalli de Pappenheim, Biberach, Oberndorff, & Riechen, ad hęc vsque tempora nostra sunt proseminati. Vixit ex illis ætate nostra Illustrissimus &
D Excellentissimus D. HENRICVS GODEFRIDVS à PAPPENHEIM bellica gloria celeberrimus, qui cum excellentissimo & pientissimo D. TILLIO Magdeburgum vrbem munitissimam post trium mensiũ oppugnationem ad 13. Kalen. Iunij, ann. 1631. vi cepit & occupauit



cupauit. Demum post cladem Lipsiensem aliasque acceptas calamitates exiguo cum comitatu ex superiore Germania in VVestphaliam descendit, collectisque trium circiter millium copijs Magdeburgum anno 1632. in Ianuario Suecica obsidione liberauit, sed educto militi nostro, Sueuicus eodem vespere successit, qui valla disiecta domosque exustas reparat. Lemgouienses quoque ac Bileueldienses Pappenheimius noster pactis & imperatis nummis Imperatori subiecit. Inde deuictis 15. Martij apud Hoxariam Hassis, Etisburgum firmissimum Diœcesios Hildesiensis castrum, & Eimbecam ducatus Grubenhagiensis Metropolim deditione accepit, sub eiusdem mensis finem, cæsa vna Luneburgicorum legione, Sturwaldiam arcem vix centum passibus Hildesio distantem obsidione leuauit, ac proximo insequenti Aprili, capto Rheto, Rotenburgo firmissima Diœcesis Verdensis arce, Stadam vrbem Diœcesis Bremensis haud procul ab Albi diiunctam, eãq; munitissimam obsidione exemit, quæ tamen mox educto milite nostro, Suecis se contra fidelitatis iuramentum, quo se Cæsari obstrinxerat, voluntarie dedidit. Labente Iunio multa in Hassis loca occupauit, atque absens per suos tribunos apud Volckmarsum 1800. pedites, ac turmas Equitum 9. ablatis eorum vexillis & instrumentis bellicis cecidit. Inde Tremoniâ 23. Iulij deditione accepta, Traiectum iuit liberaturus; liberasset, si cætera voto suo respondissent, summa celeritate Mosam ponte strauit, vt traiecto fluuio Hispanorum posset ingredi castra. Ad 9. Octobris Hildesio perspectra in monte patibuli, seu Galgenberg apparentia territo, & post tridui obsidionem subacto, 25. eiusdem mensis die Mulhusium, Langesalzam, aliaque Thuringiæ loca proxima, sibi subiecit. Demum ab Illustrissimo Fridrlandiæ Principe Inuictissimi & Potentissimi Imperatoris Nostri FERDINANDI II. Duce Generali euocatus, pugnam Lutzensem, quæ iam inclinabat, instaurauit, ac confecto Suecorum Rege Gustauo 16. Nouemb. tribus acceptis glãdium plagis, pro Imperatore & fide Catholica glorioſus occubuit, non secus ac olim Eleazarus magnus ille Machabæorum Princeps, de quo præclare S. Ambrosius *lib. 1. offic. c. 40.* Huic eximio Duci atq; felicis recordationis Heroi singulariter solẽne erat, vt in sacrilegos immunitatis Ecclesiasticæ violatores grauiter aduerteret; initurus quoque pugnam, prius noxæ maculas vera cõtritione ac exomologesi eluere t, dein animo omnino impauido hostem inuaderet: vnde non tam excellenti animi magnitudini, quam raræ viri ipsius pietati prosperos eius successus attribuo & adscribo.

PAGI-

PAGINA 48. Anno 1208. Philippus Rex statuerat per aliquot dies
A genio indulgere, suumque curare corpus, vel quia sanguinem miserat; *vt vult fragm. hist. & Otto Frising in appendice de S. Blasio cap.* 50. vel quia aliquam partem ex turbis negotiorum & bellorum fuerat extricatus, *vt placet Mutio lib.* 19. *Chron.* Cum ergo esset Babenbergæ liberalius pransus, vel *vt tradit Godefridus*, circa ferias S. Albani; ex nuptijs filiæ fratris sui Ottonis, Duci Meraniæ, *alias Moraviæ* in matrimonio collocatæ, reuersus, & à prandio siue à nuptijs secessisset cum Episcopo Spirensi, *Godefrid.* & Cancellario, *ex sententia Mutij* vel *opinione aliorum* cum Camerario vt loquuntur, id est, cubiculario, & Dapifero suo Henrico
B VValpurg, corpusque quieti dedisset, aut *ex traditione Pauli Langij in Chron.* in scamno ligneo meridiaretur, Otto de VVitlispach comes Palatinus, qui ob negatam sibi filiam à Philippo desponsam, *vt tradit Otto Fris. d. l.* vel *vti Crantz. Sax.* 28. *author est*, ob datas sibi velut Bellerophonti, seu, vt vulgo loquuntur, Vriæ literas (quibus se apud Regem Poloniæ, cuius ardebat filiam, commendari credebat, minimè tamen commendabatur, vt ex ijs apertis cognoscebat) inflammatus odio plusquam Vatiniano cœpit odisse Regem. Festinus igitur ceu rem magnam Regi nunciaturus, cum 16. militibus armatis, *vt habet Godefri.* accessit ad
C ostium cubilis, in quo Rex quiescebat; illudque pulsauit; ex vehementiori pulsu agnitus ab ijs, qui intus cum Rege morabantur, fuit intromissus. Ipse quasi Philippum Regem salutaturus, *vt ait Crantz.* accurrit, strictoque quam celerrimè gladio, quem sub vestibus abdiderat, *vt docent Chron. August. ad ann.* 1197. *& appendix ad Ottonem Frisingens. d. l.* eoque in collum Regis vibrato, abscidit iugulares aliquot venas. Totum amputaturus Philippo caput ni incussus illi ex præsentiũ clamore ac facinoris magnitudine metus, manuumque tremor ipsum retardasset. Paruula tamen plaga ab ipso inflicta Philippum exanimauit. Episcopo late-
D bras quærente ingens Cancellario & Dapifero iniectus est timor. Attamen vir maximi spiritus Dapifer Henricus de Walpurg confestim oppessulatis cubiculi foribus, milites inclamauit. Sed Otto confidentissimus sauciato Dapiferi obstantis capite, illum humi prostrauit, ac conuulsis repagulis se è cubili eijciens, accelerauit ad equos, qui parati expectabant Ottonem. Itaque sublimis equo vectus, dispositis per media custodibus & militibus suis aufugit, antequam in aula, quid rerum ageretur, innotesceret. Ottone ex palatio sic se præcipitante, clamoreque Cancellarij & Dapiferi audito, concurritur ad cubile Regis,

Philippi Regis cædes.

qui volutatus in sanguine suo exanimis iacebat. O fata tristitia. Itane
Rerũ humanarũ inexpectata vicissitudo.
Rex perit, qui iam primum varijs expeditus curis, suo incipit indulgere genio! Næ extrema gaudij luctus occupat. Perit! improuido gladij ictu in cubiculo palatij sui, nec hostem, nec ferrum reformidans; qui toties in prælijs fuerat seruatus. Regali pompa Babenbergæ postridie necis ad 10. Kal. Iulij in ferijs S. Albino dicatis, sepultus est magno multorum luctu, & lachrymis: *Mutius lib. 19.* Hinc corrigendus primò Albertus Crantzius, qui *lib. 7. Sax. cap. 28.* Philippum non dolo circumuentum, sed aperto marte oppressum occubuisse testatur. Inculcatenim, ab admisso ad Regis triclinium Ottone, gladium vibratum. Increpitum à Rege, *Quid hoc sibi vellet, non iam tempus nec locum esse vibrandi gladij*, respondisse, & tempus & locum ensem poscere, statimque confossum Regem vno ictu exanimasse. Deinde emendandus Godefridus, qui gladio de manu armigeri clanculum arrepto Philippum existimat percussum, quod est minus verisimile. Qui enim id non aduertissent Regi præsentes. Deniq; & Paulus Lang; qui in Chron. suo Spiræ ipsum exi-
Ottonis de Vvittelsbach pœna
stimat esse sepultum. Porrò ipse Otto ad Danubium in quadam curte seu villa Monachorum de Eueza delitescens, Henrico de Kalentin Philippi Præfecto seu Marescalco proditus, & mox à milite eius circumfuso crudeliter occisus est, capite eius in fluuium abiecto. *Godefrid. anno 1208. Appendix Ottonis Frising. de S. Blasio cap. 51.* In Chronicis tamen Augustensis Monachi ann. 1209. ad Hanovve perhibetur extinctus. Mutius auctor est, Ottonem post latrocinium se continuisse apud Egbertum Babenbergensem Episcopum & eius Fratrem Henricum Marchionem. Ideoque qui constituerant vlcisci necem Philippi, etiam illis
Henricus Marchio occiditur.
insidiabantur. Vnde Henricus Marchio de Aderschehe paucis post mensibus occisus fuit in quadam rustica villa à Marescalco Philippi Imperatoris. Alijs in arce Niderstrang fertur occubuisse, vt iam supra in Henrico Kalentin insinuauimus.

Maria Aragonia vxor Friderici Siculi.
Pagina 50. lit. C. quæ de Legatis Imperialibus ad Siculum retuli, verba sunt Vrspergensis. Ibidem Reginam quidem nuncuparam Constantiam, verùm ipsa non Constantia, sed Maria appellanda est, vt docent Chronica Colonienſia *folio 185. anno 1212.* Lazius, & alij. Nam Constantia [quæ inter scribendum irrepserat] mater fuit Friderici & Henrici Sexti Imperatoris vxor. Carion tamen damnatus author & matrem & vxorem Friderici Constantiam nominat.

Pagina 51. linea 5. à fine post illa *Nemoris Comitem appellant*, adde, nisi

A nisi auum dicere malueris, cum Gerardus Iuliæ Comes, qui cum Henrico Molenarckensi castrum Isenburgicum anno 1226. destruxit, & anno 1235. Ludis hastilibus VVirtzenburgi interfuit, eius parens esse potuerit; quanquam propter regiminis breuitatem Gerardus & hic VVilhelmus fratres esse videantur, & VVilhelmi illius, de quo Cæsarius, filij. Sed de his alias.

PAGINA 53. Anno 1214. Philippus Galliarum Rex, coacto omni iuuentutis flore, Fernando Flandriæ Comiti filio Regis Portugaliæ, qui se Angliæ Regi subdiderat, bellum mouit, ac Tornacum Flandris eiectis occupauit. Occurrit ei Imperator Otto ab Angliæ Rege euocatus cum expeditis copijs, ac Gallum prudenti consilio de angustioribus B locis ad tria milliaria subducentem se in patentiores campos, iuxta pontem, vt aiunt, Bouinum, insecutus est cum agmine instructo. Vterque in alterno aspectu, explicata acie exercitum pugnæ componit. Rex Franciæ suis additurus animum, ita eos affatus est. Otto haud morigerus Ecclesiæ filius, iram Dei meritò expauescit; nos etsi peccatores, Ecclesiæ tamen iussis paremus. Quocirca bona spe freti, auxilium Diuini numinis præstolamur; sub cuius felicibus auspicijs signum D. Dionysio inscriptum, & dedicatum prodeat. Ab altera verò parte Romanæ fulgebant aquilæ; per nubila volabant signorum dracones. Ita verò aC cies instruebatur, vt Ottonis milites solem meridianum intuerentur aduersum; at Regis experirentur auersum. Initio sinistrum Regis & dextrum Flandrorum cornu collato pede præliabantur. Flandriæ Comes dum suis virtute & animi robore præluceret, memor, hic suam rem agi, audentius quam prudentius, in Philippi aciem inuehitur; ibique pugnando capitur. Miscentur pugiles, equites inuolant equitibus, acris pugna tres horas tenebat, cædunt, procurrunt victi victoresque Germani sub signis imperatorijs militantes, prætoriam Regis adeo prælio D vrgebant legionem, vt acie perrupta Regem cominus manu consertum equo deturbarent. Signifer inclinabat lilia, vt auxilia vocaret. Imperator vicissim à Gallis non segni est pugna impetitus. Fuit, qui ipsius frena iumenti corriperet; sed facilè cum suo detrimento repulsus. Sonipes Imperatoris caput læsus cum inuito refugit acie, sed mox saltu Imperator corpus suum subiecit in equum nouum, atque ad prælium redeuntem densata campis agmina ab acie excludebant. Incaluit rumor à Gallis excitatus, vulgatusque Imperatorem fugisse. Atrox vtrimque perseuerat dimicatio, cæduntur, capiuntur, dilabuntur. Comes Bolo-

prælio Ottonis & Philippi Galliæ Regis.

Causa ruinæ Ottonis oppugnatio Ecclesiæ Dei.

Bolonienſis inter nouiſſimos ex acie Impetatoris ſubſtitit, donec & ipſe comprehenderetur. Gallis tandem adorea ceſſit palmaris. Comes Flandriæ ipſos 12. annos egit in carcere, Ioanna coniuge eius Flandriam A prudentiſſimè moderante, quæ poſtmodum effecit, vt Maritum vinculis liberatum in ſuum reciperet territorium. Otto autem Imperator in Saxoniam reuerſus, ſæpe conſilium oppugnatæ Eccleſiæ Romanæ, deplorauit. Ita *Crantz. 7. Sax. 34.* Monachus Paduanus in Chronico ſuo ad ann. 1211. hanc bello fuiſſe datam occaſionem exiſtimat; quod liberaliter ſe Pariſijs ceſſurum ſpopondiſſet Rex Galliarum Philippus, ſi Otto Romanorum obtineret Imperium. Quo impetrato, incautam ſuam Rex conſiderans promiſſionem, armis eam dirimere decreuit. B Verùm hoc ipſe mihi ægrè perſuaſerit, & λόγους exiſtimo.

PAGINA 57. litera D. incidit Dominica inuocauit in diem 27. Februarij, itaque reſtituenda eſt dies 28. Februarij, vti bene expreſſi pagina 290. lit. D. Hic autem errore amanuenſis verba litura inducta irrepſerunt, idemque contigit ſequenti pag. 58. lit. D.

Kamen. PAGINA 59. Arnoldus, Erenboldus &c. dicuntur fratres de Caminata non illa Sueuiæ, vnde Camerarij & Dapiferi Ducatus Sueuiæ de Caminata, id eſt, Kemnates & VVellenburg in agro Burgouienſi, oriundi ſunt ex Rhætia Curienſi, ſed de Caminata VVeſtphaliæ, id eſt, C Camen prope Vnnam vt videre licet in tabula Geographica. Ita nuper ſenſi de illis quos nunc de Gemnaden volo nominatos, incidi enim in

Gemenaden. tabulas, quibus anno 1174. 4. Kal. Iunij, Philippus Heinsbergicus fundationem Monaſterij Olinghauſani ad petitionem Nobilium coniugum Sigenandi miniſterialis B Petri & Hadvvigis confirmauit, diplomate Suſati dato quod ſic clauditur. *Vt omnis cauillatio & turbatio excludatur Sigilli noſtri impreßione præſentem paginam ſignauimus, & banni noſtri authoritate roborauimus. Teſtes horum VVidikindus Præpoſitus in Rheſſe, Ioannes Præpoſitus in Zeflitze, Bernardus Præpoſitus in Soſat. Thedericus Cellerarius, Albertus Decanus in Soſat. Conradus Cuſtos; Hi Priores Eccleſiarum. Henricus Comes in Arnsberg, Euerhardus Comes in Seyna, Reinerus in Frontezradt, Rabodo* van der *Marcka, Henricus* van der *Vore, Henricus* van der *Rhura, Euerhardus de VViclon, Ionathas frater ipſius, Euerhardus qui in banno Imperiali officium geßit, Vicelinunimanus, Lutfridus, Tiemo, Renero, Rothine, Hino, Luitbertus. Hi omnes nobiles ſeu liberi. Gerardus Colonienſis Aduocatus, Hermannus Schultetus in Soſat,* Hermannus, Erenbertus, Arnoldus, VVinemarus van der Gemenaden, *Sifridus, Rudolphus, Hi miniſteriales & alij quam plures. Acta ſunt hæc anno Incarnationis*

A *nationis* 1174. *Indictione* 7. *regnante Friderico Romanorum Imperatore Inuictissimo, anno regni eius* 22. *Imperij autem* 20. *Anno Præsulatus nostri* 7. *feliciter Amen.*

PAGINA 65. lit. C. Padberg principio fortassis fuit Episcoporum Paderbornensium; nam vt inquiunt manuscr. apud Reuerendum Patrem Browerum Societatis IESV in sideribus illustribus in Meinwerco C 105. Anno 1030. Kalend. Iunij, Conradus Imperator Meinwerco fideliter sibi in Hungarorum expeditione obsequenti interuentu Gislæ Imperatricis & Henrici Regis filij, testamento dedit in B Merseburg quondam Bernardi Spurij Comitis prædium Padberg dictum cum decem mansis, circa eundem montem adiacentibus in pago Michtercha in comitatu Haholdi Comitis situm, eo quod ad se ex defectu legitimi hæredis esset deuolutum. Verum postea ad Colonienses fuit translatum, vt ex his S. ENGELBERTI literis constat. Qua ratione autem ad Colonienses transierit, necdum reperi. Illud saltem occurrit, à viro Sancto iniustè fundum illum fuisse possessum, minime posse præsumi. Padberg.

PAGINA 67. lit. D. in Margine erronee à Cantipratano vocari Con- Sifridus
C radum Hildesienſem, qui erat Sifridus; hinc colligitur, quod Conra- Hildesheimensis Episcopus.
dus Hildesio ad Herbipolensem vocatus infulam ac Imperialis aulæ Cancellarius impiorum ministrorum suorum seu vt ait Vrsperg Ministerialium suorum de castro Rauensberg (quod posteà à ciuibus est destructum) gladijs confossus occubuerit circa ann. 1205. Vrsperg. Non ergo anno 1218. fuit amplius superstes. Conradus ex Hildesheimensi Episcopus Herbipolensis interficitur.

PAGINA 70. litera B. Adolphi Comitis apud Bensberg datas typographus inter schedulas imprimendas præterijt. Itaque illas hic exhibeo & propter meliorem Hochstedianæ, Limburgicæ, aliarum stirpium notitiam plures de Ecclesia Rometskirchensi adijcio tabulas.

D

Priuilegium donationis Ecclesiæ in Romerskirchen.

Romerskirchē ius Patronatus Collegij S. Andreæ *Vide pag.* 70

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Omnibus hoc scriptum inspecturis in perpetuum. Quia res gesta labitur cum lapsu temporis, quæ nullius scripti memoria perennatur, notitiæ præteritorum præsentis scripti, & Sigilli nostri impressionis testimonio transmittimus. Quod ego Adolphus Comes de Monte, cum fratre nostro ENGELBERTO *Coloniensi Archiepiscopo, Ecclesiæ B. Mariæ Virginis in Knetstedin Patronatum nostrum in Romerskirchen, pro remedio animarum Parentum nostrorum,*

& nostrarum liberè contradidimus. Huius rei testes sunt, Conradus maior Præpositus, & Archidiaconus, Marcharius Abbas de Steinueldt, Godefridus Cappellarius, A
* supra pag. 182. lit. B. Theodericus de * Brule, Hartmannus Templarius de Vrbe, Henricus Comes Seinensis, Hermannus Aduocatus Colonienſis, Theodericus Dapifer, Sifridus Camerarius, Bruno Pincerna, Pilegrinus Notarius, & alij quam plures. Acta sunt hæc apud Bensburg, cum essemus in procinctu versus terram sanctam, Anno Incarnationis Dominicæ M.CC.XVIII.

NB. ☞

Confirmatio super donatione Ecclesiæ in Romerskirchen.

Conradus de Hochsteden Archiepiscopus Colonien-sis. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Conradus Dei Gratia S. Colonienſis Ecclesiæ humilis Minister & Italiæ Archicancellarius, vniuersis tam præsentibus, quã B futuris, præsentem paginam inspecturis, æternam in Christo salutem. Iure cautum esse dignoscitur, vt ea, quæ laudabiliter, præsertim pro animarum remedio pie, ac deuote attentantur, ad perpetuam sui memoriam auctenticarum fulciantur munimine Scripturarum. Ea propter tam præsentibus, quam futuræ posteritatis Christi fidelibus volumus esse perpetuum, quod piæ recordationis Lutharius Comes de Hochsteden Pater noster, & Adolphus Comes de Monte cum fratre suo Domino ENGELBERTO Colonienſi Archiepiscopo, pro remedio suorum, ac progenitorum nec non & successorum suorum peccaminum Ius patronatus in Romerskirchen Monasterio B. Mariæ Virginis in Knechstedin contulerunt perpetuo obtinendum, sicut in priuilegiis præmissorum C Comitum perspeximus contineri. Hanc deuotam largitionem Patris nostri prædicti Lotharij, frater noster Lotharius Comes de Hochsteden, ob reuerentiam eiusdem Patris nostri ratam habuit & acceptam, prout in suo priuilegio clarius declaratur. Cum itaque ex parte Abbatis, & Conuentus præfati Monasterij nobis humiliter fuerit supplicatum, vt hanc concessionem dignaremur confirmare. Nos iustis eorum pariter & honestis grato occurrentes assensu, ad imitationem recolendæ memoriæ D. ENGELBERTI, & D. Henrici Prædecessorum nostrorum Archiepiscoporum Colonienſium dictam Collationem iuris Patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen factam Monasterio D prænotato præsentium confirmamus auctoritate, arctius sub pœna iam lata excommunicationis inhibentes, ne quisquam memoratum Monasterium in eodem iure patronatus deinceps molestare præsumat. Datum in Knechstedin. Anno gratiæ M.CC. XL.... Mense Iunio.

Lutharius de Hochsteden S. Engelbertus & Adolphus de Mõte.

Lutharius Lutharij de Hochsteden.

Collatio Iuris patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Lotharius Dei Gratia, Comes in Hochsteden, omnibus tam præsentibus, quam futuris æternam in Domino salutem, Vniuer-

Vniuersitati vestræ præsenti pagina notificamus, quod nos pro salute animæ nostræ, & Lotharius de
A *Parentum nostrorum, de consensu vxoris nostræ Mechtildis, ac hæredum nostrorum,* Hochsteden
contulimus Monasterio S. Mariæ Virginis, quod dicitur Knechstedin, ius patronatus Mechtildis
Ecclesiæ in Romerskirchen, quod ad nos pertinere dignoscebatur, humiliter & deuotè vxor eius.
per temporalia capientes æterna comparare. Itaque quia hæc donatio varietati subiecta erat, & quia omnes mutationi subiacemus, ne hoc pietatis donum aliquorum ingeniis, vel versutiis inquietari, vel irritari possit, hanc paginam in firmamentum, & testimonium Ecclesiæ S. Mariæ Virginis in Knechstedin conscribi fecimus, & Sigillo nostro roborari. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dominicæ M.CC.XII. *Testes* 1212.
B *huius facti sunt, Gunterus Sacerdos, Henricus Scriptor frater eius, Godefridus Burggrauius, Reinardus Dapifer, Henricus * de Kalemunt, Nichol de Heimboũ, Eckebertus de Hense, Eckebertus de Hart, VVilhelmus de Nuenhan, Heribertus de Duttilsdorp, Sibodo frater eius, VVolbertus Berfret, Engelbertus frater eius, Paulus de VVithercho, Nicol. de Dalheim, VVolkoldus de Bure.* * pag. 214. supra.

Confirmatio collationis dictæ Ecclesiæ.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus Dei Gratia, S. Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis tam præsentibus, quam futuris præsentem paginam
C *inspecturis, æternam in Christo salutem. Iure cautum esse dignoscitur, vt ea, quæ laudabiliter, præsertim pro animarum remedio piè ac deuotè geruntur ad perpetuam sui memoriam auctenticorum fulciantur munimine Scriptorum. Ea propter tam præsentibus, quam futuræ posteritatis Christi fidelibus notum fieri volumus, quod pie recordationis Lotharius Comes de Hochsteden pro remedio suorum, ac progenitorum, nec non & successorum suerum peccaminum ius patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen Capitulo B. Virginis in Knechsteden contulit perpetuo obtinendum. Hanc deuotam largitionem Lotharius Comes de Hochsteden, primo memorati Lotharij filius ob* Lotharius de
reuerentiam Patris sui ratam habendo collaudans eandem, nobis humiliter supplica- Hochsteden
uit, quatenus huius rei præsentem literam testimonialē conficientes, districtius prohi- Lotharij
D *beremus, ne quid huic donationi contrarium attentetur. Iustis ergo eius postulationi-* filius.
bus pariter, & honestis grato occurrentes assensu, dictam collationem iuris patronatus in Romerskirchen factam Capitulo S. Mariæ in Knechstedin, præsentium auctoritate confirmamus, saluo per omnia iure Diocœsani, & Archidiaconi loci. Arctius sub pœna excommunicationis inhibentes, ne quisquam memoratum Capitulum in eodem iure patronatus dictæ Ecclesiæ Romerskirchen, deinceps molestare præsumat. Testes sunt, Conradus mãior Præpositus, & Archidiaconus, Gosvvinus maior Decanus, & Archidiaconus Henricus S. Georgij Præpositus, Bruno S. Cuniberti Præpositus, Arnoldi S. Gereonis Præpositus, Reinerus de Ellerlo, Arnoldus Scholasticus S. Andreæ, Ger-

hardus de Vlamersheim, Gerardus & Pilegrinus Notarij, Ludovvicus de Lulſtorp, Henricus Comes Seinenſis, Theodericus de Dormdorp, Hermannus de Mulenarckin, A
Hermannus de Alfere, Theodericus de Munichuſen, Theodericus Grin, AEgidius de Are, Hermannus Vlecke, Albero de Hongin, Sifridus de Berge. Acta ſunt hæc Coloniæ
1228. in noſtro Pallatio, Anno Incarnationis Dominicæ M.CC.XXVIII.

Ratificatio & approbatio donationis Patronatus Eccleſiæ in Romerskirchen.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Lotharius Dei Gratia, Comes de Hochſteden. Omnibus tam præſentibus, quam futuris, æternam in Domino ſalutem. Nouerit Vniuerſitas noſtra, quod Pater noſter Dominus Lotharius quondam Comes in Hochſteden ius Patronatus Eccleſiæ in Romerskirchen, contulit legitime Monaſterio S. Mariæ Virginis, quod dicitur Knechſtedin pia liberalitate, cuius donationem approbamus gratam habemus, & ad eius munitionem, & ratihabitionem, ne inquietari poſſit, vel irritari prauorum aſtutijs, vel excogitationibus prauis, hanc paginam conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro ad abundantem cautelam ſub ſpe vitæ perennis
1227. communiri. Acta ſunt hæc Anno Incarnationis Dominicæ M.CC.XXVII. Teſtes huius facti ſunt Conradus maior Præpoſitus, Goſvvinus maior Decanus, Arnoldus S. Gereonis Præpoſitus, Yvvanus Sacerdos in Romerskirchen, Theodericus Sacerdos de C
* ſupra pag. 214. Vremisdorp, Henricus de * Kalemunte, Hermannus Vlecke, Henricus Burggrauius, Reinardus Dapifer, Reinardus filius eius, Heribordus de Duttilsdorp, Sibodo frater eius, VVolbertus Berreit, Engelbertus frater eius, Gerardus, Theodericus, Reinardus filij eorum, Gerhardus de Glene, Pollardus, Henricus Hartheuuſt, Euerhardus de Colonia, Gerevvinus frater eius, Lifridus, Nicol. de Dalheim, VVinandus filius eius, Ludevvicus de Radinrode, Hellevvicus de Glene, Heino Nus de Glene, Ruttherus de Berge, Volkoldus de Are, Aegidius de Are.

Recognitio de Iure Patronatus in Romerskirchen.

Lotharius de Hochſteden filius Lotharij & Mechtildis. Margarita vxor Lotharij iunioris.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Lotharius Dei gratia Comes de Hochſtadin filius Lotharij Comitis, & Margaretha vxor eius, vniuerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus in perpetuum. Notum vobis eſſe volumus, quod D
ius Patronatus Eccleſiarum de Vremorsdorp, & Romerskirchen ſpectat ad Abbatem & Eccleſiam Knechſteden. Et nos cognoſcimus deinceps eos tale ius obtinere. Et ne hoc cuiquam poſterorum noſtrorum in dubium venire poſſit, hoc ſub præſenti ſcripto profitemur, quod Sigilli noſtri appenſione duximus confirmandum. Actum anno Dominicæ Incarnationis M.CC.XXVIII. menſe Februario.

Commiſ-

Commissio causæ super Ecclesiæ de Rommerskirchen Priuilegio.

A

Henric. Dux de Limburg, & Comes de Monte, & Adolph. primogenitus eiusdem Ducis, vniuersis has literas inspecturis salutem & omne bonum. Vniuersitati vestræ præsentibus notum esse volumus, quod nos dilectis nostris Magistro Arnoldo Scholastico S Mariæ ad Gradus, & Magistro Vlrico SS. Apostolorum, & Magistro Sibodoni S. Seuerini Canon. Colon. commisimus causſam, quæ vertitur inter nos, & Ecclesiam Knechsteden, de iure patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen, vt ipsi secundum ius, & suas conscientias definiant dictam causſam. Et ne huius commissionis dubium

B *oriatur, præsens scriptum Sigilli nostri munimine roboramus. Datum Coloniæ, Anno Domini M.CC.XLIII. in festo ad Vincula S. Petri.* 1243.

Henricus de Limburg & Monte, Adolphus eius primogenitus.

Alia commissio ordinationis causæ.

Ego Ingebrandus, Notarius Ducis Limburg. & Comitis de Monte. Omnibus præsens scriptum intuentibus Notum facio, quod quicquid Magister Vlricus SS. Apostolorum, Arnoldus Scholasticus de Gradibus, & Magister Sibodo S. Seuerini Canonici Colon. super controuersia Ecclesiæ de Romerskirchen, quæ vertitur inter Abbatem & Conuentum de Knechsteden ex vna parte, & me ex altera parte ordinauerint, ratus sum habiturus, & quia proprium Sigillum non habeo, præsens scriptum

C *Sigillo Domini Ducis muniui.*

Adiudicatio iuris patronatus Ecclesiæ Romerskirchen.

Illustri Domino suo Henrico Duci de Limburg, & Comiti de Monte, Magister Vlricus Canon. SS. Apostolorum in Colon. suus deuotus Clericus paratum cum fidelitate obsequium. Ad mandatum vestrum, ego & Magistri Arnol. & Schol. S. Mariæ ad Gradus, & S. Seuerini Canonici in Colon. inspeximus, & diligenter examinauimus literas bonæ memoriæ, Adol. Comitis de Monte super donatione iuris Patronatus Ecclesiæ de Romerskirchen facta Monasterio Knecsteim, ac confirmatione & consensu bonæ memoriæ Archiepiscopi ENGELBERTI, *& sicut mihi videtur, & sicut*

D *pariter consensimus ad dictum Monasterium pertinet de iure ius Patronatus præfatæ Ecclesiæ de Romerskirchen. Vnde Deum habeatis præ oculis, & præfatum Monasterium iure suo propitius esse dignemini pro salute animæ vestræ, & vestrorum successorum.* *

S. Engelbertus & Adolphus de Monte.

Ratificatio decisionis causæ motæ super Ecclesia de Romerskirchen.

Venerabili viro O Dei Gratia maiori Præposito, & Archidiacono in Colon. Henricus Dux de Limburg, Comes de Monte salutem cum affectu syncero. Significamus vobis,

Henricus

burgi Comes de Monte. vobis, causam coram vobis super iure Patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen ab Abbate & Conuentu in Knechtsteden ab vna parte, Nos & Ingebrandum Notarium A nostrum ex altera fuisse motam, iustè & amicabiliter esse decisam, & determinatam. Vos rogantes, quatenus Abbati dicto, vel alicui Fratrum suorum, pro quo petierit curam animarum dictæ Ecclesiæ, sicut vestri iuris est, impendatis. Huius rei veritatem scripto, & Sigillo nostris præsentibus protestamur. Datum Anno Domini M.CC.

1244. XLIV. in die Margaretæ.

Alia protestatio, seu ratificatio super eodem.

Venerabili viro, O Dei Gratia maiori Præposito, & Archidiacono in Colon. Ingebrandus Notarius Ducis de Limburg, & Comitis de Monte, placitam ad bene- B placita voluntatem. Causam quam habui contra Abbatem, & Conuentum Knechsteden, super iure patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen in præsentia Domini Ducis de Limburg, & mei, iustè & amicabiliter sopitam, & determinatam pœnitus resigno, & effestuco, ita quod nec ego, nec aliquis pro parte mea vobis quæstionem mouebit. Rogans, sicut in literis Domini Ducis est impressum, Abbati prædicto, vel pro quo petierit. Curam animarum impendatis. Quia vero proprium Sigillum in conscriptione huius literæ non habui, minori Sigillo Domini Ducis sum contentus. Datum Anno Domini M.CC.XLIV. In die Margaretæ.

1244. Protestatio super decisione causæ, circa Ecclesiam de C Romerskirchen.

C. Dei Gratia maior in Colon. Præpositus Archidiaconus. Vniuersis præsens scriptum inspecturis salutem in Domino. Literas Ducis de Limburg recepimus in hunc modum: Venerabili viro C. Dei gratia maiori Præposito, & Archidiacono in Colon. H. Dux in Limburg, Comes de Monte, salutem cum affectu syncero. Significamus vobis, causam coram nobis super iure Patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen ab Abbate & Conuentu in Knechsteden ab vna parte nos, & Ingebrandum Notarium nostrum ex altera fuisse motam, iustè & amicabiliter esse decisam, & deter- D minatam, Vos rogantes, quatenus Abbati dicto, vel alicui Fratrum suorum, pro quo petierit, curam animarum dictæ Ecclesiæ, sicuti vestri iuris est, impendatis. Huius rei veritatem scripto, & Sigillo nostris præsentibus protestamur. Datum Anno Domini

1244. M.CC.XLIV. in die Margarethæ.

Alia protestatio super eodem.

C. Dei Gratia maior in Colon. Præpositus Archidiaconus, Vniuersis præsentes inspecturis salutem in Domino: Literas Ingebrandi Notarij Ducis Limburgen. recepimus in hunc modum: Viro venerabili C. Dei gratia maiori Præposito Colon.

Ingeb.

Ingeb. Notarius Ducis de Limburg, & Comitis de Monte paratam ad beneplacitum
A voluntatem. Causam quam habui contra Abbatem Knechsteden super iure patronatus Ecclesiæ in Rommerskirchen, in præsentia Domini Ducis de Limburg, & mei penitus resigno, & effestuco, ita quod nec ego, nec aliquis pro parte mea vobis quæstionem mouebit. Rogans, quatenus, sicut in literis Domini Ducis est expressum, Abbati fradi to, vel pro quo petierit, curam animarum impendatis. Quia vero proprium Sigillum in conscriptione huius nostræ non habui, minori Sigillo Domini Ducis sum cont ntus. Datum anno Domini M. CC. XLIV. In die Margarethæ.

Protestationis ratificatio super donatione Ecclesiæ de
B Romerskirchen.

C. Dei Gratia maior in Colon. Præpositus, & Archidiaconus, Vniuersis nostris successoribus, cæterisque Prioribus perpetuam in Domino salutem. Significamus tam præsentibus quam futuris hoc scriptum intuentibus, quod accessit ad nos Lotharius Comes de Hochsteden, præsente Abbate de Knechsteden, & fratribus suis, humiliter & fideliter petens à nobis, vt donationem patronatus Ecclesiæ in Romerskirchen, quam pater suus bonæ memoriæ, Lotharius ob remedium animæ suæ, & parentum suorum Knechstedensi Monasterium piè obtulit, nos illam semper ratam volentes habere, literarum nostrarum continentia firmaremus, & Sigilli nostri impressione mu-
C niremus. Nos ergo benignis eius precibus annuentes, ne præmissum Monasterium quisquam in posterum in iam dicto patronatu præsumat molestare, præsentem paginam duximus conscribendam, & Sigilli nostri impressione confirmandam, quatenus & literarum continentia præbeat firmitatem, & Sgilli nostri impressio conferat perennitatem. Datum Coloniæ. Anno Incarnationis Domini M. CC. XXVIII. 8. Idus 1228.
Maij. Testes sunt Ioannes & Henricus Capellani nostri, Hermannus Vlecke de Are, Aegidius de Are.

Recognitio super iure Patronatus de Vremersdorp, &
D Romerskirchen.

In Nomine Domini, Amen. C. De Hochsteden, maioris Ecclesiæ, & F. frater eius S. Andreæ in Colon. Canon. Omnibus præsens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum esse volumus, vniuersis quod ob salutem animarum parentum nostrorum, & nostram cognoscimus Abbatem, & Ecclesiam in Knechsteden plenum ius habere patronatus Ecclesiarum de Vremersdorp, & de Romerskirchen. Et hoc sub præsenti pagina profitemur, cui nos rogauimus apponi Sigilla Ecclesiarum, in quibus Conradi de
Canonici sumus, videlicet maioris Ecclesiæ, & Ecclesiæ S. Andreæ. Insuper ego C. Hochsteden
meum proprium apposui: Ego vero F. quia proprium Sigillum non habui, Sigillum Sigillum.

Deca-

Decani mei S. Andreæ ad abundantem cautelam appendi supplicaui. Actum Coloniæ,
1228. *in veteri Pallatio, anno gratiæ* M.CC.XXVIII. *Mense Februario, proximo Sab-* A
batho ante Cathedram Petri, præsentibus Friderico Abbate, Rabodone Priore, Henrico Cellerario, Giselberto, Conrado Canon. Ecclesiæ Knechstedens. Gerlaco Canon. Bonnensi, Magistro Francone Scholastico S. Cuniberti, Magistro Henrico de Rile, Magistro Henrico Leodiense, & alijs pluribus.

Ecclesia de Romerskirchen adiudicatur Ecclesiæ Knechstedensi per sententiam diffinitiuam.

In Nomine Domini Amen. Nos Iudices G. de Droitzdorp, Canon. Bonnens. B
Magister F. Scholasticus S. Cuniberti, & Magister H. de Rile Colonien. à Domino G. Præposito & H. & H. Canon. SS. Apostolorum in Colon. à Domino Præposito delegatis constituti, & arbitri de consensu partium electi in causa, quæ vertitur inter Abbatem, & Ecclesiam Knechstedens. ex parte vna, & C. de Hochstaden Canon. maioris Ecclesiæ in Colon. ex altera super iure patronatus Ecclesiarum de Vremersdorp. & de Romerskirchen, intellectis rationibus, cognitis probationibus, & priuilegijs Ecclesiæ Knechstedens. inspectis, Deum præ oculis habentes, ratione iudiciariæ potestatis, dicimus Abbatem, & Ecclesiam Knechstedens. ius habere, & adiudicamus eis per diffinitiuam sententiam ius patronatus dictarum Ecclesiarum, Domino C. de C
Hochstaden prædicto imponentes silentium perpetuum, super ipso iure patronatus earundem Ecclesiarum. Ratione vero arbitrariæ potestatis, quia in nos compromiserunt Abbas, & Ecclesia Knechstedens. ex parte vna, & dictus C. de Hochstaden maioris Ecclesia & F. frater eius S. Andreæ in Colon. Canon. ex altera, sub periculo causæ & fide data, & sub pœna excommunicationis super iure patronatus dictarum Ecclesiarum, dicimus arbitrando, quod dicti fratres C. & F. effestucando renuncient omni querelæ, actioni, & iuri, si quod videbantur habere super patronatus iure earundem Ecclesiarum, & gratum habeant & acceptum, quod Ecclesia de Knechsteden habeat ius præsentandi ad Ecclesias supradictas, & ratam habeant hanc nostram sententiam, & volumus, vt sub Sigillis suarum Ecclesiarum, in quibus Canonici sunt, D
1228. *ista profiteantur. Actum Coloniæ in veteri Pallatio, Anno gratiæ* M.CC.XXVIII. *Mense Februario, proximo Sabbatho ante Cathedram Petri, præsentibus partibus, & alijs pluribus.*

Oliuerus S. Engelberto. PAGINA 71. & sequenti. Vt hæc plenius intelligantur subijciam hic ipsam quam promisi Oliueri ad S. ENGELBERTVM epistolam.

OLI-

OLIVERI SCHOLASTICI COLONIENSIS DE CAPTIONE DAMIATÆ AD ENGELBERTVM COLONIENSEM ARCHIEPISCOPVM, &c.

A HOnorabilibus dominis suis, ENGELBERTO Colonienſi Archiepiſcopo, maiori Præpoſito, maiori Decano, cæteriſque Prioribus, totique clero, *Oliuerus* peccator, ſeruus empticius crucis ſic dictus, Colo-
B nienſis Scholaſticus, per viam ſalutis ad æternæ beatitudinis conſortium peruenire feliciter. *Sapiens corde & fortis robore, qui facit magnalia & inſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt numerus; qui excelſos iudicat, qui ponit humiles in ſublimi: ipſe magnificatus eſt ſolus in obſidione* Damiatæ. *Non enim, vt in aliis expeditionibus contra Sarracenos, diuerſis temporibus ordinatis per humanũ conſilium, aut bellatorum auxilium; ſed per ſemetipſum, quod petere nõ præſumpſit homo, per ſuæ diuinitatis potentiam mirabiliter eſt operatus. Non Regibus, non aliis Principibus, vel nationibus, ſed nomini ſuo dans gloriam, vt in nobis peccatoribus cõpleta ſit promiſſio Prophetica:* Vos tacebitis, & Dominꝰ pugnabit pro vobis.
C *Poſt captam ſiquidem turrim in profundo fluminis Nili ſitam,* Saphadinus, *inueteratus dierum malorum, dolore ſicut aſſeritur tactus nimio, exhæredator fratruelium ſuorum, & vſurpator regnorum Aſiæ, mortuus eſt & ſepultus in inferno. Poſtmodum in feſto S. Dionyſii, Sarraceni cum * galeis armatis improuiſi venientes, principia caſtrorum vbi* Romani *tentoria fixerant, inuadentes, modica manu repulſi ſunt, recurrentes celeriter ad galeas, qui gladios perſequentium, ac fluminis voraginem euadere non potuerunt. Sicuti autem olim Aegyptij in aquis vehementibus Maris Rubri; ſic in Nilo ſubmerſi ſunt circiter ad mille quingentorum numerum, ſicut à Sarracenis*
D *poſtea didicimus. Sanè in feſto* S. Demetrij, *qui frater vterinus B. Dionyſii fuiſſe dicitur, ſummo diluculo caſtra* Templariorum *inuaſerunt hoſtes: & modicum damnum nobis inferentes, per expeditos equites noſtros fugati ſunt ad pontem, quem procul à nobis in ſuperiori parte fluminis conſtruxerant: & ibidem interempti ſunt ad numerum quingentorum, ſicut à transfugis intelleximus. Porrò quia multi de populo Chriſti [illegible] lacuerunt Domino, neceſſe fuit vt tentatio probaret eos.* Ionas *pro anguſtia [illegible] peſtatis in mare miſſus, & ventre piſcis concluſus, probatus rediit ad aridam.* Apoſtolus *triplici naufragio tribulatus euaſit: populus Domini, præmiſſo triduano ieiunio, quod clerus in pane & aqua ſeruauit obedienter, & multis proceſſionibus ordinatis, à venerabili Domino* Pelagio *Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato,*

Exod. 14. 14.

Saphadinus moritur præ dolore ob captam turrim ante Damiatam.

* *Galeæ, id eſt triremes.*

1500. hoſtes ſubmerſi.

500. cæſi.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus.

Legato, tentari meruit. Nam in vigilia Sancti Andreæ Apostoli, media nocte intumuerunt fluctus maris, crescentes, & excursum terribilem facientes vsque ad castra A
Tempestas & inundatio. fidelium, ab alia parte, fluuius inundans nos occupauit. Natabant tentoria, perierunt cibaria; pisces fluuiales & marini, se, quasi nihil timētes, cubiculis ingerebāt, quos manibus nostris cepimus, quibus inde carere deliciis voluimus: & nisi consilio Spiritus Sancti ante prouisum fuisset in fossato, quod tamen in alios vsus factum fuerat, mare coniunctum flumini, homines cum iumentis, naues cum armis & victualibus, detraxisset ad hostes. Nec tamen hoc periculum euaserunt, quatuor coccones, super quos ædificata fuerunt propugnacula ad capiendam ciuitatem: qui vno impetu cum quinta naui, quæ inter eos hærebat, ad oppositam ripam vi ventorum præcipitati, ante oculos nostros sunt igne Græco combusti: pepercit Dominus operibus Fresonum & B
Theutonicorum, quibus Turris capta fuerat. Naues oneratæ quæ in portu maris stabant ruptis repente funibus perierunt. Durauit hæc tempestas per triduum continuum, quo elapso Dominus, qui consolatus est nos in tribulatione nostra, imperauit ventis & mari, stare faciens ipsum à feruore suo. Inuasit præterea multos de exercitu quædam
Pestis. pestis, contra quam Physici nullum ex arte sua remedium inuenire poterant. Dolor repentinus pedes inuasit & crura; & coniunctim caro corrupta gingiuas & dentes obduxit, masticandi potentiam auferens; tibias horribilis nigredo fuscauit: & sic longo tractu doloris afflicti, cum multa patientia migrauerunt ad Dominum plurimi: quidam autem vsque ad tempus vernale durantes, beneficio caloris e- C
uaserunt liberati. Post dictam tempestatem naues parabantur ad transitum fluminis: quæ cum magno periculo sursum ascendentes inter ciuitatem ac turrim captam, machinis & igne Græco cum iaculis plurimùm sunt impedita. Vnde accidit vt vna nauis Templariorum vi torrentis rapta; propè ripam ciuitatis præcipitaretur ad hostes: qui cum barbotis, & vncis ferreis ipsam impugnauerunt diutiùs, ignem Græ-
Generosa mors Christianorum. cum cum lapidibus desuper de turribus proijcientes. Et cùm sic præualere non valerent, propter defensorum audaciam, certatim nauim ascendentes præcipites in eam descēderunt ad Templarios: vbi cùm diutiùs pugnaretur, tandem nauis perforata, siue ab hostibus siue à nostris, incertum habemus, profundum petijt, submergens Aegyptios D
cum Christianis: adeò vt vix summitas mali appareret super aquam. Et sicut Samson plures strauit moriens quàm viuens; sic & isti martyres plures secum traxerunt in aquæ voraginem, quàm gladiis interficere potuissent. Ciues autem Da-
Christiani 10 egregio facinore capiunt pontem hostium. miatæ cruentam victoriam suam ferè septem diebus planxerunt. Exinde pontem reparantes, aperturam adeò reliquerunt angustam, vt naues nostræ sine periculo transire non possent. Theutonici verò & Fresones, zelo iustæ indignationis accincti, cum minori naue, cuius ministerio turris fuit capta, quā Gallici sanctam matrem appellant, Pontem similiter inuaserunt, auxilium non habentes nisi de cœlo. Pauciores autem

autem viri quam decem de gente prædicta, contra omnem fortitudinem Babyloniorum pontem ascendentes, spectante multitudine Christianorum, & hanc audaciam
A plurimi extollentes, fregerunt eundem: & sic cum quatuor nauibus super quas erat pons fundatus, reuersi sunt cum triumpho, liberam viam & apertam sursum velificantibus relinquentes. His itaque gestis, Sarraceni periculum quod eis imminebat attendentes, ripam nobis oppositam, fossatis & argillosa materia cum propugnaculis ligneis altis munierunt, machinas & petrarias locantes ibidem; nobis spem auferentes per locum alium transeundi. A casali verò quod per milliare ferè distat à ciuitate, vbi hæc noua munitio terminabatur, per transuersum fluminis, nauium immersiones fecerunt cum palis infixis gurgiti. Nihilominus Apostolicæ sedis Legatus desi-
B derium bonum habens obsidendi ciuitatem, naues superiùs congregatas vrgebat ad transitum. Vnde coccones propugnaculis & castellulis, viris etiam armatis muniti, cum galeis & aliis nauibus sequentibus, CHRISTO duce, præscriptas immersiones euaserunt. Hostes autem, dissimulato metu, tres ordines armatorum, stationi nauium nostrarum contraposuerunt: vnam, peditum super ripam cum clipeis quos targeas appellant, lineariter ordinatam: secundam, post dorsum illorum, similem priori; tertiam, equitum, longam, & terribilem: ictibus lapidum & telorum plurimùm vexando stationem Christianorum. Sanè nocte solemnitatis S. Agathæ virginis
C & martyris, cùm coadunatus esset populus fidelium, qui sequenti die transiturus erat, pluuiæ & venti multùm discriminis & difficultatis addiderunt nostris: sed fidelis DEVS, qui non patitur suos tentari super id quod possunt, respiciens ad castra seruorum suorum, quod secundùm inferiores causas difficile fuerat vel impossibile, conuertit in facilitatem & gaudium, suæ virtutis innouans miracula. Post mediam siquidem noctem tantum pauorem Soudano Babylonis & Satrapis eius incussit, vt relictis castris, ignorantibus etiam Aegyptijs, quos ad resistendum ordinauerat, in sola fuga spem ponerent. Quidam apostata, qui multo tempore, Christianorum legem transgressus cū Soldano militauerat, stans in ripa Gallicè clamabat: Quare moramini? Quid trepidatis? Quid hæsitatis? Soldanus abijt. Et hoc dicto, se in naucula
D Christianorum recipi postulauit, vt in potestate ipsorum positus, fidem dictis faceret. Summo igitur diluculo cùm inchoatum esset officium Missæ diei festi per oratoria Christianorum: Gaudeamus omnes in Domino: nunciata sunt hæc Legato, Regi, & alijs. Itaque fugientibus Aegyptijs, nostri certatim & alacriter absque omni impedimento hostiū, & sanguinis impensa, transierunt: Sed adeò limosa & profundioribus aquis difficilis fuit ad applicandū terra hostilis, vt vix equis sine sessoribus & sellis eiecti, possent ascendere. Tēplarij præduces in ascensu equorū, erectis signis, propero cursu ad ciuitatem festinauerunt, sternentes perfidos qui audaciter de portis egressi venientibus occurrerunt. Non gloriabitur securis, contra eum qui secat in ea;

Aggeres & munitiones hostium.

Acies hostiū.

vexantes.

Pauor & fuga hostium.

Soldanō

Christiani magna virtute aditū ad vrbē occupāt.

Esa. 10. 15.

audacter

Neque terra, contra eum qui trahit in ea. *Miraculum istud cui æquabimus vel cui comparabimus, nisi ei quod legitur de* Benadab *Rege Syriæ, qui obsedit Samariã, artans eam plurimùm, cui Dominus tantum immisit terrorem, vt relictis castris fugeret? & sicut per leprosos qui erant in introitu portæ, illa fuga Syriorum nuntiata fuit Samaritanis: ita per leprosum in anima, præfatum videlicet Apostatam, nuntiata fuit Aegyptiorum fuga. Et sicut ille populus Samaritanorum spolia, in castris Syriorum relicta collegit: sic noster exercitus tentoria & manubias fugientium diripuit, targias plurimas, & omnes galeas cum barbotis & alijs nauibus, quæ infra casale vsque ad ciuitatem inueniebantur, cum alijs spoliis victores occupauerunt. Multi bellatores, relictis vxoribus, territi propter inopinatum transitum, fugierunt de* Damiata: *& sic per girum, & firmiter obsessa est ciuitas. Per desidiam autem, & inertiam eorum quorum nomina* DEVS *scit, factum est vt hostes, resumptis viribus & armis, aduenientes etiam* Coradino *cum* Halaprinis *cum magna multitudine, locum illum occupauerunt, à quo nostri transitum miraculosum fecerant: & sic nos obsidentes ciuitatem, ipsi periculosiùs obsiderunt; & nisi per diuinum consilium prima castra quæ erant inter mare & fluuium retenta fuissent, maximè per* Theutonicos & Frisones, *portus nobis ablatus fuisset; & negotium plurimùm periclitatum vacillasset. Vt autem miraculum transitus clarescceret, ac soli* CHRISTO *adscriberetur, ad tantam Sarraceni peruenerunt temeritatem, vt diluculo Sabbati ante Dominicam,* Oculi mei semper, *nobis tale periculum non præuidentibus cum multitudine graui, propiùs accederent, & vsque ad fossatum se præcipitarent: sed, diuino auxilio, cum graui damno equitum & equorum repulsi sunt.*

Ann. 1219. Hierosolymæ destructa.

Anno gratiæ milleſimo ducenteſimo decimo nono, *Regina ciuitatum* Hieroſolyma, *quæ videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est à* Coradino *filio Saphadini, foris & intus: muri eius cum turribus redacti sunt in aceruos lapidũ, præter templum Domini, & turrim Dauid. De* Sepulchro *verò glorioſo destruẽdo, consilium habuerant Sarraceni, & per litteras comminati sunt, quas ciuibus Damiatæ transmiserunt, ad ipsorum solatium: sed huic temeritati nemo præsumpsit manus apponere, propter loci reuerentiam. Sicut enim in* Alcorano, *libro legis eorum, scriptum habent:* IESVM CHRISTVM *Dominum nostrum, credunt de Maria Virgine natum & conceptum: quem sine peccato vixisse, Prophetam & plusquam Prophetam profitentur; cæcos illuminasse, leprosos mundasse? mortuos suscitasse, firmiter asserunt: Verbum, & Spiritum* DEI, *& viuum ad cœlos ascendisse non discredũt. Vnde quando, tempore Treugarum, sapientes ipsorum Hierosolymam ascendebant, codices Euangeliorum sibi postulabant exhiberi & osculabantur & venerabantur, propter munditiam legis quam.* CHRISTVS *docuit, & maximè propter Euangeliũ Lucæ, vbi legitur,* Missus est Gabriel Angelus: *quod literati inter eos sæpiùs repetunt*

Quid Mahometani de Christo sentiant.

tunt & retractant. Lex autem eorum, quam Diabolo dictante, ministerio Sergij mo-
A nachi & apostatæ ac hæretici, Macometus Sarracenus dedit Arabicè scriptam, à gladio cœpit, per gladium tenetur, in gladio terminabitur. Macometus iste illiteratus fuit, sicut ipse profitetur in Alcorano suo; & quæ prænominatus hæreticus dictauit, ipse promulgauit, & per comminationes obseruari statuit. Luxuriosus enim fuit & bellicosus: ideoque de immunditia & vanitate legem statuit, quam carnaliter viuentes in parte voluptatis firmiter obseruant: & sicut legem nostram veritas & munditia muniunt; ita errorem ipsorum timor mundanus & humanus, ac voluptas carnalis firmissimè custodiunt In die Palmarum anni præscripti, inimici nostri, multa comminatione præmissa, quòd seipsos vel nos omnes vna die perderent; & collecto ter- Eruptio ho-
B ribili & innumerabili exercitu equitum & peditum, irruerunt super nos, vndique stium.
fossatum nostrum inuadentes; & maximè pontem Templariorum & Ducis Austriæ, quem ipse cum Theutonicis defendere studuit: hostes cum electis militibus suis, de equis descendentes, cum Christianis atrociter pugnauerunt. Cæciderunt hinc inde, mortui & vulnerati, multi. Tandem præualuerunt adeò quòd pontem ascendentes, partem eius combusserunt. Dux Austriæ præcepit suis, vt ponte relicto, aditum darent instantibus & introitum: sed intrare non præsumpserunt, propter militiam nostram, quæ acies suas ordinauerat. In subsidium & munitiones defendentium, mulieres aquam & lapides, vinum & panem bellatoribus nostris intrepidè ministrabant:
C orationi sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes, ac benedicentes. Eo die non est datum nobis spatium gestandi alias palmas, quàm balistas & arcus cum sagittis, lanceas & gladios cum clypeis: Adeò instabant, & vexabant atrociter qui conuenerant ad perdendum nos, studio liberandæ Ciuitatis, ab ortu Solis vsque ad horam ferè decimam: tandem defatigati, retraxerunt se, cum damno maximo. Instabat iam
passagium vernale: ~~Recessimus. Erat~~ Dux Austriæ, qui per annum & dimidium Laus Ducis Austriaci.
CHRISTO fideliter militauerat, Princeps deuotione plenus, humilitate, obedientia, largitate: qui præter alios sumptus innumerabiles, quos in negotijs bellicis, ac priuatis eleemosynis fecerat, domui Theutonicorum sex millia marcarum argenti, vel am-
D pliùs, ad comparandum prædium creditur contulisse. In Kalend. Maij magna multitudo Peregrinorum cœpit recedere, nobis in summo periculo relictis: sed Pater noster, benignus & misericors, Dux & propugnator noster, protector & defensor sperantium in se, cui facile est in paucis, sicut in multis vincere, IESVS CHRISTVS, non permisit incredulos simul in nos irruere, donec noui recentesque Peregrini cum copioso succursu superuenirent: copia victualium & equorum nutu diuino transmissa, collectio- Nouus Peregrinorum succursus.
nem fidelium lætificauit. Instaurato igitur fidelium numero in festo Ascensionis Domini, more suo per terram & aquam irruerunt perfidi; & multoties sic attemptantes, præualere non valuerunt. Particulariter etiam propè castra nostros prouo-

Saraceni fossas Christianorum occupant.

cabant, damnificantes, & damnificati. Pridiè verò Kalen. Aug. omnem quam habere poterant adducentes copiam, post diutinos assultus, tandem fossatum contra Militiam Templi transeuntes, & licias violenter rumpentes, pedites nostros verterunt in fugam, adeò vt totus exercitus Christianorum iam periclitaretur. Milites de Francia, seculares & equites, ter conati sunt ipsos repellere longiùs extra fossatum, sed non potuerunt. Saraceni siquidem intra mœnia nostra, fractis munitionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinauerunt. Clamor ortus est insultantium, omnis multitudo ipsorum præparauit se: iam timiditas aucta est Christianis: sed spiritus qui induit Gedeonem animauit Templarios. Magister enim Templi, cum Marescallo cæterisq; fratribus suis, qui tunc aderant, per exitum angustum impetu facto, viriliter in fugam conuertit incredulos. Domus Theutonicorum, & Comites, aliiq; milites de diuersis nationibus videntes Templi Militiam in periculo constitutam, festinanter per exitus sibi contra positos, tulerunt auxilium. Sic pedites Sarracenorum, abiectis clipeis, interficiebantur, præter eos quos fuga præcipites percussoribus abstulit. Post equites nostros, egressi sunt pedites: per modicum spatium se retraxerunt hostes: acies hinc inde substiterant armatæ, donec crepusculum vespertinum prælium interemit. Sarraceni priores abierunt. Occisorum corpora perfidorum, strata iacebant iuxta fossatum plurima, præter eos qui sauciati grauiter vel leniter reducti sunt ad castra. Sic saluauit Dominus in die illa sperantes in se, per virtutem Templariorum, & eorum qui ipsis cooperati discrimini se commiserant. Pauci de nostris interfecti sunt, & capti. Instrumenta contra ciuitatem præparata, combusta sunt à defensoribus eius, præter scalas. Genuenses, Venetiani, Pisani, firmiter asserebant se ciuitatem expugnaturos per quatuor naues, super quas scalæ pendebant: sed ipsi non erant de genere virorum illorum per quos facta est salus in Israel. Volebant enim sibi facere nomen cum tubis & calamillis & signis multis progressi. Legatus Apostolicæ sedis, sumptus eis præbuit copiosos de communi: Rex, & alij, cordas & anchoras prout requirebant, exhibuerunt abundanter. Aggredientes itaque ciuitatem primo die multos interfecerunt & vulnerauerunt: & quanto sæpiùs, postmodum assultum fecerunt, tantò magis muri firmati sunt, ligneis castellulis ac liciis. Defensores etiam robustiùs & efficaciùs se venientibus opposuerunt: & sic scalæ mutilatæ per ignem ac pluries reparatæ, tandem infecto negotio, reductæ sunt ad ripam: & sic deprehensum est, & veraciter intellectum, sola virtute Diuina, Damiatam in manus Christianorum fore tradendam. Nos verò insensati, & immemores beneficiorum Dei, ac mirabilium quæ fecit, prouocauimus oculos Diuinæ Maiestatis contra nos, per desidiam maiorum & murmurationes minorum. Pedites equitibus improperabant ignauiam, equites pericula peditum quando contra Sarracenos egrediebantur, dissimulabant. Vnde factum est, vt communibus exigentibus culpis, in decollatione

Eiiciuntur à Christianis.

Itali sua virtute nihil promouent.

à Deo tantũ ſpes victoriæ.

Sancti

A Sancti Ioannis Baptistæ, *licet vix inuenirentur qui in custodia castrorum remanerent, naualem & terrestrem exercitum, equitum ac peditum educentes, ad castra Babyloniorum tenderemus, inter mare & fluuium, vbi dulcis aqua non poterat inueniri ad potandum: Ipsi verò sublatis tentoriis fugam simulabant. Et cùm processum fuisset à nostris adeò, quòd appareret aduersarios directa fronte nolle confligere: capuanei nostri longum inierunt consilium, vtrum procederent an redirent: discors inter eos sententia fuit: Interim solutæ sunt acies, præter ordinem illorum quos in disciplina militari ligauit obedientia. Equites Cypri in dextro cornu constituti, Sarracenis incursum facientibus à latere, timiditatem suam ostenderunt: Italici pedites primi fue-*

B *runt: post eos, equites de varijs notationibus, & quidam Hospitalarij Sancti Ioannis: Legato Romanæ sedis, & Patriarcha qui Crucem baiulabat, multùm sed frustra supplicantibus vt subsisterent. Aestus Solis erat vehemens: pedites armorum pondere premebantur, calorem auxit labor viæ: & qui secum vinum detulerant in angustia sitis biberunt illud purum propter defectum aquæ: his omnibus concurrentibus, qui subsistentes se defenderunt, & post primitiuos fugientes anthelo cursu terga dederunt, extincti sunt, sine vulneribus corruentes.* Rex *verò cum Templarijs, & domo Theutonicorum, & Hospitalarijs Sancti Ioannis, Francigenis, de* Hollandia, *de* Werthe, *de* Sarreburge, *de* Cestriæ *Comitibus* Galtero Bertoudi, *Pisanis,*

C *aliisque militibus impetum persequentissimum sustinuit: Rex, igne Græco ferè combustus fuit. Hi omnes pro muro fuerunt fugientibus: quoties facies suas ostendebant hostibus, illi fugerunt: quando verò gradatim reuertebantur, ictus & tela sustinuerũt inimicorum. Capti sunt in illa defensione electus* Beluacensis, *& frater eius* Camerarius Franciæ, *& filius eius; frater Andegauensis Episcopi, cum* Ioanne Darcies *viro nobili & valdè strenuo,* Henricus de Vlma; *& alij multi, qui trucidati sunt, & in captiuitatẽ ducti: Tẽplarij triginta tres capti vel occisi sunt, cum Marescallo Hospitalis S. Ioannis, & quibusdam aliis fratribus eiusdem domus: nec euasit sine*

damno domus Theutonicorum. Militia Templi, *quæ prima solet esse in congressu,*

vltima fuit in recessu: vnde cùm ad fossatum nostrum nouissima rediret, foris substi-

D *tit, vt anteriores intra mœnia quantum possibile fuit reduceret. Persecutores, ad captiuos deducendos, & spolia colligenda tandem redierunt: sicut intelleximus postmodum à Sarraceno, quingenta capita Christianorum Soldano præsentantes. Mœror nostros occupauit: sed nulla desperatio: pro certo enim habemus, quòd pœna peccati fuit hæc castigatio, & minus erat in pœna, quam exigeret culpa, ipso temperante vindictam, qui dicit animæ peccatrici:* Tu fornicata es cum amatoribus plurimis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. *Constat autem nobis quod in præcipua sua militia, luctuosa sibi damna sustinuerunt incredulis. Sanè miserator Dominus, qui non obliuiscetur misereri, nec continebit in ira misericordias*

Infœlix punigna Christianorum.

Capti ex Christianis.

Henricus de Vlmene.

Pœna peccati & misericordia Dei.

Ierem. 3. 1.

Hostis inducias tentat.

Christianorũ discordia animat hostes.

Nouus hostiũ impetus insperato succursu retunditur.

Angustiæ & calamitates hostis obsessi.

Conditiones pacis à Sultano petitæ.

cordias suas, qui in tribulatione peccata dimittit; qui dixit de tenebris lumen splendescere, luctum nostrum conuertit in gaudium, mœrorem in lætitiam. Nam soldanus *vnum de captiuis nostris mittens, de pace vel treuga nobiscum tractare cœpit: in quo tractatu fossatum nostrum, & munitiones alias reparauimus alacriter. Interim nautæ, Christianitatis proditores, & cum eis Peregrini plurimi, magis seipsos amantes, quàm fratribus suis compatientes, ante tempus cõsueti Passagij, Agonistas* CHRISTI *in summo periculo reliquerunt, eleuatis velis obiecto portu, nobis mœstitiam, Babyloniis audaciam contulerunt. Qui tractatum pacis intermittentes, in vigilia Sanctorum Cosmæ & Damiani, & sequenti die festo, proximo etiam Sabbatho cum galeis, barbotis, per flumen; cum mangunellis, targijs, fructicibus pro implendo fossato, per terrã, feritate barbarica & impetu consueto, nos impetierunt: sed durus bellator & triũphator in Israel, solita vsus gratia, castra sua defendit misso per mare* Sauerico de Mallion, *cum galeis armatis, & bellatoribus plurimis in ipso necessitatis articulo: & nos clamantes in cœlum, nec trepidantes ad impetum; sed viriliter resistentes, interfectos, sauciatos, & confusos ab insultu triduano recedere coegimus, ipsius virtute qui saluat sperantes in se. Interea ciuitas obsidione longa, ferro, fame & pestilentia grauiter, & vltra quam scribi possit afflicta, in sola pace, quam Soldanus promisit ciuibus, spem posuit. Adeo enim in ea fames inualuit, vt cibi desiderabiles deessent. Panis corruptus abundauit in ea: durabilis enim non est annona Aegypti, propter molles glebas in quibus crescit: nisi superiùs circa partes Babylonis artificiosè conseruetur in annos: & sicut audiuimus,* Coitanum *vnum* XI. *Bisantijs vendebatur in ea. Ex angustia famis, diuersa morborum genera vexabant eos: & inter cætera incommoda quæ sustinuerunt, noctibus, velut aorista percussi, apertis oculis nihil videre dicebantur.* Soldanus, *de die in diem vanis promissionibus ipsos à deditione dehortatus, decepit miseros. Postremò portas suas obstruxerunt intrinsecus ne aliquis veniens ad nos de suis, nuntiaret quomodo dies afflictionis posset eos. Si qui verò per posticium, vel de muris per funes, euadere potuerunt, inflati & famelici ciuium suorum angustiam probabant euidenter. Illis etiam, qui foris in exercitu Sarracenorum nos obsiderent, copia panis & pabuli cœpit decrescere.* Nilus *siquidem, qui post festum Sancti Ioannis Baptistæ, vsque ad exaltationem S. Crucis solet excrescere, & Aegypti planitiem irrigare, hoc anno, more suo non ascendit ad signum, quod ponere consueuerunt Aegyptij: sed, prout intelleximus, magnam partem siccam reliquit, quæ nec arari nec seminari poterat suo tempore. Vnde* Soldanus, *caristiam timens & famem, etiam amore retinendæ Damiatæ, talem pacem cum fratre suo* Coradino *Christianis obtulit:* vt Crucem Sanctam, quæ olim capta fuit in victoria Saladini, cum ciuitate Sancta, & omnibus captiuis qui per regnum Babyloniæ, & Damasci viui reperiri possent; sumptus etiam ad reparandos muros Ierusalem

A B C D

salem redderent: Insuper regnum Ierosolymitanum totaliter restitue-
A rent, præter Cracum & Montem Regalem, pro quibus retinendis, tributum obtulit, quamdiu treuga duraret. *Sunt autem hæc duo loca in Arabiæ sita, septem munitiones firmissimas habentia, per quæ negociatores Sarracenorum & peregrini ipsorum, Mequam tendentes, vel ab ea reuertentes, transire solent: & qui hæc potenter tenuerit, Ierusalem, cùm voluerit, grauiter nimis, cum agris & vineis ladere poterit. Hanc compositionem acceptandam esse Christianitati,* Rex & Frangigena, Comes Cestriæ, *eam capitaneis Theutonicorum censuerunt pertinaciter. Nec hoc mirandum fuit: quia longè minori pace, quæ priùs oblata fuerat, contempti*
B *fuissent: nisi sano consilio eis esset obuiatum.* Legatus *autem cum Patriarcha, Archiepiscopis, Episcopis, Templariis & Hospitalariis, ac omnibus Italiæ Capitaneis, multisque aliis prudentibus viris, efficaciter huic tractatui se opposuit, rationabiliter ostendens ante omnia Damiatam fore capiendam: opinio diuersa peperit discordiam, quæ* Nouus succursus hostis obsessi. *citò sedata fuit propter communem necessitatem. Interea Soldanus magnam multitudinem peditum clanculo per loca palustria misit ad ciuitatem: quorum ducenti quadraginta, Christianis dormientibus, fuerunt ingressi, Dominica nocte post festum omnium Sanctorum: tandem præ clamore vigilium, casi sunt & capti, quos ad ducentos & plures computauimus. Nonas Nouembris, Saluatore mundi regnante, & domi-*
C no Pelagio *Albanensi Episcopo, Apostolicæ sedis Legatione solerter ac viriliter fungente, capta est* Damiata, *absque deditione, sine defensione, sine violenta depredatione, cum tumultu: vt soli Filio Dei adscriberetur euidenter victoria, qui populo suo ingressum in Aegyptum inspirauit, & ibidem vires ministrauit. Et cùm caperetur ciuitas in oculis Regis Babylonis, more solito non fuit ausus* CHRISTI *milites ad defensionem paratos, per fossatum nostrum aggredi. Eodem etiam tempore fluuius excreuit, vberiùs aquis fossatum implens: Ipse verò confusus, castra propria combussit & fugit.* DEVS *autem, qui tertia die aquas sub firmamento congreganit in locum vnum, ipse agonistas suos per aquas maris perduxit ad portum Damiatæ, mense Maio, feria* Damiata capta.
III. *eosdem transduxit per Nilum, ad obsidendam ciuitatem, mense Februario, feria*
D III. *Idem cepit Damiatam, inter aquas sitam, mense Nouembri, feria* III. *Hanc vrbem vitulæ consternanti; quæ tertio terræmotu subuersa est, possumus assimulare: Vitulam appellamus, propter eius lasciuiam: piscibus enim, auibus, & pascuis, frumento, hortis & pomeriis abundauit; negotiando, practicam exercendo, delicijs effulsit in culpa, pereffulsit in gehenna; sed vna hora venit iudicium eius: Consternantem diximus, quia quasi tertio terræmotu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra manente. A Græcis & Latinis primò fuit obsessa, qui ab ea defecerunt: demum à Latinis, sub Amaurico Ierosolymitano Rege, qui non profecerunt: Hac vice tertia Rex Regum & Dominus dominantium seruis suis ipsam tradidit,* IESVS CHRISTVS, *qui vi-*

uit & regnat & imperat; qui sementis irrigua siccauit Aegyptijs; qui confudit operantes sericum, & byssum plectentes, & texentes subtilia. Tali Duce Christiani milites Damiatam *ingressi, plateas eius inuenerunt stratas cadaueribus mortuorum, pestilentia & fame deficientium: aurum & argentum multùm nimis; pannos sericos negotiantium, in abundantia.* A

Damiatæ descriptio.

Ciuitas hac præter naturalem situm loci quo munitur, triplici cincta est muro, turribus lateritijs multis & magnis fortissimè firmata: clauis & antemurale totius Aegypti. Inter Rameſſe, & campum Thaneos sita; in terra, vt conijcere possumus, Gessen, quia pascualis est, quam petierunt filij Israel à Pharaone, tempore famis. Damiata! Damiata! *inclyta in regnis, famosa multùm in superbia Babylonis, in mari dominatrix, Christianorum spoliatrix, in ascensu persecutorum tuorum per paucas & modicas scalas comprehensa: & nunc humiliata es, sub potenti manu* Dei *& adultero, quem diu tenuisti, proiecto, reuersa es ad virum tuum priorem: & quæ priùs parturiebas spurios, modò paries filios legitimos ad cultum Filij* Dei, *firmiter à cultoribus* Christi *possessa.* Acconensis *Episcopus, iam ex te primitias animarum* Deo *soluit, paruulos tuos, qui reperti sunt ab ipso vitales, etiam morti proximos, baptismatis vnda sacramentaliter inundando: Multiplices soluisti pœnas: quia præter eos qui viui comprehensi sunt in te, mortui promiscui sexus, à tempore obsidionis in circcuitu computantur, ad triginta millia & ampliùs: quos sine ferro vel igne Dominus percussit, à modò sustinere dedignatus spurcitias in te commissas. Gaudeat igitur vniuersalis Ecclesia, dignas gratiarum actiones referendo pro tali triumpho: & non solùm pro Damiata, sed pro destructa pernicioſa* munitione montis Thabor, *& pro aditu libero ad Ierusalem: vt redificentur muri eius, tempore ab Altissimo prouiso: pro castro præterea* Filij Dei, *quod magnis sumptibus edificat viriliter & inexpugnabiliter* Militia Templi, *de quo superiùs in superioribus literis plenius scriptum est* B C

Laus Coloniæ

LÆTARE SPIRITVALITER, PROVINCIA COLONIENSIS; EXVLTA, ET LAVDA: QVONIAM IN NAVIBVS, INSTRVMENTIS BELLICIS, BELLATORIBVS, ARMIS, PECVNIA, VICTVALIBVS, MAIVS AVXILIVM TVLISTI, QVAM RESIDVVM TOTIVS REGNI THEVTONICI. *Illustris* Imperator noster & Rex Siciliæ, *ardenter expectatur à populo* Dei, *ad negotij felicē consummationem.* D

Pax per S. Engelbertvm.

Tu Colonia, ciuitas Sanctorum, vt quæ in hortis Rosarum martyrum; Liliorum virginum; Violarum confessorum; nunc pace temporali

rali per Venerabilem Archiepiscopum ve-
A strum (ENGELBERTVM) gaudens, habitas,
pro deuotione filiarum tuarum, flecte ge-
nua cordis tui coram Altissimo, qui vitæ &
mortis habet Imperium. Noli alta sapere,
sed time coram ipso; vias tuas argue, ne fu-
B ror iræ DEI, qui stillauit super te, conuerta-
tur in grandinem; sed tranquillitate tempo-
rum diu concessâ, ei cui honor est & excel-
lentia, virtus & potentia, libera mente de-
seruias.

PAGINA 81. lit. A. Baron. Raderus, & Arenbeckius, Ottonem Fri- Otto Fri-
singensem tradunt obijsse, anno 1159. singensis.

C PAGINA 84. lit. de castro Turrino ante quod B. ENGELBERTVS et- Castrum
iam arcem ædificarat quid contigisse scribat Pantaleonita tempore Thurum.
Henrici à Molenarck paucis accipe: *Anno Domini* 1237. *Turris*, inquit, *quam Venerabilis Archiepiscopus* ENGELBERTVS *ante castrum Thorum extruxerat, dolo capitur à fautoribus Palatini* de eodem loco temporibus Conra-
di de Hochsteden Archiepiscopi Colonienſis Henrici successoris ex-
pugnato & recuperato ista in commentar. de Augusta Treuer. parte 1ª. intelligo: *inter alios Zorno fuit Marschalcus Ducis Bauariæ, quasi alter Nero qui* castrum Thurum *in commisso senem, mulieres grauidas, Clericos Laicosque sine*
D *discrimine carceribus affligebat, Ecclesiasticas personas ac res crudeliter inuadebat, homines etiam Archiepiscopi inhumana proditione interfecerat. Quamobrem Episcopus* [Treuirensis Arnoldus] *tandem ipsum castrum obsedit per totum fere biennium auxilio vicinorum & vniuersitatis totius diœcesis, qui tyrannide Zornonis plurima mala perpessi erant, castroque tandem potitus est, accito ad belli societatem Colonienſi Archiepiscopo cui pars dimidia cessit.* De eremi-
tis & reli-
gioſis vagis

PAGINA 90. lit. D. Obserua ex Cæsarij dial. libro sexto c. 20. satis a- decretũ S.
pertè explicari tempus celebratæ synodi Engelbertinæ cum non facile ENGEL-
recipiendos astruens illos *qui in habitu & censura religionis terras circum-* BERTI.
eunt,

cunt, inquit, *anno præterito* (1221) *Dominus* ENGELBERTVS *Colonienſis Archiepiſcopus in ſynodo ſua præcepit, ne aliquis illorum in ſua diœceſi hoſpitio reciperetur.* A

Hochſteden. *Vide Meibomij Notas in Leuoldū n.19*

PAGINA 97. vti frequenter in allatis tabulis Lotharius Comes de Hochſteden appellatur, ita in quibuſdam antiquis diplomatibus videtur de Horſteden legi, atque ita eum ſemper nuncupat Chapiauillus in Epiſcopis Leodienſibus, quod ex quadam antiquorum grammatum ſimilitudine ortum exiſtimo. Hic verò Lotharius, parens aut frater fuit Conradi ab Hochſteden Archiepiſcopi Colonienſis fundatoris ædis Metropolitanæ.

Hinsberg.

EADEM PAGINA linea 1. litera D. ſignificat Diederichū ſiue Theorum de Hinsberg, vti mille modis probari poteſt. B

PAGINA 100. REGES DACIÆ. Daciæ nomen plerique recentiores cum Daniæ nomine confundunt; vt recte in theſauro ſuo monet Abrahamus Orthelius: ſic Otto Friſingenſis *lib.1. cap.24.* ſcribit; Regem Daciæ à Friderico Ahenobarbo poſtulaſſe inueſtituram. Sic Radeuicus de eodem; Merſeburgi in Saxonia degentem diremiſſe controuerſias de Regni Daciæ ſucceſſione exortas. Daniam vtique intelligentes. Nam Dacia longe inde remota Tranſyluaniam & Danubij ripas antiquitus ſpectabat.

Dania tributaria S. Eccleſiæ.

Dania Romanæ Eccleſiæ à Rege Sueone anno 1062. tributaria facta eſt. Quod vero ad rem geſtam quam de captiuo Rege retulimus Lazius paulo aliter narrat, ſed errat in tempore cum conſtet ex noſtra hiſtoria, ante mortē S. NOSTRI omnibus locis ceſſiſſe Waldemarum II. Canuti IV. fratrem Germanum, qui vt ipſe ait mortuo Canuto in Regnum Daniæ ſucceſſerat ab Archiepiſcopo Lundunenſi coronatus ſubiecerat ſuo Imperio proximas Imperij ciuitates Lubecam, Hamburgum, & Holſatiam proquibus cum Danis diu contenderat Otto IV. Imper. Hunc Henricus à Swerin in publicis comitijs captum in caſtrum ſuum Dannenberg abduxerat, nec prius dimiſerat quam 45000. marcas argenti numeraſſet. Amiſit denique is Lubecam C D vrbem cum tota Prouincia Nordalbingorum, Anno *1242. Et ex eo tempore Lubeca Imperialis vrbs eſſe cœpit. Ita Lazius in Catal. 24. Danemarcomannorum. Ericus VII. filius Waldemari Rex Daniæ à fratre ſuo Abel, cui Ducatum Schleſwicenſem permiſerat, ex inſidijs captus, ac capite plexus, inque mare fuit deiectus circa Ann. 1250. Is Lubecam armis ſibi ſubijcere tentabat, ſed inaniter. Nam Lubecenſes caſtrum Sekler præcipuam eius belli munitionem deſtruebant. Laz.

*error in annorum numero.

PAGINA 103. lit. B. quæ recitantur, ſunt Ciacconij in Honorio III.

vbi

vbi primo tradit Bertholdum Zaringiæ Ducem fratrem fuisse Eginonis
A & patruum Conradi, deinde Conradi fratrem appellatum Rudolphum, verum Pistorius *in Chronic. Episc. Constantien.* Lazius *in Genealogia* Rosierez *in Stemmate Ducum Lotharing. & Barri tom.1.cap.79.* Albert. Argent. *in Chron. ad ann.1218.* docent Eginonem Conradi parentem fuisse Bertholdi de Zaringen generum. Duxerat enim ipsius filiam Agnetem Conradi matrem. Ideoque non Bertholdi frater fuit Egino, sed vt dictum, Gener. Deinde quæ Ciacconius refert de Rudolpho illa tribuũt Vrspergens. & Lazius Bertholdo, vt videatur vnus & idem esse Bertholdus & Rudolphus. Vt verò hæc manifestius intelligantur, sub-
B ijciam Pistorij Genealogiam Ducum de Zaringen, prout ex literis ipse deœrpsit, cum quibus in multis conuenit Lazius.

FAMILIA DVCVM ZARINGENSIVM, EX ANTIquissimis Vindonissæ Comitibus, ex quibus Habspurgici.

Parthilo al. Berthilo Comes Brisgoiæ tẽpore Ottonis III. Imp. Hẽrici S. (ex literis) fũdator cœnobij Sulsburg, An.1008. vixit 993.

Gerardus fundator Sulzburgensis Monasterij cum fratre 1008.

C *Betzelinus succeßit patri, vxor Ermfrida Comes à Sõnenberg.*

Gobizo, vel Bebizo Gebhardus.

Bertholdus Zaringensis filius Bezelini (italiteræ) Dux Carinthiæ, ex vxore Neckergoiæ & Brisgoiæ, nominatus à Trithemio, Dux Alemaniæ mortuus, anno 1078. sepultus Hirschaugiæ.

Luthfredus Comes Zaringensis, vxor filia Humberti primi Comitis Sabaudiæ.

Vxor prima Ruhvvara Marchionissa Carinthiæ.

Vxor secunda Beatrix filia Ludovvici Comitis ex Sophia matre, Mechtildæ glorioßæ sorore, soror Friderici Marchionis mortua 1091. 8. Kalen. Nouembr.

Gisela vxor S. Ladislai Regis Hung.

D *Bertholdus Zaringẽsis Dux Alemaniæ, ex promißis Hẽrici IV. Cæsaris retinet Brisgoiã, & Neckergoiã, ex Socero Dux Burgundiæ minoris & Comes Reinfeldij, fũdauit an.1093. cœnobiũ S. Petri, mortuus an.1111. 12. April sepultus ad S. Petrũ. Vxor Agnes filia Rudolphi Ducis Sueuiæ & Reinfelden, postea Cæsaris,*

Gabiro, vel Gebhardus monachꝰ primũ Hirschaugiensis, inde Episcopus Constantiensis, Pontificis Legatus per Germaniam obijt anno 1110.

Hermãnus Marchio simpliciter dictus, quã dignitatẽ Cæsar Henricus III. dederat: deserto mundo fit in Clumacẽsi Monasterio occulte pastor pecorum, obijt (teste Bertholdo Constãtiensi) an.1074. Kal. Maij. Vxor Iuditha ditißima, & potentißima, fũdatrix noui Monasterij Hirschaugiensis, post primam fundationem.

N. Godefridi vxor Comitis de Calua.

Bertholdus Dux successit Patri, Freiburgum ex pago fecit vrbem anno 1118. occisus Molehemij in transitu à ciuibus anno 1122. 16. Febr. sepultus in Capitolio Monasterij S. Petri. Vxor Sophia, soror Henrici superbi, Guelfi Ducis Saxoniæ & Bauariæ. nupsit secundo Leopoldo Styriæ Domino, vnde mater est Otocari primi Marchionis Styriæ.

Agnes vxor Stephani Comitis Burgũdiæ, qui Guilielmi erat filius.

Conradus successit fratri mortuo, ann. 1122. Regnauit in Neckergoia, Brisgoia, Burgundia, & Reinfelda, obijt anno 1152. 7. Ianuarij. Vxor Clementia filia Gotfridi Namurcensis Comitis; obijt anno 1189. 28. Decemb.

Bertholdus Rudolphus pueri mortui.

Luitgarde.

Hermannus II. Marchio primus Badensis, auctor omnium Badensium, Halbergensium, & Rotelanorum Marchionum. Vide alibi, mortuus 1130.

A

B

Bertholdus IV. hæres Burgundiæ, & Zaringiæ Dux; conditor Friburgi in Vcthlandia anno 1170. iecit fundamentum Bernæ, anno 1181. electus frustra Cæsar contra Philippum; obijt anno 1186. 8. Septembris. Vxor Heilvviga.

Conradus obijt ante fratrem, adolescens.

Clemẽtia vxor Henrici Leonis Guelfi, Ducis Saxoniæ & Bauariæ.

Rudolphus Episcopus Moguntinus; sed reiectus fit Episcopus Leodiensis: profectus cum Barbarossa Cæsare in Syriam: obijt Herdæ prope Friburgum; anno 1190.

Adelbertus ex paterna hæreditate retinuit Teccam, factus primus Dux Teccensis, Vxor Adelheida

Hugo Dominus multorum prædiorum, & feudorum in Brisgoia, reliquit in feudis fratrem, in reliquis alios hæredes.

C

D

Bertholdus V. familiæ vltimus, absoluit Bernã, mortuus sine liberis, anno 1218. Kalen. Maij, Vxor Idæ, filia Matthiæ Comitis Flandriæ, quæ ter nupsit.

Fridericus & Bertholdus pueri extincti.

Agnes vxor Eginonis Comitis ab Vrach, vel à Furstenberg, hæres fratris in Brisgoia, vel vt addit Lazius in Freiburg. Hinc est familia & Comitum à Freiburg, & simul Comitum à Furstenberg. Nam teste Lazio, quatuor procreauit liberos, BERTHOLDVM

Hinc est familia Ducum Teccensium, vsque ad annum 1432. in quo postremus Vlricus mortuus est, maritus Marchionis Badensis Vrsulæ, quæ Rudolphi Magni filia fuit.

A THEOLDVM & B. CONRADVM, de quibus iam actum,& Ottonem,& Engelschalcum Comites Vracenses, quorum duorum meminerunt antiquæ literæ,de anno 1177. & tamen idem vt videtur ex Alberto Argentinensi,alios ei tribuit liberos, primo Conradum seu Cononem seniorem,cui cesserit Dominium in Brisgauia,seu comitatus Freiburgensis.Secundo Eginonem,cui cesserit Dominium in Sueuia,à quo processerint Comites de Furstenberg,&c. subijcit, quod alter, Comitis Freiburgensis Conradi mortui filius Egeno senior, retinuerit comitatum Freiburgensem,alter vero Henricus,acceperit Newenburg,& Badenweiler;quæ ego iam non disputo.

In Epitaphio apud Henriquetz in Menologio, dicitur B.Conradus frater Eginonis Comitis de Freiburg.

B NB.Duo illi fratres Bertholdus, & Conradus, non VADES, videntur ab auo materno constituti,sed PRÆDES,donec certa pecuniæ summa Philippo solueretur. Signa quæ Conrado Portuensi sup.pag.103. apposueram, non Stemmatis erant, sed ex pietate tantum assumpta, quæ alioquin modo gerunt gentilitia, repræsentant hic collocata. Deinde Egino illorum parens nuncupatur ab Alberto Argentinensi, & Rosiers, Sororius Bertholdi, sicut & Henricus de Kiburg, intellige de C Bertholdo V. non de Bertholdo IV. cuius est gener.



NB. hic Conradus alius fuit (vt bene insinuat R.P. Raderus in Bauaria sancta,vol.1. fol.292.)à Conrado filio Welfonis Bauariæ Ducis, ex Vulthilde, filia Ducis Saxoniæ Meginnonis procreato, qui puer ab Episcopo Colonienſi religiose educatus, ac spreto tandem omni honore seculari, Clareuallensem amplexus est religionem. Postea Hie-D rosolymam fuit profectus, vbi Eremitæ multo inseruiuit tempore, contracta demum inualetudine domum rediturus, in itinere Baræ,seu Pataræ ciuitate S.Nicolai felicem exhalauit animam, vixit ætate & Lothatij Imperatoris,qui Spiram obsedit,& Gratiani Iurisconsulti, qui ius Canonicum compilauit, circa annum 1120. vel circiter, Vrsperg.

Reusnerus tamen in Pharamundana stirpe Bertholdo V. Agnetem tradit sororem nuptam Sigismundo Com. Kiburgensi, quæ defuncto Bertholdo V. adepta sit Burgundiæ comitatum cum Friburgo Vchtlādiæ. Deinde Iudithan Eginoni nuptam, quæ Brisgoiæ &c.in Sueuia dominia obtinuerit eodem Bertholdo V.defuncto. No-



A

B

Noster vero Conradus ab Vrach vel Furstenberg, Cardinalis, Episcopus Portuensis, anno 1227. obijt, & in Menelogio Cistercienſi, ad diem 30 Septemb. hoc commendatur Elogio.

*In Claravalle, depositio B. Conradi primum Villarij, post Claræ vallis, demum Cistertij Abbatis, ac tandem sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Episcopi Portuensis, sanguinis splendore & visæ sanctimonia celeberrimi, cuius digiti instar candelarum ardebant; Ordinem Prædicatorum nouiter inchoatum auctoritate Apostolica confirmauit, & mira charitate promouit; ad id ab ipsa Dei parente, quæ ei apparuit, & quod ordinem sibi dilectum & filio suo gratissimum * promouisset, gratulata est, mire excitatus, in Pontificem summum electus, onus & honorem humiliter recusauit, & tandem, postquam terram sanctam pio affectu inuisisset, feliciter obdormiuit in Domino, & in Clara valle locum sepulturæ obtinuit.*

* sup pag. 110.

C

PAGINA 105. Comitem de Vorlemunde alij vocant Orlemunde.

PAGINA 108. lit. A. Hamberg. Vide R. P. Brunner lib. 10. Boiorum Annales, in Conrado, vbi videtur Haimberg appellare. Alias in Sueuia etiã est familia satis celebris de Hõberg.

Truchses à Walpurg.

Ibidem Henricus Dapifer de Walpurg, is est, qui opposuit se Ottoni à Wittelspach Philippum Sueuum Bãbergæ interficienti, sub ann. 1208. sed inflicto suo capiti vulnere humi prostratus, Ottonem dimittere debuit. *Mutius lib. 19.* Ex ipsius familia descendunt Comites de Sonnenberg. Nam primus Comes Euerhardus Filius erat Ioannis III. Dapiferi à Walpurg donatus à Friderico III. Imperatore, seu vt aiunt Iurisconsulti, inuestitus castro Iagberg, quod cum comitatu Sonnenberg,



D

berg magnis obtinuerat seu emerat largitionibus, postea tamen eundē
A comitatum vendidit Sigismundo Austriæ Principi, comitatus noui di-
tione ad Danubium translata, vbi est hodie Scher oppidum cum agro
continente, *Lazius.*

IBIDEM IN SIONE ita nunc passim monasterium illud B.M.appella- B M.V.in
tur; quamuis de Seyn vocari debeat à Mechtilde, ni fallor, Comite de Sion.
Seyn, quæ prima idipsum fundauit.

PAGINA 115. Pseudo Balduinus appellatus fuit Bertrandus Rhe- Rainsus
mensis in Campania oriundus, qui se reducem ex terra sancta Baldui-
B num Imperatorem Constantinopolitanum ante annos aliquot à Bul-
garis captum vulgarat, finxeratque, à Ioannæ Flandrorum Comitis mi-
nistris comprehensus Insulis Flandrorum, in qua vrbe coronam impe-
rialem gesserat, suspenditur, & laqueo vitam finiuit, *Iperius, Miræus.*

PAGINA 123. Si Lector videat Isenburgicis trabibus nigris rubeas duas Grensaw
adijci, sciat eas adiectas ob comitatū Grensavv, quē ille possedit familia.

PAGINA 132. liter. C. æneæ fistulæ per amanuensis incuriam irrepse-
runt. Necdum enim scloporum aut fistularum vsus inuentus erat, sed
vel vtebantur arcubus sagittisve & balistis.

C PAGINA 140. à Regum beneficentia Tremoniam pependisse, ostē- Tremonia.
dit diploma Caroli Magni, anno 788. datum; Vnde simul constat à
Truthmanno viro illustri Saxonibus præfecto Truthmanniam siue *Vide Mei-*
Tremoniam nuncupatam. *bom pag. 63.*

PAGINA 144. lit. C. corpus S. ENGELBERTI in Ecclesiam Schvvel- *in VVitekin.*
mensis parochus inuehi prohibuit; ne ipsa Martyris sanguine pollue-
retur. Verum quidem est, iniuriosa sanguinis effusione Ecclesiam con- Schvvelm.
taminari. c. si Ecclesiam & ibi glo. de consecrat. Eccles. in 6. Attamen si
quis extra Ecclesiam vel vulneretur vel occidatur, licet postea ad tem-
plum delatus sanguinet, vt hoc in casu fiebat, non ipsum polluit c. z. de
D off. deleg. in 6. glo. in d. l. vbi etiam quærit. Quod si Martyr in ipsa Ec-
clesia occideretur, foretne polluta? Et respondet, rem esse dubiam. Pu-
tat tamen probabiliter contaminari ex actione effundentis sanguinem,
non vero ex passione; ideoque nec locum sanguinis lauandum esse,
cum non polluatur, sed potius consecretur. Ita d. glo.

PAGINA 147. Anno 1226. Asserui Chronicon Elvvacense in Conra-
di Sueui ad annum 1226. obitu falli; non quod negem Conradum de
Pfullingen interemptum, nec quod Conradum Portuensem velim esse
de Pfullingen; sed quia Elvvacēsis Monachus audita alicuius Episcopi

circa Coloniam morte, & occubitu purauerit (licet erroneè) eum esse Conradum de Pfullingen. A

Quod verò Conradum de Pfullingen intellexerit, satis ipse indicat; deinde quod existimauerit illum Coloniæ Episcopum fuisse, arguitur hoc ipso, quod referat ad ann. 1226. à Comite Altenach occisum. Sed quicquid sit, hoc imprimis aduertendum, Conradum de Pfullingen Sueuum, quem Lazius tradit ex Dilingana esse familia, distingui à rado Portuensi Episcopo. Nam hic vixit tempore SANCTI ENGELBERTI, circa annum 1200. ille verò circa annum 1066. De quo Vrspergens. Sigebert. Gemblacens. Hermann. contract. Schaffenburg, hæc tradunt, licet in tempore, quo tandem occubuerit, non conueniant: Conradus de Pfullingen, vel vt placet alijs, Cuno Primicerius seu Præpositus Colonien. interuentu Vbiorum Archiepiscopi, à Rege sedem obtinuerat Treuirensem; sed Clero & ciuibus inuitis aut non consultis. Vrbem igitur Treuirensem ingressuro Principi nouo sub crepusculũ, cum magnis copijs obuiam se Theodericus Comes Treuirẽsis, effudit, atq; exiguo ipsius comitatu cœso Pontificem abduxit captiuũ, carnificique tradidit ex altissima rupe præcipitandum; ita vt si ex præcipitio non læderetur, vir omnino haberetur probus. Cui cum ex trina præcipitatione non nisi brachium, vnus occisorum vidisset collisum, caput illi abscissurus, abscidit maxillam. Ex quo vulnere Kalend. Iunij efflauit animam sub an. 1062. vt lubet Marian. Scot. vel 1065. vt tradit appendix ad Herm. contract. vel vt Schaffenburg ad ann 1066. vel denique vt Sigiberto Gemblacensi & Vrspergensi placet sub ann. 1067. Corpus ipsius exangue folijs syluæ obtectum, inuenit rusticus, qui illud in proxima villa condidit; Vnde ad Tollegium monasterium à Theoderico Verdunẽsi Episcopo translatum miraculis fuit illustratum. Comes Treuirensis ab illius morte ductus pœnitentia, Hierosolymam iuit, vbi & obijt. Reliqui conspirati mala mulctati morte, perierunt. Vnus enim illorum nihil cibi potuit deglutire, alij duo suas dilaniauerunt manus.

Com. de Augusta Treuer. pag. 77. B

B. Conrad⁹ Præpositus Colon. designatus Episcopus Treuerẽsis Martyr 1066. C

Vitã Cõradi habeo ex msc. Carthusiæ Colonien. D

Quãti reliquiæ S. ENGELBERTI fiant apud Illustres posteros.

PAGINA 148. Cultellum quidem cœlatoris manus exhibuit præacutum, qui tamen priori iam caret cuspide; cum hæc à monialibus data sit Montium Comitissæ, accepto (siue in precium, siue eleemosynã) præsidio in satrapia Miserloe. Quod ex instrumentis oftẽdissem, nisi ea mihi ab hæretitis illius loci monialibus fuissent negata. Eadem ratio est cur ex historia S. NOSTRI germanicè conscripta, quam ipsæ asseruant, non

possim

possim docere de fonte, qui in loco lutoso, ex quo S. ENGELBERTVS
A fuit extractus, dimanauit prodigijs illustris, nunc obstructus, vt habet Catholicorum ætate prouectorum traditio. De puteo S. Engelb.

PAGINA 151. Plura referuntur bella ab Henrico Limburgensi susceptа contra Godefridos Barbatū eiusq; filiū Louanienſem seu Lotharingiæ Ducem. Et primum quidem ann 1107. sub Henrico V. à quo post parentis sui Henrici IV. Imperatoris obitum, Henricus Limburgensis, quod parum sibi constans ab Imperatoris Henrici V. parēte ad ipsum,
B & vicissim ab ipso ad parentem desciuerat, ducatu exutus; eoque Godefridus Barbatus Godefridi Louanienſis parens fuit inuestitus. Ideoque Henricus custodia, cui ab Imperatore erat traditus, per suam industriam elapsus, armis Ducatum repetiturus, mox Aquisgranum occupauit, sed Godefridus cum armata illi occurrens manu, vrbem recepit, ac ciuibus ab Henrico violenter abstractis, aliquot Comites & multos nobiles abduxit captiuos, quos non prius dimisit, quam ipsi fideliter militaturos iuramento obstrinxissent. Ipse Henricus Limburgensis, vix cum filio suo Pagano, & Nepote Henrico fuga euasit. Vxorem eius intercipere indignum Dux existimabat: *ita Haræus in annal. Ducum Brabāt. ex Chron. Mag. Belgij ex Sigeberto ad ann. 1106. 1107.* Alterum ann. 1120. sub
C Lothario Imperatore Saxonum Duce (qui Godefridum Louanienſem, quod cum Conrado Sueuorum Duce, contra ipsum conspirasset, Ducatu deiecerat) consertum est, vt in quiuut manuscripti, *bellum cruentissimum in Diœcesi Leodiensi inter Henricum Ducem Limburgensem, & Godefridum Brabantiæ Ducem, eorumque fœderatos, in quo cæde hominum edita maxima, Godefrido cessit victoria. Interfuere autem huic prælio, Adolphus &* * *Gerardus Comites de Altena Germani, Henrici Ducis, castra comitantes, vbi se pugiles fortissimos ostenderunt.* Post quod tempus mox ea, quæ dicta pagina narrata sunt, accidderunt: consentit his alius mscr. in vno tamen mscr. Germanico cōfunditur hoc prælium cum primo, ideoq; ad ann. 1107. refertur contigisse;
D Sed quia omnes illud ad Lotharij reijciunt tempus, nō potuit ipsum incidere in an. 1107. cum primùm anno 1125. electus sit Lotharius Imperator. Deinde quod hic asseritur: *à Godefrido stetisse victoriam*, haud est verosimile; cum tempore Lotharij triumphantis de Cōrado Sueuo, ipsiusque Assecla Godefido Barbato, Ducatus Lotharingiæ ipsi Godefrido ereptus, cesserit Walramo Henrici Limburgensis Ex-Ducis filio (Vnde Stephani Metensis Episcopi diploma Auerbodiēse de ann. 1126. Walramum Ducem vocat & Marchionem) quem ducatum ad omnem Lotharij

Cui expeditioni interfuerit B. Euerhard⁹ Altenanus primū bellum 1107.

2. bellum 1120.

* *Euerhardus* Nam ita fasti Cisterciēses *eum vbique appellant.*

tharij vitam, id est ferè ad finem anni 1137. ipse Henrici filius retinuit, atque possedit, donec tertio Kalend. Anni 1137. extincto Lothario, Cō- A
radus in Imperio successor, iam dictum ducatum à Walramo extortū, Godefrido Louanienſi viciſſim reſtitueret: *vt tradit D. Miræus in notitia*
3. *bellū* 1140. *Eccleſ. Belg. in Ducibus inferioris Lotharingiæ.* Vnde ſub ann. 1140. nouum gliſcere cœpit bellum inter Henricum, & Godefridum Louanienſem: Nā cum à defuncti parentis Godefridi Barbati obitu, filius Godefridus vnum annum rexiſſet, eſt cum valida manu profectus contra Henricum Ducem Limburgenſem, qui Lotharingiam ingreſſus, latè omnia cædibus & rapinis fœdabat. Godefridus D. Trudonis oppidum, cuius ciues ab Henrico ſtabant, circumſedit, ac omni telorum genere ſæpius expu- B
gnatum poſtremò in deditionem accepit, oppidanis pollicentibus, ne grauiora paterentur, ſe imperata facturos; quibus & venia data eſt, & mutati renouatique magiſtratus; eiectis Henrici fautoribus & amicis: Quin & ciuibus ad arma coactis, Limburgenſem Ducem (qui obiectis copijs Godefridi reditum impedire conabatur) in congreſſu profligauit, atque exhauſit victorque in Brabantiam redijt, niſi quod Comes Limburgenſis, titulum Ducis & magnam Arduennæ partem retineret. *Ita Haræus in annal. Ducum Brabant. in Godefrido Barbati filio. Miræus in Annalibus Belgicis ad annum* 1140. *Adrianus Barlandus in Chronicis Ducum Brabant.* C
Bella vlteriora. *c.* 30. Poſteribus tamen temporibus iterum à Grimbergianis inſtaurata & innouata ſunt bella quæ eas tenuerunt Prouincias, donec Godefridus III. Godefridi II. filius Barbati Nepos à parentis ſui obitu, pupillarem egreſſus ætatem, in matrimonium reciperet Margaretham Henrici Limburgenſis filiam, ex qua ſuſtulit duos filios Albertum in Ducatu ſucceſſorem Albertum Antiſtitem Leodinorum, & filiam vnicam Aleidam Regi Angliæ nuptam. *Ita Albericus, & Berland. c.* 33. Atque ita lis omnis inter nominatos Duces fuit ſopita. Ex his conſtat, primo fratres E-
B Euerhardus prælio ann. 1120. interfuit. uerhardum & Adolphum nec primo nec vltimo, ſed medio interfuiſſe D
prælio. Deinde prælium ſecundum feliciter Henrico cecidiſſe, cum ipſius filius ducatum Lotharingiæ inferioris eiecto Godefrido obtinuerit. Demum bella verè interceſſiſſe, cum vix quiſquam ſibi perſuaſerit, eos ſponte, nec armis coactos exulaſſe.

Phalandt. PAGINA 154. lit. B. Caſtrum Valentiæ videtur illud, quod Phalandt & Palandt dicitur: Vnde nobiliſſima familia comitum de Culenberg ſuam ducit originem.

PAGINA 157. Quæ anno 1263. Vrbanum pontificem confirmaſſe dixi-

diximus, licet eo tempore Engelbertus Falckenburgicus Colonienſem
A teneret cathedram, alteri tamen Engelberto adſcribenda non videntur quam SANCTO NOSTRO quod Pontificiæ tabulæ, factam & ibidē narratam territorij Colonienſis acceſſionem Engelberto fœlicis ſeu bonæ memoriæ tribuant Falckenburgicus autem integro poſtid temporis decennio ſuperſtes fuerit. NB. *Colonia habuit tres Engelbertos Epiſcopos.*

PAGINA 158. litera D. Dixi Fridericum anno 1226. pœnas dediſſe, cui minimè repugnat Trithemius, qui anno 1225. ſumptum de ipſo ſupplicium docet. Nam ille ex alia æra ſeu ſupputandi ratione progre-
B ditur. Nos vero Romanam obſeruauimus. Quod verò addit, poſt exſolutas ſceleratorum pœnas ceſſaſſe miracula, intelligendum non omnino ceſſaſſe, ſed non adeo frequentia obtigiſſe. Tēpus puniti Friderici Iſenburgici.

PAGINA 159 lit. A. Quod monaſterium Canonicorum Regularium propè Rode haud procul ab Aquiſgrano aſſerui, eſt Canonicorum Sprinckerſtbacēſium: Horum etenim Eccleſia B. Gabrieli dedicata eſt, vt ipſa Cæſarij verba innuunt. Fateor quidem in Montenſi Ducatu eſſe monaſterium Bodingen, quod incolitur à Regularibus Capituli Windesheimenſis, ſed eius monaſterium ex ſacello & collegio qua-
C tuor ſæcularium presbyterorum, duobus ſæculis poſt mortem S. ENGELBERTI prius erectum fuit, vt legere licet lib. 1, Chronic. Windeſheim. cap. 42. Cloſterrode. Bodingen.

PAGINA 168. Gerardus de Borne, in literis monaſterij Heinsbergenſis vbique Gerardus de Waſſenberg nuncupatur. Fuit & alius Gerardus, huius vel patruus, vel patruus magnus; quem Fridericus I. Imperator in literis ſuis (quibus priuilegia & poſſeſſiones Stabulenſis Abbatiæ confirmat anno 1152.) inter teſtes laudat Henricus inquiens, de Limburg. *& frater eius Gerardus. Vide Miræum in Not Eccleſ. Belgij pag.* 401. & 402. Quod verò fuerit alius, arguunt ipſi, quibus ambo vixerunt, anni.
D Nam Gerardus apud Fridericum vixit anno 1152. Alter vero anno 1225. quo etiam obijt. Gerardus de Borne.

Ibidem Walrami II. Ducis Limburgenſis prima vxor Iutta fuit dicta, ſicut ex literis eiuſdem monaſterij ab anno 1261. colligitur. Iutta vxor Walrami II.

Ibidem Walramus III. alijs videtur, anno 1283. obijſſe, ſed intellige ex aliena æra. Nam alias ex literis Adolphi oſtendimus, cum anno 1282. defunctum pag. 258. Walramus quoque vocatus fuit Henricus, *Diuæus & alij.* Walrami III. emortualis ann⁹

Ibidem litera D. NB. Adolphus hic alius eſt ab Adolpho S. ENGELBERTI *Adolphi de Monte plures*

BERTI fratre licet & ipsius mater nuncupata fuerit Margaretha. Nam S. NOSTRI frater in expeditione cruciatæ, obijt anno 1218. alter verò A vixit adhuc sub ann. 1267. Vide pag. 257.

Reliquiæ S. ENGELBERTI Nurenbergam portatæ.

PAGINA 170. nota, quòd vbi Henricus à Molenarck successor & vindex S. ENGELBERTI sacras reliquias Francofurto Norinbergam ad Henricum Regem asportauerat, plurimi ad vindicandam S. ENGELBERTI necem sese voluntarie obtulerint, tamque numerosa hominum multitudo ad conuentum Principum confluxerit, vt gradibus subuersis sex & quinquaginta ex omni hominum genere fuerint extincti. Tres verò & viginti ex nobilioribus à populo oppressi ac domũ delati mox animam efflarint: *vti attestatur antiquissimum Saxoniæ Chronicon, & doctissimus vir Ioannes VVilmius, Commissarius in spiritualibus per inferiorem diœcesim Coloniensem, cuius historia Archiepiscoporum Coloniensium diligentissime conscripta, vt lucem videat, foret exoptatissimum.* B

Bredenoie.

PAGINA 187. Nota Bredenoie; non est Baldenevv, quia hæc arx ab Adolpho Marcano sub ann. 1226. fuit excitata; ille vero locus iam stetit anno 875. Sicut & quidam locus Ham, alius videtur ab vrbe Hammonẽsi sub ann. 1226. exstructa. Nam in literis VVeliberti Archiepiscopi Colonien. de an. 875. Ham & Bredenoie haud lõgè à Rura nominãtur.

Ham.

PAGINA 189. Infœlix Friderici Isenburgici Mater, accepto filij sui C horrendo facinore perculsa, Romam ad limina Apostolorum pro expiatione filij profecta, ac domum redux in comitatu Limburgensi ad Lennam fluuium Westphaliæ extruxit in Elsen Monasterium ordinis Præmonstratensis, vbi ipsa Religiosa filij sui crimen copiosis lachrymarum imbribus irrigatum deplorauit. (*Ita me monet, idem Reuerendus vir & Doctissimus annalium Coloniensium necdum editorum Scriptor Ioannes VVilmius Commissarius in spiritualibus per inferiorem Diœcesim Colonien. Verum* S. ENGELBERTI *præforibus solennitas festinantem me in eo ipso nunc ex archiuis ostendendo impediuit*) Vxorem Friderici dicit Leuoldus à Northoff eodem an- D no post homicidium à marito suo perpetratum defunctam.

Mater Friderici Isenburgici Monasterium Elsen ædificet.

Differentia Glimbach & Gladbach.

PAGINA 194. lit. A. Non Glabbach haud longè Geuelsbergo, sed lectio Glimbach retineatur. Nam prior locus nobilium domicilio caret; & in vetustissimis ante aliquot sæcula scriptis synodalibus parochiarum catalogis Glatebach inscribitur. Noster vero locus Glimbach nobilium sede hic dicitur fuisse celebratus.

PAGINA 199. lit. C. Notationis ad caput quintum libri 3. partem à typographo festinante præteritam hic restituo.

§. FVIS-

§. FVISSE HOMINEM PACIFICVM. S. ENGELBERTVS Pacificus.

A PACIFICI titulum & cognomentum, S. ENGELBERTO omnino congruisse palam est ex illis quæ *pag.* 84 tradidi, & hic maiori quauis exceptione teste probantur Ioanne scilicet Tuitiensi, & S. Trudonis Monasteriorum Abbate, S. ENGELBERTI consiliorum conscio [*supra pag.* 98 *lit.* C.] quin & S. NOSTER sigillo suo PACIS apprecationem incisam gerebat (*supra pag.* 11 *lit.* B.) & Leuoldus de Northoff *in mser. catalogo Archiepiscoporum Colonien. necdum edito*, author est, eum PACEM VBIQVE STABILIVISSE. *Quadragesimus*, * inquit, *Octauus* ENGELBERTVS

B *maioris Ecclesiæ Præpositus successit: qui cum Episcopatum prius confusum in bonum statum restituisset, debita Antecessorum suorum facta per totum Episcopatum vsque ad* ZZ. *millia marcarum collecta perfoluit. Fridericus Rex pro Imperiali consecratione Romam proficiscens, procurationem regni Teutonici illi commisit, & filium suũ Henricum adhuc puerum illi commendauit. Tandem* PACE VBIQVE STABILITA, *à Friderico comite de Isenberg occiditur, & in Ecclesia maiori sepelitur: sedit annis* * X. *sub Friderico Imperatore.*

* *alijs quingquagesimus secundus.*

* *non X. integros.*

PAGINA 208. In Stemmate Geldrico mentio est Henrici aui materni S. NOSTRI quem pag. 10 Geldriæ & Zutphaniæ Comitem nomina- Henricus auus maternus S. Engelberti

C ui, non quod vtramque simul ditionem, sub suo imperio coerceret, cũ iuxta pag. 298. singuli Henrici singulos Comitatus obtinuerint. Sed quod fortè more Germanorũ auus maternus B. ENGELBERTI titulos suorum Maiorum coniunctos gesserit, adeo vt Orlerius in Stemmate Geldrico & authores manuscripti ac editi vnum illis temporibus, vtriusque comitatus Dominum putent constitutum.

PAGINA 210. lit. C. Ab Aquilio hæc de bellua Geldrica afferuntur: Geldrica Bellua.

D Quod tempore Caroli Calui Imperatoris, circa annum Domini 878. versus eum locum, vbi Geldria oppidum est, immane quoddam & venenosum animal, illisque locis inuisum, sub esculo arbore delituerit, miræ magnitudinis, & inauditæ atrocitatis, agros deuastarit, pecora absumpserit, nec ab hominibus abstinuerit, adeo vt vicini rei atrocitate pertertiti, finibus suis excesserint, suisque omnibus absportatis, sese in syluas, ac solitudines abdiderint. Quidam verò Dominus de pont filios duos habuerit insigni virtute & audacia iuuenes Wichmannum & Lupoldum qui partim rebus proprijs consulentes, partim vicinorum calamitatibus succurrentes, summa calliditate ac audacia, sub vesperam, ex scintillantibus oculorum radijs agnitum, in nomine Domini aggressi, diuque luctati, tandem interfecerint. Accolæ tantâ lætitia inspe-

* *Vichardũ manuscr. & Ioannes à Leidis libr. 2. Chron. Belg. c. 4. Reinerus Snoi rerum Batauij lib. 6*

insperatam victoriam exceperint, vt totius vicinitatis acclamatione Domino de Pont se subiecerint. Qui haud procul à Mosa ad Ripam A Nersæ in rei memoriam arcem extruxerit, quam Geldre appellarit, eò quod interfecta à suis bestia crebrò GELRE, GELRE ingemuisset, tum verò vicini casas erigere cœperint Gelrijque ab arce Gelre ibi condita sint nuncupati. Eadem traduntur & ab alijs Geldricis Scriptoribus. Sed

Disceptatio de Geldrica bellua.

à Petro Schriuerio deliramenta febricitantium, ac feriatorum hominum commenta reputantur, & fabulæ; vti & ego cum Reinero Snoi lib. 6. rerum Bata. figmentum aliquod & ænigma subesse pagina à me allata nuper existimaui. Comperi tamen deinceps ex amico meo, cum quo ea de re sermo inciderat, germanum indicium; Ostendebat enim B is, ex Geldria & finibus comitatus Teisterbantij oriundum circa annum 970. sub Ottone secundo S. Meinvvercum VVichmanni seu VVichardi iam nominati ex filia Athela nepotem, occidisse quendam draconem, in eiusque rei memoriam curasse in tapete pingi draconem à se interfectum, quem Monasterio suo Paderbornensi Abdinckhoff donarit. Nam ita author manuscr. in vita Meinvverci apud R.P. Brovverum Soc. Iesu cap 39. ait. *Diuertens enim Episcopus Radincheim, quoddam dorsale, in cubiculo matris suspensum deijci, & suum pallium suspendi mandauit, & pie violentus ipsum dorsale occulte caballo impositum, nouo suo monasterio Patherbrunno quantocyus deferri imperauit. Ipsum autem dorsale reliquerat ad perpetuam sui nominis memoriam, pariterque in honorem Balderici Comitis, quam* * *duxerat mater eius fieri fecerat, picto in eo ob insigne virtutis ad monumentum posteritatis impressus.* QVOD DRACONEM IN LOCO QVODAM INTERFECERAT &c. Neque antiquitatis & rerum à Sanctis gestarum perito insolens videri poterit, integras olim Prouincias infestis draconum incursibus fuisse euersas, cum id ne quidem alijs animantibus potentia ac robore inferioribus denegetur: Nam Plinius lib. 3. cap. 5. auctor est, *Amyclas vrbem in Italia à serpentibus exterminatam.* Idem lib. 8. c. 29. *citra Cynamolgos Aethiopes, integram regionem & gentem à scorpionibus & solpugis sublatam*: Marcus D Varro; *à cuniculis in Hispania suffossum esse oppidum, à Talpis in Thessal, à Ranis in Gallia ciuitatem pulsam, à Locustis in Africa, è Gyaro Cycladum insula incolas à muribus esse fugatos.* Ælianus lib. 17. cap. 27. & 41. histor. var. *prodit ab incursionibus agrestium murium non vnum populum è patrijs sedibus esse eiectum & in fugam compulsum, quod frugibus depastis incolæ, quo victitarent, non haberent reliquũ.* Denique testis est Diodorus lib. 3. *Euntibus à Persicis Susis in Mediam, à scorpionum multitudine olim negatum fuisse transitum, donec Rex propositis præmijs misisset,*

Non esse penitus incredibile draconem ijs locis homines & pecora ad fugam cõpulisse.

dorsale tapetem interpretatur R.P. Brovver.

* quẽ msc. impressus.

fisset, qui illos interimerent. Vnde si imbellibus animalculis prouinciarum
A adscribimus excisionem, eamne poterimus draconibus denegare? qui illis & corporis mole, & virium magnitudine multò antestant. Maximus Tyrius tradit, *apud Indos Alexandri tempore fuisse draconem quinque iugerum magnitudine, cui oues & boues in cibum ministrarentur.* Et author est S. Augustinus Tom. 8. in enarrat. Psalmi 148. *dracones tantæ esse molis, vt maiores illis super terram non inueniantur animantes* Strabo quoq; ait, *dracones esse prodigiosæ magnitudinis, visos esse 80 & 90 cubitorum 60. reperiri cubitorum* author est Philostratus *Octauius Augustus, 50 cubitorū draconē Romæ habuit, quē pro comitio, Romano populo ostentare cōsueuerat,* ita Petrus Crinitus. quinimo testis est
B Aelianus *Imperatore Alexandro, inter alia apud Indos animalia, inuentum etiam draconem, Septuaginta cubitos longum, oculis ad modum clypei Macedonici ingentibus, qui caput ex immani antro proferens, & horrifico squamarum strepitu & TERRIFICO STRIDORE tantum non exanimarit exercitum Alexandri transeuntem; quem quia Sacrum in antro quodam Indi existimabant, Alexandrum orarint, ne ipsum muaderet.* Sed inquies, magni quidem sunt dracones corporis, sed parui & angusti oris, vt docent Solin: c. 33. Greuin: Pausan: Nicand: ideoq; non homines nec pecora possunt deglutire: Respondet quidem Gesnerus *dracones veluti Epidaurios ore parvo esse, alios verò Megalaunas, velut Indicos & Aethiopicos tum Phrygios ore amplo, attractas volucres integras*
C *atq; alia animalia deglutire:* de quibus Aëtius & Auicenna ita loquuntur. *habent* (scilicet dracones de quibus agit) *facies citrinas & nigras, & sunt eis ora vehementis amplitudinis, & supercilia cooperiunt oculos eorum, & super colla eorum sunt squamæ & in omni mandibula sunt tres dentes, siue tres dentium ordines:* Et ego, inquit, Auicenna, *dico, quod iam vidi, quendam huius generis, super collum illius in latidudine erant pili grossi,* verum Solinus cap. 33. agit de draconibus Aethiopicis, *quos ore esse paruo, non vasto nec amplo scribit.* Proinde
D respondendum est, sicut nec omnes, etiam in vna prouincię plaga dracones eadem magnitudine, ita nec omnes eiusdem oris amplitudine haberi, cum nec hoc in hominibus nec alijs reperire liceat animātibus, draco autem, qui Geldris nocuit, exijs qui vastissimi sunt oris, fuerit necesse est, qui homines, jumenta deglutierit. Plinius lib 9. cap: 58. & Solinus c. 7. *Italia Calabria* inquiunt *Chelydris frequentissima est, & Boam gignit, quem anguem ad immensam molem ferunt coalescere, captat primo greges bubulos & quæ plurimo lacte rigua bos est, eius se vberibus innectit, suctu eius continuo saginita, longo sæculo ita lugubri satietate vltimo extuberatur, vt obsistere eius magnitudini nulla vis queat, postremo depopulatis animantibus regiones, quas obsederit, ad*

Obiectio contra historiam Geldricæ belluæ

Responsio

vastitatem cogit. Deniq; D. Claudio Principe, in loco vbi Vaticanus ager est, in alueo occisæ Boæ solidus infans est spectatus. hæc illi. *& quidem sua ætate Plinius hæc contigisse scribit, falso certe haud Scripturus de rebus ante oculos positis, qui innumeros habuisset mendaciorum reprehensores.* vide Bozium de Signis ecclesiæ. lib. 15. Signo 72. A

SEd vt mittamus alios, audiamus narrantem Petrum Damiani, qui de quodam *agricola* testatur, quod Summo mane cum surgeret laboraturus, *è labore fessus, enormis magnitudinis draconi, quem lignum æstimabat, insedisset, à quo indignabundo mox fuerit deglutitus:* Refert Gesnerus lib. 5. de serpentibus ex Stumphio in chronicis, quod *ipso statim initio cum regio Heluetiæ Tigurinæ primum purgari cœpit, fœdus in ea serpens & horribilis draco repertus sit supra pagum VVeiler, qui & pecudes simul & homines ita profligarit, vt pagus Oesterwveiler, quasi villa deserta diceretur. Ad quem conficiendum obtulit se Indigena VVinckelriech ob homicidium patratum exulaturus, si in gratiam receptus patriæ restitueretur: annuitur; Dracone debellato, brachium, quo cruentum comprehenderat gladium, ouans sublime torquet, Sed ecce ex gladio cruor in occisoris corpus destillans, ipsum omnino enecat.* Quæ cum ita sint, mirum non est, tempore Wichmanni & Meinwerci similem draconem repertum, qui hominibus iumentisque plurimum noceret. B

An geldrica bellua Vocé potuerit effirmare.

Sed dicet aliquis, se iam dictis quidem assentiri, attamẽ fabulosã sibi videri belluam Geldricam, quod in clamauerit Gelre, Gelre, id enim videtur fieri non potuisse. Cui vt satisfiat, principio notandum est, à dracone formari sonum aliquem vel vocem saltem confusam, eum non sit animal exangùe, nec illi quicquam ad formandam vocem desit. Non etenim desunt pulmones, qui aërem excipiant, non musculi thoracis, qui aerem compressum protrudant, non arteria, per quam protrudatur aer; non larynx aut epiglottis, cuius oppositu aer protrusus repercutiatur, qui alias sine lingulæ obiectu totus absq; repercussione prosiliret, nec denique Vuula, quæ Epiglottidi incumbit, vel sub qùa est epiglottis. C D

Aer igitur, qui à musculis thoracis compressus, è pulmonibus draconum, per arteriam vocalem, in auram externam est deducendus, prius in angusta via arteriæ, ad laryngem epiglottidis oppositu retentus impingit, sicq; ad guttur, ac summam arteriæ partem allisus, propter lingulæ, siue epiglottidis oppositionem, repercussus sonat, vocemque efformat: vt perinde dubitare non liceat, quin ab illis formetur aliqua vox, aut sonus.

Vt

Vt vero intelligatur, qualis ab ijs formetur vox, iterum cum Philo-
A sophis aduertendum est, vocem quidem absolute pendere ab instrumentis iam dictis, at vt hęc vel similis vox effingatur, pendere à lingua, palato, dentibus, labris; pro varia igitur horum instrumentorum compositione, variæ & formantur voces, vnde alia est vox auium, alia boum, alia aliorum animalium Etc. Quin & hominum vox non omnino eadem; iam enim propter dentes rariores stridula etc. De huius vero draconis voce videtur sentiendum, quod cum ipsius aer mistus aqueo humori, vehementissime protrusus à pulmonibus, per asperam arteriam fortissime fuerit repressus ad palatum, fractusque à lingua &
B dentibus non ita continuis, sed raris & compressis, cum sibilo horrendo & stridore sonitum ediderit, quem hæc vox SGILR, SGILR, commodissimè exprimit. Qua voce ipsos territos haud mireris, cum totus Alexandri exercitus ad dra conis stridorem & strepitum stupori sit datus; vti in Pellenæi montis valle arboribus opaca draconis sibilo Chij sint perterrefacti. Non obest, quod mugitum incolæ scribantur excepisse; Nam & ipse quemuis significat sonitum, vt colligere licet ex Plinio lib 18. c. 85. vbi nemoribus tribuit mugitum, qui certe sine sibilo haud vnquam reperitur; ita & hic horrificum cum stridore & sibilo so-
C nitum significat.

Quæres, quomodo hanc belluam interfecerit S: Meinvvercus, varij enim varijs modis dracones adorti, eos interfecerunt. *Attilius Regulus in Africa ad Bagradam fluuium castris ibidem positis ac machinis admotis draconem tandem interfecit, cuius exuuiæ seu pellis* 120. *pedum longa* Petrus Crinitus. *Philippus Rex in monte Armeniæ, cum intelligeret viam à draconibus obsideri, eos imagine è speculo chalybeo, quod ex aduerso sibi à Socrate collocatum erat, reuerberata delusit, atque ita ex cauernis in speculum incursuros missis militibus curauit interimi.* Aristoteles de proprietatibus elementorum. Philostratus verò au-
D thor est, *ab Indis pallium, coccineum literis aureis super intextum draconum cauernis prætendi, quibus verbis intoxicati dracones in pallio indormiscant, dormientibus caput securi auferatur, atque eorum oculis lapilli eruantur, sed hic modus, vtpote magicus, omnino est prohibitus.*

Quomodo Sanctus Meinvvercus Geldricam bestiã interfecerit apud Gesnerum

Alij aliter dracones obruerunt, vt iam supra vidimus. A nostro autem Sancto Meinvverco non virtute aliqua & industria naturali, sed diuina illi concessa facultate draconem illum formidabilem puto fuisse internecioni datum, quod ipsum & Ioãnes à Leidis lib. 11. Chron. Belg. c. 4. indicat, cum dicit; draconem à filijs de Ponte. IN NOMINE DOMI-

S. Meinvvercus virtute diuina interimit draconem.

DOMINI FVISSE EXPVGNATVM. *Ita olim à S. Hilarione*, vt testis est S. Hieronymus in vita S. Hilarionis *ad Epidaurium Dalmatiæ oppidum draco interemptus, qui omnem latè vastabat prouinciam, & non solum armenta & pecudes, sed Agricolas & pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat. Iussus hic ab Hilarione struē lignorum conscendere, conscendit ac igne suppositō in conspectu totius plebis conflagrauit. Ita & à Sancto Donato Eureæ in Epiro Antistite*, vt author est Nicephorus lib. 12 cap. 45 *draco ad* Χαμαὶ ἑρπαν *dictum locum excubans, atque armenta, pecudes, homines, deuorans, digitis formato crucis signo, & saliua patenti rictui iniecta fuit interfectus. Tantæ hic fertur fuisse molis, vt octo boum iugis, vix loco potuerit moueri, protractus tamen, igni ab incolis fuerit combustus, ne aerem inficeret:* Raderus in Bauaria sancta author est, Campiduni inspectante Tossone immanis magnitudinis draconem, qui loci illus incolas abegerat, voce S. Magni reliquijs Sanctorum à collo suspensis sese munientis, & pedo S. Galli percussum exanimem concidisse, perinde ac si fulmine ictus perijsset. Alterum quoque in villa Rosheupten ad Lycum fluuium S. Magno occurrentem, formato ab ipso crucis signo, iniectaque faucibus draconis resina & pice conflagrasse.

S. Hilarion quomodo draconem interemerit.

S. Donatus quomodo draconē interfecerit.

Magnitudo draconis.

Alius ad B. Mariæ semper Virginis deprecationem perijt. Nam in præalta insulæ Tauricauæ rupe, vnde castrum ex lignis & argilla constructum ciuitati Kirckell inter Mœotidas paludes excitatæ impendebat, draco homines & iumenta internecabat: Quare incolæ cum Græci tum Itali ad vicina profugi loca glorioſæ Dei Virginis Matris Mariæ *opē implorauerunt, aduerteruntque insequentibus temporibus lumen aliquod in media ardere rupe, qua in ascensu rupta atque incisa, lumen, quod coram sacratissimæ Virginis Mariæ imagine ardebat, attigere, ac draconem ad B. Virginis pedes humi prostratum ac medium ruptum inuenere.* Nouus orbis lib. de Sarmatia Africana.

Draco ope B. M. V. interemptus.

Porrò quo in loco occisus sit draco satis inuenire authores, dum eum iuxta Geldriam arcem & vrbem tradunt internectam. Quod verò huic arci illa draconis vox nomen indiderit primum, potuit esse, vel certè arci ædificatæ ex memorando illo draconis sono nouum nomen videtur accessisse, vt alibi factitatum obseruant Historici. Duo tamen hic sunt notandi errores. Alter est, quòd dicatur tempore Caroli Calui id contigisse, cum Meinwercus non eo vixerit tempore: Imò vix videtur VVichmannus S. Meinvverci Auus, illius Imperatoris annos attigisse. Existimo autem authores in Caroli nomine deceptos, Carolum intellexisse Caluum, cum esset Carolus ex Ludovvici Lotharingiæ Ducis vidua filius, ac Lotharij Francorum Regis frater, qui circa illa floruit

Vbi interfecta sit Geldrica bellua.

Ostenditur prior de tempore occisi draconis error, vnde aliqui

ruit tempora. Nam anno 990. dum Ludovvico Francorum Rege stir-
A pis Carolinæ vltimo sine liberis sub annum 987. defuncto, regnum, si-
bi ex paterna & auita possessione debitum, quod Hugo Capetus Pa-
risiensis Comes inuaserat, armis repeteret, per fraudem fuit à Capeto
interceptus, atque Aureliæ ad Ligerim in carcere sub ann. 991. fatis cō-
cessit, vt tradit D. Miræus in notatio. Eccl. Belg. p. 257.

occasionē arripuerūt explodēdi hanc ipsam historiam.

Alter error est, quod Lupoldum, quem Ludolphum nuncupare de-
bebant, VVichmanni fratrem asserant, cum VVichmannus anno vixe-
rit 960. vt facile constat ex literis Ottonis primi infra afferendis, Lu-
B dolphus verò, qui Comes fuit Zutphaniæ, floruerit circa ann. 1000. vt
supra traditur pag 304. si ipsa iungatur cum pagina 305. Deinde Lu-
dolphus filius est Ezzonis, & nepos Hermanni Palatini, vt ibidē dictū
est. Nō autē VVichmānus Ezzonis est filius. Quod vero per Ludolphū
authores intelligant Lupoldum, inde constat, quia erroneè eosdē con-
stituūt Tutores Geldriæ & Zutphaniæ: Ludolphus autem Comes fuit
Zutphaniæ, non Geldriæ. Cum hæ duæ prouinciæ Dominijs pro eo
tempore differrent. Posterioribus tamen annis per connubia mutua
fuerunt inuicem connexa, vt ex literis Adelboldi constat. Deni-
C que nota VVichmannum iam anno 960. Comitem fuisse vt proinde
erronee tutor tantum asseratur. Supereſt, vt ostendam S. Minvver-
cum ex Dominis de Pont & Geldriæ prodijsse, quod supra me hic de-
monstraturum receperam. Sanè S. Meinvverci mater Athela non ex
Regio Imperij nostri sanguine, vt supra placebat ex coniectura qua-
dam R. P. Brovvero, sed ex VVichmanno, de quo iam supra, descendit.
Nam ex manuscript. Sancti Meinvverci vita apud P. Brovverum
constat, ipsius matrem appellari Athelam, quæ primo nupta I-
mado parenti, deinde Balderico Cluiæ Comiti Meinvverci vitrico, vt
ex eadem vita palam est. Hæc autem Adela filia fuit VVichmanni, vt
D probant expresse Ottonis literæ de nobilis monasterij S. Viti in monte
Eltinensi iuxta Embricam fundatione datæ. Ideoque eas hic subijcio,
quibus priores dedit Otto I. literas de anno 968 indict. XI ann. eius re-
gni XXIII. Imperij vero VII. sed quia infra repetuntur, hic eas omit-
to. Posteriores sunt hæ.

Deregitur alter error in Personarū circūstantia.

S. Meinwercus fuit Gelder quia Wichmāni filius.

PRIVILEGIVM PRIMVM.

IN *Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rom. Imp. Notum esse volumus, quod pro animæ suæ remedio* VVICHMANNVS Co-

MES in Domino fidelis, Nostra Imperiali Maiestati supplicauit per nostri præcepti paginam ad Ecclesiam in honorem Saluatoris & S. Viti Martyris consecratam in A Monte, qui dicitur Altena constructam & Sanctimonialibus in eodem loco deuote famulantibus concedere atque donare dignaremur. Cuius petitioni propter diuinum amorem assensum prabendo ad Ecclesiam Saluatoris & S. Viti Martyris in prædicto Monte Altinensi constructam & sanctimonialibus in eodem loco Deo famulantibus ipsam hæreditatem, quam VVICHMANNVS COMES ipsis donauit, per paginam nostri præcepti concedimus atque donamus, id est, Curtim Helton & Fornen & Vorithusen, & Embrica, & Hamma, & Lymersche, & Reinharen, & Redinghen, & Bingart & Grese, & Hoffla, Thunne, Liendna, Leyla, Tornas, Thule, Monacheli, ET QVÆCVNQVE HIS QVATVOR COMITATIBVS scil. Herueste, Famelgo, B Morime, (Mirme) Middage, prædictus COMES VVICHMANNVS habere videbatur, siue à nobis illi datum fuisset, & omnia quæ prædictis pertinere videntur curtibus, cum Ecclesiis, ædificijs, mancipijs, terris cultis & incultis agris, campis, pascuis, pratis, syluis, aquis, aquarum decursibus, Molendinis, molendinorūq; locis, piscationibus, venationibus quæsitis & inquirendis, vijs & inuijs, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus rebus, omnibusq; pertinentijs & adiacentijs, quæ dici vel nominari possunt, iure legitimeque pertinentibus. Vt iam prædiximus, ad præfatam Ecclesiam Saluatoris & S. Viti Martyris in prædicto Monte Altinensi ædificatam, & Sanctimonialibus in eodem loco Deo deuotissime famulantibus, quatenus melius illas delectat, C omni tempore pro nobis, atque stabilitate regni nostri misericordiam Domini attentius exorare, & vt hac authoritas concessionis nostra atque donationis firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus S. Dei Ecclesiæ Nostrisq; præsentibus & futuris verius credatur, manu propria subscripta, ea firmauimus & annuli nostri impressione firmari iussimus. Signum Domini Ottonis Magni & inuictissimi Imp. Aug. Zigerus Cancellarius ad Vicem Roberti Episcopi Archicancellarij recognoui & subscripsi. Datum 3. Non Aug. Anno Dominicæ Incarnationis D.CCCC. LXX. Ind. 13. Anno regni serenissimi Regis Ottonis 35. Imperij vero 9. Actum in A- D pulia in ciuitate quæ dicitur Bunij. In nomine Domini Iesu Christi Amen.

PRIVILEGIVM OTTONIS II. IMP. DE ELTEN.

Eltenensis Ecclesiæ. IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Ottodiuina fauente clementia Rom. Imp. Aug. si loca vel Monasteria à religiosis personis & Deo dicatis constructa nostra imperiali authoritate corroborare conamur, hoc procul dubio & ad præsentis Nostri Regni statum, & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum fo-

VVichmā- re credimus. Quapropter omnibus in Christo fidelibus nostris tam præsentibus quam
nus Comes futuris notum facimus; qualiter VVICHMANNVS COMES CVM EIVS FI-

LIA

A LIA LVITGARDA *Venerabili Abbatissa Ecclesiæ scilicet in honorem S. Viti Martyris Christi constructæ in loco, qui dicitur Eltnon, quondam pij genitoris nostri, in nostram actualem præsentiam scripta, in quibus continebatur, quomodo prædictam Ecclesiam ex eius benevola concessione construxisset, & prædio ad id, quod eius gratia de suo sibi concessisset, precatus q, est mansuetudinem nostram, vt eidem Ecclesiæ scripto nostro hoc confirmaremus, eamque sub Mondeburnij nostri defensione susciperemus. Nos vero ob amorem Dei & remedium animæ pij genitoris nostri, cæterorumque nostrorum antecessorum, necnon & pro nostro mercedis augmento paternos mores sequentes & benignitati eius consentientes, ita factum decreuimus, suscepimus eã in eo* Luitgarda Abbatissa Eltinensis.

B *tenore sub Mondiburnio Nostro, quo etiã cætera monsteria Quiddelingenburg, Essenda, videlicet & Gandersheim, ita vt Dei ancillæ inibi seruientes cum consensu Traiectensis Ecclesiæ Episcopi, eligendi inter se Abbatissam, potestatem habeant, concessimus. Ad hoc ergo iubemus, vt nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciali potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones iam dictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem regni nostri legibus possidet, vel deinceps in iure diuinæ eius clementia voluerit augeri, ad causas iudiciario more audiendas vel feuda exigenda, mansiones vel prata facienda aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationem distinguendos nec vllas redhibitiones vel inusitatas occasiones requirendas vllo vnquam tempore ingredi audeat, aut ea, quæ supra mentionata sunt, penitus exigere præsumat.* Quidlenburg, Essendia Gandersheim.

C *Nisi Aduocatus, quem ipsa Abbatissa elegerit, ad vtilitatem eius & sororum ibi Deo, S. Vito Martyri Christi, famulantium. Quicquid vero fiscus noster exinde separare potuerit, aut Telonij de piscatione in pago Saon & fluuio Isla, quod vulgari nomine Habedol dicitur, totum nos pro æterna remuneratione prædictæ Ecclesiæ ad stipendia Monialium Deo Sanctoque Vito donamus, concessimus, & largiti sumus. Et ipsa Abbatissa cum omnibus rebus suis nostro fideliter pareat imperio, & sub nostro consistat Mondiburnio & defensione, quatenus ipsam sororesque eiusdem loci pro nobis melius exorare delectet. Et hæc vt nostræ concessionis authoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & à S. Dei Ecclesiæ fidelibus Nostris melius credatur &*

D *diligenter obseruetur, hoc præsens præceptum conscribi, & annuli nostri impressione signari iussimus, quam & propria manu confirmauimus. Signum Domini Ottonis Imp. Augusti. VVilligisus Cancellarius ad vicem Ruperti Archicancellarij recognouit. Datum 19. Kalend. Ianuar. Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLXXX. *Indict. 9. Ann. regni 20. Imperij verò 12. Actũ Nouiomagi.* NB. *Qui numerus inter describendum fuerat corruptus. In anno enim Domini vnum X. scriptor neglexerat, in Indictione IX. pro II. legerat, sicut in anno Regni XVV. pro XIII. Restitui autem eum ex anno Imperij habita ratione temporis, quo VViligisus & Imperator vixerunt. Neque ideo quis eas literas existimet supposititias, cum ad eas Otto III. se referat.*

IN

PRIVIL. OTTONIS III. DE ELTEN.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Otto diuina fauente clementia Roman. Imper. Aug. si loca vel Monasteria à Religiosis personis & Deo dicatis constructa, nostra imperiali authoritate corroborare conamur, hoc procul dubio & ad præsentis Nostri Regni statum & ad æternæ beatitudinis profuturum nobis fore credimus. Quapropter omnibus in Christo fidelibus nostris scil. præsentibus & futuris notum esse volumus, quomodo temporibus aui nostri p. m. Domini Ottonis Imp. Aug. WICHMANNVS COMES ꝓ animæ suæ remedio suorumq3 parentum in quodã loco Altenis dicto Monasterium & Sanctimonialium cõgregationem in honorem Domini nostri Iesu Christi & S. Viti Martyris ampl:ssimæ benignitatis conamine construxit; necnon magnam certæ proprietatis suæ partem, cuius nomina infra tenentur, simul & beneficij idem dilectus Auus noster primum ei concessit in beneficium, postea pro seruitute sedula sibi donauit in proprium, & ad ipsum licenter contradidit Monasterium, suamq3 ipsius filiam nomine LVTGARDEM, cæteris monialibus præconstituit Abbatissam; succedente vero tempore, cum idem VVichmannus Comes, semel ad Vesperam noctis inclinasset, penitusq3 naturæ concessisset, altera suæ procurationis filia nomine ADELA quandam hæreditatis iam traditæ partem exposcens, dicens, quod pater eius secundum Saxonicam legem, absque eius consensu & licentia nullam potuisset facere traditionem, totam patris sui donationem produxit in errorem. Huius itaque seditionis perturbatio vsque ad tempora dilecti patris nostri perdurabat. Ipseq3 noster caritatiuus pater, eandem contentionis cladem extinguere pro viribus insudabat, & hoc quoad ipse vitam finiuit, minime ad vnguem vsque perduxit; exacto autem longi temporis interuallo, cum eiusdem monasterij Abbatissa prætitulati viri VVichmanni filia, vniuersæ carnis viam tunc intraret, aliaque in ipsius locum Imperialis nostræ potestatis iure accederet, in palatio nostro, quod dicitur Nouiomago nostrum iussimus fieri colloquium, ibiq3 saltem huiusmodi seditionis fecimus finem. BALDERICVS ENIM PRÆDICTÆ MARITVS ADELÆ pro nostra voluntate, exhortatione simul & petitione idipsum Monasterium sua propria, suaque coniugis manu in nostrum contradidit Mundiburdium, & sicut mos est Laicorum, cum festuca semel ab eodem exiuit prædio, ea ratione, vti nos nostro Regali Imperio, ac descriptionis præcepto, tale libertatis arbitrium, eidem Monasterio perpetualiter condonaremus, qualiter cæteras Monialiũ cõgregationes sc. Assindiæ, Quindelingẽberg, Gãdersheim habere cognouimus, insuper Baldericus, omnia eiusdã monasterij prædia, quæ prior Abbatissa duntaxat in sua habuit potestate, & inuesturã ad reliquias S. Viti in præsentia nostri, Nostrorumq3 plurimorum fidelium concessit, traditusque contradidit, quorum nomina hæc sunt inscripta. Eltnon*, Furnon, Vorithusen, cum omnibus vtilitatibus ad ea loca iuste ac rite pertinentibus, Embricæ media

* Elten.

pars

pars æque diuisa, in Hamme media pars, Arhnem media pars, Redingen media pars,
A Aspel, Tornicka media pars, Heruelde dimidia pars, Lyende dimidia pars, Thule dimidia pars Malime* dimidia pars, Brummen dimidia pars Oelbergh, media pars, Rahte dimidia pars, Huinge dimidia pars, Thelden dimidia pars, Trijendem media pars, Pulte in loco cõstruitur, *dimidia pars. Adhæc quatuor foresta Steenvvalt, in Offet* VVichmoet & Subort. In his quatuor foresti ceruiī vel ceruā venandi nullus habeat licentiam, nisi verbo & consensu Abbatissæ, & si ceruus vel cerua effugiat de his foreſtis, eos in alias syluas sequi sit licentia Abbatissæ nunc, & in foresto in quo est Eltica constructa, singulis annis inter ceruos & ceruas XII. fera tribuātur Abbatissæ Vt autem huius donationis veritas firma & inconuulsa permaneat, posterior Abbatissa nomine LVDGARDA prælibatæ ADELÆ Maritatæ quatuor curtes nomine Ryn-
B hare, Helchambeli, Luithusen, Rede cum omnibus Vtensilibus & ad ea pertinentibus, in proprium tradēdo, *ad ea recompensauit, quatenus post hæc, sicut prædiximus pacis amicitiæ pignus eò permaneat tenacius. Hanc igitur idē BALDERICVS in traditionis gratæ & in fronte recepit, nec non de fidelium nostrorū sc. VVilgisi Archiepis Hildebaldi Episc. & Heggeberti Marchionis caterorumque multorum fidelium consilio, sicut idem Baldericus donando postulauit, eidem monasterio potestatiue concessimus, vt amodo sicut cætera monasteria Supradicta libere * perenniter perfruantur arbi-
trio. Præter hæc quicquid prædij Diuus Imp. semper Aug. VVichmanno in proprium donauit, præcipue, quæ dicuntur in Nardincklant, Vrick* Barbuorgt, Ot VVines, præ-
C dia insuper in Frisonibus, quicquid Abbatissa in quatuor Comitatibus Videlicet Hunesco, Fualge, Merime, Micheta tributi à Magnificentia aui nostri recepisset, nos nostræ descriptionis præcepto ad vtilitatem Abbatissæ & sororum ibidem Deo & S. Vito famulantium largimur & concedimus in omnibus vtilitatibus suprad. sicut & in ista proprietate Circis, ædificiis, terrisque cultis & incultis, apris, campis, pascuis, syluis, piscationibus, molendinis Ecclesiis*, viis & inuiis exitibus quæsitis & inquirendis, cunctisq; appenditiis, quæ dici possunt, nec non fiscum & Telonium de pis-
D catione in pago Salon, & in flumine Isla, qui vulgari nomine Hachdol † dicitur & quod dilectus genitor noster eidem monasterio concessit, eodem modo pro paterna remuneratione nos contradimus, & nos adhuc volumus nostroque imperiali præcep to cunctis nostris in Christo fidelibus firmiter iubemus, vt in eodem monasterio vel locis ad id pertinentibus nullus Dux, Comes, vel vice Comes, nullus Marchio vel quilibet scholdatio vel alia iudiciaria persona vllum habeat placitum, nec parafredos nec prætas faciendas, nec aliquod exigatur seruile seruitium prius quam eiusdem Abbatissæ seruus in cuiuscunq; comitatu habitet, alterius comitis non eat placitum, sed ad eius solummodo, quemcunque Abbatissa sibimet eligere velit Aduocatum. Cæterum pro animæ nostræ expiaculo eidem largiti sumus monasterio, vt post hæc perpetualiter cum eiusdem monasterij Abbatissa morbo consumpta moriatur, sanctimoniales inter se vnam, quamcunque velint, simul cum consensu Traiectensis Episcopi, in

* Malsme.
* fortè quæ struitur.
* al. Vvichei.
Ecbertus Marchio.
* libere.
* trahendo.
* fortè Vnck.
Supra vocatur Heruesle.
Famelgo, Morime, Middage.
* for. Eccleſiæ.
Heruste est ad Lupiā fluv. Laud. p. cul Dorstena.
Loca per Amanuensem sūt corrupta, sicut in sq. & vox Vnirochus &c.
† al. Hagstoll.

Monasterium Eltenpendit Rom. Pontifici quotannis argenti libra.

cuius positæ sunt Diœcesi, absque mortalium omnium contradictione licenter eligent. Et huius vt monasterij status ab aduersariorum omnium incursione maneat intactus, sicut WICHMANNVS Comes instituit, de eodem monasterio ad limina S. Petri Principis Apostolorum Romani argenti totannis libra deferetur. Postremo ipsa Ven. Abbatissa cum omnibus rebus suis nostro semper pareat imperio, & sub nostro consistat Mundiburmio, quatenus ipsam sororesque eius iugiter pro nobis exorare melius delectet. Et vt hæc nostræ concessionis authoritas maneat firma &c Signũ Domini Ottonis magni Imper. Aug. Hildebaldus Episcop. Cancellarius Vice VVilligisi Archiep resignaui. Datum 15. Kalend. Iun. Anno Dominicæ Incarnationis 997. *Indict 10. An. autẽ 3. Ottonis regnãtis 14. *Imperij vero 1. Datũ in Palatio Nouiomagi.

A

Ex his literis palam est, non ab Athela S. Meinwerci sorore, (vt Chron. Magn. volebat & Gobelinus ætat. 6.) sed ab ipsius matertera Luthgarda primò Monasterium Eltense fuisse institutum. Sed his omissis, vt S. Meinwerci auum parentesque cum cognatis clariùs ob oculos ponam, subijcio tabulam genealogicam desumptam ex VVippone, Henrici III. Imper. sacellano, vita B. Adelheidis à Berta, quæ circa ann. 1100. vixit, conscripta, & ex mscr. S. Meinwerci apud P. Brouwer. tum ex *Albert. Stad VVitichin. Dithmar. Vrsperg.* quibus Frising. Herman. Contract. Schafnaburg. Sigebert &c. consentiunt.

*996 *13.

B

Pro tabulæ huius intelligentia. NB.

N. 1. *Godefridus in vita B. Adelheidis nõ dicitur Dux Brabãtiæ, put male illi imponit Schriu. in Chron. Geldr. Nã ille de quo nos, vixit circa an. 950. iste vero Brabãtus circa 1096. Deinde nec fuit Godefridus Arduennas, qui vixit circa annum 966. Nã hic ex Mathilde Saxoniæ Comite procreauit Alberonẽ Virdunẽsem Episcopũ, Fridericũ Comitem S. Vitonij Monachũ, Hermannũ Comitem de Daburg (cuius filius fuit Gregorius Leodiensis Archidiaconus) Godefridũ Virdunensem, qui ab Henr Imp. Dux Mosellanus fuit constitutus, ac peste in bello Italico sine liberis fuit extinctus, & Gozelonẽ, Ita chron. Magnum Belgij, & ex Alberico Miræus in notit. Eccl. Belg. tradit. Qui liberi sunt diversi ab allatis in vita B. Adelheidis. Fuit vero Godefridus Dux Franconiæ, cum ab ipsius filiis Franconiæ nobiles perhibeantur descendere.*

C

N. 2. *Ottonem facio Godefridi filium, quem P. Brunner. in annal. Boic. par. 2. Miræus in not. Eccles. Belgij Ludolfi designant filiũ, & Ottonis M. nepotẽ. Hermannus quidem Contractus cum alijs nominat Ottonem filium Ludolfi. Verum non is est, de quo nos hic. Nam Godefridus atauus fuit Henrici IV. cum Godefridi filius à Berta in vita B. Adelheidis, dictur abauus (ita enim legẽdum existimo & nõ atauus, cũ id ratio tẽporis nõ ferat, & vicio amanuẽsis irrepserit) Hẽrici IV. Abauus autẽ Hẽrici IV. vt cõstat ex VVippone, fuit Otto, nõ Conradus VVormatiensis Dux, VVerneri filius, vt erroneè vult Meibom. in not. ad VVitichin. annal. li. 1. cum VVipponi, (q. Hẽrici IV. tũ parẽti Hẽrico III. tũ auo Cõrado fuit à sacris) haud quaquã latere potuerit. Vt vt sit. Certè Godefridus nõ atauus maternꝰ videtur. Cum neq; Hẽricus ex materna linea ducis Frãconiæ titulũ obtinuerit, neq; Godefridus per filias, sed filios (vt constat ex filij fratribus, qui Nobiliũ Franconiæ proseminatores scribuntur) Frãconiæ titulum ad posteros transmiserit. vnde consequens est, Ottonem debere esse Godefridi Ducis Franconiæ filium.*

D

N. 3.

Albertas Dux Superiorū Pannonia. ♀ Leopoldus. Poppo Treuir. Ep. factus 1017. L. Schaffnaburg.

N.N. — Gisela. — Ernestus. — Hermannus

Ernestus — uxor — Sueuorum Dux — Gisela — Hermannus

Ernestus — uxor — Gisela L. Ernesto Sueuo nupta. 2. Conrado Salico. — Francia Latine. — Olo Comes N. nupta N. ♂ N. mupta N.

Olo — Cuno al. Cō rad⁹ II Salicus Imp. fit ann. 1024. prid Non. Iun. mor. — Gebehardus Comes Ergavie Clarissimus. — Gisela Vidua Ernesti Sueui

Cuno — uxor — Gebehardus — Gisela Vidua

Cuno Dux Francia vel VVormatiensis. — Henricus III Imp. Rex factus ann. XI. æt. capit imperare ann. 1039. Mortuus ann. 1057. V x. 1. Chunelindā F. Cuononis vel Chunonis R. Anglie, ex qua N. Abbatiss. V x. 2. Agnes V Vilhelmi Ducis Aquit. filia.

Henr. IV. Imp. vxor Berta Ottonis Marchionis Italici & Adelheidis filia. 2. Vdone Marchione viduā, nomine Odone Stad. vel S. Praxedis V vors lib. 4.

Brunonis Ep. — Augusti. — Hezzel ♂ Vlhel. — Cuno — Mathilda filia Burgū. — Adelheida vel Adelberta Lotharingi. — Argentinen. — Cōradi — post nupta Friderico Lotar.

Brunonis Ep. — uxor — Hezzel ♂ Vlhel. successor — Cuno — Mathilda filia Cōradi Burgū. — Adelheida vel Adelberta Lotharingi. — Argentinen. — post nupta Friderico Lotar.

Brunonis Ep. — uxor — Hezzel ♂ Vlhel. successor — Cuno — Mathilda filia Cōradi Burgū. — Adelheida vel Adelberta Lotharingi. — Argentinen. — post nupta Friderico Lotar. — Godefridus Dux Francie Teutonice — Otto Dux Francie Abauus Henrici Imp V xor N. — sanguine NN. — E. Carolor.

Godefridus Dux Francie — V xor N. — Otto Dux Francie Abauus Henrici Imp V xor N. — sanguine NN. — E. Carolor.

Progenitores Francorum Nobilium &c.

S. Adelheidis 1. Abbat. Vilcensis — Gerburga — Otto Dux Francie Abauus Henrici Imp V xor N. — sanguine NN. — E. Carolor.

Bertra la Abbat. Colonia ad S. Mariam. — nupta S. Mogengor. — Godefridus aui materni nomen sortitus — obiit in bello Bohemico sub Ottone III Imp. — Alberada nupta N. ex quibus illustres multi.

Bertra la Abbat. Colonia ad S. Mariam. — Gerburga nupta S. Mogengor. — Adalbero Dux Epūs. Metensis fit. Anno 1047. — Friderici Dux — H. rricus &c fratres — N. rupta — VVelfa — VVelfus inuestitus in Ducatum Carentanum. — Irmentrudis nupta N. ex quibus Sueuigene, ex his

Theoder Com. Tesprbāt. & Hamelādia in Vplage olim sub Mote Elitesia. — Gerburga nupta S. Mogengor. — Adalbero Dux Epūs. Metensis fit. Anno 1047. — Friderici Dux — H. rricus &c fratres — N. rupta — VVelfa — VVelfus inuestitus in Ducatum Carentanum. — Irmentrudis nupta N. ex quibus Sueuigene, ex his

S Meinwercus Paderborn Episcop. — Emma nupta Laudgero comiti Reinonis Ducis Saxonie fratris (Adam. Brem. filio Hermāni Ducis Saxon. (mſc. Meinw. a 20) — Imadus Episcopus Paderb.

Theoder Com. Tesprbāt. & Hamelādia in Vplage olim sub Mote Elitesia. — Emma nupta Laudgero comiti Reinonis Ducis Saxonie fratris (Adam. Brem. filio Hermāni Ducis Saxon. (mſc. Meinw. a 20) — Imadus Episcopus Paderb.

S Meinwercus Paderborn Episcop. — Emma nupta Laudgero comiti Reinonis Ducis Saxonie fratris (Adam. Brem. filio Hermāni Ducis Saxon. (mſc. Meinw. a 20) — Imadus Episcopus Paderb. — Abbatia vel Arcela abbat. Il. in Elten.

Theoder Com. Tesprbāt. & Hamelādia in Vplage olim sub Mote Elitesia. — Emma nupta Laudgero comiti Reinonis Ducis Saxonie fratris (Adam. Brem. filio Hermāni Ducis Saxon. (mſc. Meinw. a 20) — Imadus Episcopus Paderb. — Abbatia vel Arcela abbat. Il. in Elten.

Theodericus C. de Aldēborc. (Gobel.) in occidēali (mſc. vit. Mech nobili VVichmāni Comite Saxonie; de Ringelheim ni fallor & Hildesheim) regione; Saxonū Rex (Sigeb.) Heriberti multi. quibus vxor Rinilda (Dith. li. 1.) Danorū Frisonūq; Regis filia mſcr. — Gisinod vel Gisla nupta Ludgero Comiti Bauarie Ducis. — Ludgarda. — Ab-batissa Elensis.

Theodericus C. de Aldēborc. (Gobel.) in occidēali (mſc. vit. Mech nobili VVichmāni Comite Saxonie; de Ringelheim ni fallor & Hildesheim) regione; Saxonū Rex (Sigeb.) Heriberti multi. quibus vxor Rinilda (Dith. li. 1.) Danorū Frisonūq; Regis filia mſcr. — Gisinod vel Gisla nupta Ludgero Comiti Bauarie Ducis. — Ludgarda. — Ab-batissa Elensis. — Imadus fundator Monasterij Ringelheim, cōdidit cognomine filii arcē Imadshusen nunc S. Henrici Imshusē, que paret D. Steinbergis & rius II. in oriente rispuit Imper. Gandersheim, in meridie Embecam Duc. Grubenhag. in septentrione Aldenſleb Aulcam seu Elez quondā Episcopū Hildesiensiū sedem. Meib ex lit. fūdationū in VVit. — Imadus Emmihoh. 1. Abbas in Kimgelheim, & in occidente ſpectat Bockelheim die ces Hildes. in merid. Goslar. Volevvart.

N. vxor Mathildis postea Abbatissa Herford. mſc. — Vichmannus ſub Ottone I. Fund. Eltmensis. ann. 968. vxor N. — Godefridus Dux Francie — V xor N.

N. 3. Megingozum faciunt oēs mscr. & editi libri VVichmanni filiū; At à Dithmaro lib 7. dicitur VVichmāno occiso fuisse filius adhuc paruulus sub tutela legitima Bernardi Ducis Dithmari nepotis. At Mengozus iam tunc non puer, sed prouectæ ætatis genuerat copiosam plē. Erroneè quoq; à plerisq; VViringus siue VVirochus asseritur Megingozi filius, cū vnicus ipsius filius avo Materno cognominis Godefridus fuerit appellatus; Neq; ex sorore filius seu nepos fuit VViringus, cū inter Adelæ aut Emmæ liberos à mscr. S. Meinvv. nō numeretur. Quis vero ipsius fuerit parens, necdum inueni. Fuit eo nomine, filius Euerardi Comitis (q anno 937 fundauit Abbatiā Ciseniensem Canonicorū regulariū in diœcesi Tornacēsi) & Gislæ matris, q q habuit fratres Berengarium, Adalardum, Rodulphū; sorores Ingeltrud. Heilvvich, Iudit &c sed nō noster, de quo hic agimus, cū locis omnino dissitis, & tēpore diuerso vterq; vixerit; ille. n. an. 938. Noster vero an. 1021, &c. vt constat ex literis supra allatis, si ea cōferantur cū literis Euerardi apud Mireum. A B

N. 4. Irmentrudis videtur nupta Godefrido Palatino, cum ipsius gener nuncupetur VVelfus in Chron. Laurūham. VVelfo autem vxorem tribuo N. sororem Adalberonis Episcopi Metensis, cum hic dicatur auunculus VVelfi iunioris apud Hermann. contract. anno 1047. Alij VVelfos aliunde deriuant. Verum plures dantur VVelfi, quos non videntur authores distinguere.

N. 5 Imadus Adelæ cōiux, Imadi est filius, vt tradit Meibom. in not. ad VVitich. Imado parēti fratres fuere VVitikind, Reginbern. An verò Theodericus pater Mechtildis fuerit frater Imadi senioris dubium est. Ait ex Gobel. chron. M. Belg. Negant Crantz. 2. Metrop. 30. Meibom. in lib. 1. VVitichin. quia dicunt Theodericum Imadi senioris esse parentem. Dubium oritur ex his verbis VVitich annal lib. 1. Erat namque ipsa domina Mathildis filia (Thiaderici, cuius) fratres erāt, Widikind, Immod, † Reginbern, * &c. Et hi erant stirpis magni ducis Widekindi, qui bellum potens gessit contra magnum Carolum per triginta ferè annos. Malè igitur P. Brovverus † sororem Theoderici asserit Mathildem, cum hæc illius sit filia. C

† Vniuedus, Gobel. Vinnedus Chron. M. Belg.
* Rembertus.
† in mscr. Meinvv.

N. 6. Adela, quæ Ida nuncupatur ab ædituo Tuitiensi, erroneè dicitur à P. Brovv. soror Hērici Aucupis, cum Henricus non sit filius Wichmanni, sed Ottonis Ducis Saxoniæ, & nepos Ludolfi Deinde nec Adela est neptis Henrici Aucupis; Nam neq; Wichmannus ipse Adelæ parens ex filiis est Henrici Aucupis, qui sunt Otto M. Henricus Dux Bauariæ, Bruno, Tancmarus, * Witichin. Dithmar. Albert. Miræus. Neque Wichmanni vxor, Adelæ mater, filia est Henrici Aucupis. Cum nec sit Hadeuidis nupta Hugoni Capeto; nec Gerberga nupta Giselberto Lothariæ duci & Franciæ Regi; Nec Rixa, quam addit Crantz. vel ostendatur de hac; nec quæ nupta Conrado. Dithm.

* Tammo. D

N. 7. Emmam designaui filiam Adelæ ex Adam. Brem. & Alber. Stad. vocāt enim eā sororē Meinvverci Episc Paderbornens. ad an. 1042. Emmæ filiū dico Imadū Episcopum Paderbornens. Nam in mscr. Meinvverci apud P. Brovv. c. 52. nuncupatur Meinvverci sororius, id est, ex sorore filius. Nam Imadus Episcopus non duxit S. Meinvverci sororem in vxorem.

N. 8.

N. 8. *S Henrici Imperatoris mater est, non Berta Lotharing vt vult Cussinian. sed*
A *Gisela vt Dithm. li. 4. non illa tamen Hermanni Ducis Alemanni filia, vt volunt Laz. Reusn. Miræ. (quia ipsa primò nupsit Ernesto Duci Sueuorum, deinde Conrado Romanorum regi, Dithm. Wippo;) sed Imadi & Adelæ filia, quam appellat mscr. Brovv. in S. Meinvverco, Glismod, tũ qa hæc ibid. dicitur nupta Boariæ Duci, & neptis B. Adelheidis. Hæc n. ipsius Glismod & Meinvverci amitæ filia fuit; tum quia Imperator Henricus S. Meinvverci fuit nepos, id est, ex sorore filius; licet improprie mscr. S. Meinvvercum vocet S Henrici nepotẽ. Hinc S. Henricus ex matre Saxo fuit, qualis etiã est ex patre, cũ eum Otto III. in literis suis de an. 985. (quibus Theoderico Hollandiæ comiti, qp duxisset materterã suã Luitgardim, proprietatẽ bonorũ inter flumina Liura & Hisla cõcedit) nun-*
B *cupat nepotem. Ait enim, nec non interuentu* NEPOTIS NOSTRI HENRICI BAVARORVM DVCIS *&c. Nepos autem non fuit ex sorore, sed aui fratre, vt testantur Herm. contract. Sigeb Frising.*

N. 9. *Theodericus Emmæ & Meinvverci frater, non est Theodericus de Põt ex familia Ecclesiæ Leodiensis, cuius meminit Obert. Leodiens. Episcop. in literis, quibus se anno 1096. à Balduino Comite Montensi siue Hannonensi, in Syriam profecturo emisse Couinum castrum testatur; cũ eo tempore non supereesset Meinvverci frater, ante, instinctu matris in Vplage occisus. mscr. Brovv.*

N. 10. *Wichmannus auus Meinvverci non est is, qui noui castri Gandensis ab Ottone I. extructi Comes, dedit villam Theclã monasterio Blandini. sub ann. 902. quia hic,* V. Miræum.
C *non vero noster VVichmannus filium habuit Theodericum, vt eadem testantur literæ. Deinde nec est VVichmannus Saxo frater Hermanni Billingen primi trans Albinæ prouinciæ præfecti. Nam hic sub Ottone I. Imperatore, ipsi sæpe rebellis, propter rebellionem à Misacha Sclauorum regulo & Imperatoris amico circa ann. 967. fuit occisus Schaffnab. sed est illius filius, VVitich. li. 3. Nã Bernard. Dux Saxoniæ, nepos ex matertera Dithmari Episcopi * filius Hermãni mscr. Meinvv. c. 20. fuit proximus VVich-* mscr. Meinmãni agnatus, qa de iure tutor filij ipsius VVichmãni Dith lib. 7. q viuus adhuc sub Ot- vverc. c. 91.*
tone III. à Balderico Comite inuitatus, cũ instinctu secũda Herodiadis (Adelæ) à Appinato veneno nõ extingueretur, postera à conuiuio die abiturus clam & dolosè detẽtis ipsius nõ- Dith. libr. 7.
D *nihil militibus, à quodã seruo in Baldrici cõspectu fuit occisus. Cadauere ipsius in Freihem ciuitate sepulto iuxta fratres Dith. li. 7. affines ipsi ex intercepta vrbe Vplan vicina igne loca vastarũt &c. Vide Dith. li. 7. qui refert historiã ad an. 1016. seu tẽpora Hẽrici S qa ab eo vrbs fuit obtenta; alias sub Ottone III VVichmannus occubuit, qp & suadent circumstantiæ, quæ pluribus ante annis docent ipsum cecidisse. 1. quia affines regati. 2. milites scripsere. 3. Vlpan diu obsedere, qp esset firma. 4. captam diu possedere. 5. cã Heribertus ab Imp. sæpi* petiuit. 6. tãdẽ obtinuit. 7. demũ desolata. Dith li. 7. Et fama, qua accepit * NB.
Dithmarus VVichmanni necem, non allata videtur ad aures Ottonis III. quod eum vesperi inebriantem naturæ scribit concessisse. Thidericus autem neci quando adfuisse fertur, necdum erat Episcopus Monasterienſis, cum ante ann. 1015. (quo ad 13 Kal. Dec.

occiso Suitero vel Siffrido Monast. Episc. successit Thidericus mscr. Meinvv. c. 24. Dithm. lib. 7. Bernardus Dux obierit, nim. anno 1010. 5. Id. Febr. mscr. Meinvv. c. 20. qui tamen ante VVichmanni occisi filij tutor legitimus fuit designatus, Dithm lib. 7. vbi matertera suæ famulum innuit his verbis, Thidricus matertera meæ iuxta qui expectabat, quæstus &c. Fuit autem Thidericus Episcopus, quando scripsit Dithmarus. A

Verum, vt ad institutum reuertamur, ex superioribus literis constat, S. Meinvvercum nepotem esse Wichmanni, de quo iam ostendere oportet, eum fuisse Dominum de Pont & Gelre, vt draco iste verè à filio Dñi de Pont dicatur occisus. Nam de S. Meinwerco constat, ipsum fuisse Comitem Teisterbantij & Velauiæ tum ex mscr. ipsius vitæ c. 44. tũ ex chronico Magno Belgij apud Pistorium, & arguunt id loca Vorthusen in Velauia, & in Testerbantia Redinchem seu Reincum ab Ottonibus iam allata. Quod si dicas ab alijs Teisterbantiũ fuisse occupatum; aio à pluribus ea tempestate pagum Teisterbant fuisse possessum, vt testantur Otto III. in literis datis 3. *Id. April. Anno Dominicæ Incarnationis* 999. *Indict.* 1. *Anno Regni sui* 16. *Imperij* 3. *in Romano Palatio felici manu.* Et Henricus II. *in diplomate dato* 3. *Non Septemb. Anno Dominicæ Incarnationis* 1002. [*Ioann. à Leidis habet* 1000. *hist. Belgica*, 1001.] *Indict.* 1. * *Anno vero Regni* I. *Actum Visla* [*Elisa*] qui præter Wirochum * nuncupant etiam Popponem Wergeri [Roegeri] filium pagi illius possessores. B

V Miræ. A Leidis.
** al. 11.*
** al. Humrorus Vmrocus, Varochus, VVirochus, VViricus, Hinirongus.*
** al. Arichõ.*

Deinde a pluribus possessum Teisterbantium, arguitur ex his earundem literarum verbis. *Quicquid in eodem comitatu* scilicet Wirochi: *& villa Arclo * habet Poppo filius VVergeri.* Hæc enim duo *Comitatus & Arclo* cum conjungantur per Copulam Et, cuius natura est cadere in æque principaliter & non tantum accessoriè diuersa *glo. in rub. de iur. & fact. ignor. & ibi Bart. Bal. Panor. in c querelam de Simon* ostendunt diuersa in pago Teisterbantio, qui iam in literis præmissus fuerat, esse Dominia. Quin ipse Fritebaldus aliquam illius pagi partem occupauit. Ait enim *in villa Tiel infra* [id est intra *ita dicitur infra octauam*] *comitatum Teisterbant.* Ita etiam S. Meinvverci parens aliquam Teisterbantij partem possedit, vt iam vidimus. Sed vt institutum nostrum prosequamur. S. Meinwercus nominatur etiam Geld. Comes. Ostendunt id versus parieti ad aram Ecclesiæ Paderbornensis maximam inscripti. C D

Quisquis in effigiem tua lumina dirigis istam,
Meinvverci hic digni Præsulis esse scias,
Geldrorum Comitum qui clara stirpe creatus
Plurima pro Christo fecit amore pius.
Ille, quod exstruxit Præcessor, diruit edu
Summa & magnificè readificauit opus.

Cæno-

Cœnobium hoc Diuis Petro Paulog; dicatum
A *Condidit Henrici Cæsaris auxilio.*
Asylua Pagog; * *locum qui nomen adeptus* *Buſtorf.*
Ordinibus sacris, primus habere dedit.
Incluſit positis Paderbornam mœnibus vrbem,
Et varijs auxit publica iura modis.
Clero alijsq; bonis gratus, gratissimus astris,
Hic cubat in medio dignus honore chori.

Hinc patet S. Meinvvercum Geldrum esse. Quod autem ex auo materno VVichmanno Gelder sit, ostenditur ex eo, quia dono Imper. Ottonis aliquam saltem Geldriæ partem possedit, vt ostendunt Ottonis literæ
B & loca in ijs allata. *Middachte, Vorthusen, Redinghem, Oelberg, Rinderen,* &c. data VVichmanno, quæ ex Geographorū designatione iacent in terra Geldrienſi. Proinde sine fundamento Meinvvercus à P. Brovvero negatur esse Gelder. Nominat verò mscr. VVichmannum Zutphanienſem, quia possedit etiam aliqua comitatus Zutphanienſis loca, quorum Ottonis literæ meminerunt *Brummen, Steender, VVichmoet,* &c. Vide Geographorum tabulas, &c. Hinc non nego alios etiam fuisse Geldros, Imo poterit esse, vt VVichardus Gelder sit distinctus à VVichmanno Geldro & Zutphanienſi. Saltem Megingozus fuit distinctus. Fueritne autem VVichmanni consanguineus an ex affinibus, de quibus *Dithmar.*
C *lib.* 7. non definio. Sed vt vnde digressus eram, eò redeā, illud ex prioribus concludo; S. Meinvvercū ex auo materno Geldrum. Vnde congruenter colligitur, ipsum quoq; fuisse filium Dñi de Pont. Nam Geldriæ Dñi, etiam Dñi dicuntur de Pont, vt ostendit Epitaphium Henrici & Ottonis in monasterio veteris Campi excitatum & marmori inciſum.

Inclyta de Ponte stirps .... dictaq; Gelre,
De qua sunt orti Comites Henricus & Otto,
Tam gestu morum quam digno germine clari,
Relligiosores animo, hostes viciorum,
D *Qui nece prostrati hic pausant incinerati*
Istis in tumulis, quos marmora candida claudunt,
Christi millenis C. sexaginta duobus
Henricus moritur, sed Otto filius eius
Annis millenis ducentis atque duobus
Consimili morte migransq; patrem comitatur.

Idem ipsius vici Pont (vbi olim Dominorum de Pont sedes fuit & arx) situs ostendit. Nam ex Geographorum tabulis ipse vicus haud procul Geldria, de qua nos, in Geldrorum iacet territorio. Cum igitur hactenus

S. Mein-

S. Meinwercum Geldriæ comitem probauerimus, congruenter etiam eum ex dominorum de Pont prosapia ortum arguimus. Quod ipsum ostēdit & comitatus *Mormten* suprà allatus, qui cognominē sibi vicū complectitur tribus circiter horis Geldrica munitione disiunctum. Quare nemini dubium esse poterit, quin S. Meinvvercus sit filius Domini de Pont, cum sit filius Domini Geldriæ. Dico autem filium, quia vt constat *ex l. liberorum & l. iusta. ff de verb. signif.* Nepos etiam filij venit appellatione. Cū igitur S. Meinvvercus nepos sit VVichmanni Comitis Geldriæ & de Pont, etiam filius eius poterit nūcupari. A

Deinde ex dictis relinquitur S. Meinvvercum Geldrum esse, & Dominum de Pont ex Wichmanno auo materno, de quo idipsum iam supra ex Ottonis literis probauimus. Neque enim ex patre Gelder, sed Saxo erat, vt ex nomine Imado fœliciter conijcit R. P. Brovver. & expresè asserunt VVitichind. annal. lib. 1. Albert Stad. ad ann. 910. & 1104. Vbi ita ait; *Regi* (Henrico Aucupi) *vxor & consors regni clara & nobilißima, nomine Mathilda, filia Theoderici, ex eadem Saxonum gente, cuius patres erant Widikind, Immed, & Reginbern. Reginbern autem ipse erat, qui pugnauit contra Danos, in multo tempore Saxoniam vastantes, vicitq; eos, liberans patriam ab illorum incursionibus vsque in præsentem diem.* [VVitichin. in hodiernum.] *Et hi erant ex stirpe VVidikindi Magni Ducis, qui bellum potens gessit contra Carolum Magnum per annos ferme 30.* Hactenus Albert. Idem probat & Sigebert. Nam Mathildem Henrici Aucupis vxorem, atq; Imadi senioris siue sororē, siue ex fratre filiā, asserit Theoderici Saxonum Regis filiam. Quin etiam Imadum Saxonem esse, palam fit ex vita Meinwerci manuscr. apud P. Browerū, in illa enim author c. 32. tradit à S. Meinvverco Episcopo Paderbornensi Ecclesiæ ex bonis hæreditarijs in Saxonia donatam esse ciuitatem in comitatu seu loco Plesse sitam. Ita verò ait: *Episcopus autem ex bonis hæreditarijs in Saxonia positis vrbem sitam in loco qui Plesse dicitur, cum vndecies centum mansis iam ante Ecclesiæ traditis ipso die recognoscendo & reiterando Ecclesiæ Dei assignauit, & confirmauit, &c.* Si igitur in Saxonia bona habuit hæreditaria, Saxo esse debuit. Deinde in eodem mscr. apud Brovverum c. 32. *fit mentio prædiorum in Saxonia hæreditario iure possessorum, quæ matri ad temporalis vitæ subsidia post mortem patris sui Episcopus concesserat, Immelnhusen, VValmantheim, Hauerlan, Hukelhe, Mandalbike, Goldibiki, Dodonhusen, Hokinesleuo, VVakeresleuo,* quæ ostendunt, parentem Saxonem in Saxonia fundos possedisse hæreditarios, qui certè matris non fuerunt, alias enim non opus fuisset à filio petere, vt ipsi illi fundi ad vitam relinquerentur. Quare fundi illi in Saxonia ipsius Sancti Meinvverci genitoris fuerunt. B C D

Deinde docent, ipsum Imadum ex VVidekindorum esse familia, nulli enim eo tempore viri illustres, è quibus erant & Brunvvicenses & Luneburgēses, præter ipsos VVidikindos in diœcesi Hildesienſi, vbi etiamnum est Immodshusen, seu Immshusen, cuius mscr. Meinvverci meminit, aut prope Helmstadium

stadium bona obtinebant,) ex hæreditate, vt testis est Lazius & Reusn.
A licet hic ipsos posterioribus temporibus ab Actijs & Guelfis Romanis deriuet, quos in stirpe Widikinden à Widikindis sibi contrarius tradit descendere. Reliqui verò illustres ex solius Imperatoris concessione ibidem bona adipiscebantur, quæ aliqui in suos posteros erant transmissuri. Nam vt Adamus Bremensis author est in historia Ecclesiastica c. 53. vel lib. 2. c. 4. & Albert. Stadens. Imperator Otto primum vltra Visurgim constituit, Præfectum Hermannum, qui ortu quidem pauper; at locuples naturæ dotibus inter Cæsareos ministros primum
B fuerat allectus; deinde Imperatoris ipsius filijs præfectus, ampliores meruerat honorum gradus, donec ipsi Saxonicæ administrationis vices ab Imperatore Italiam ingrediente demandarentur, quibus præclarè functus Ecclesiæ Hamburgensis & Bremensis vtilitatem plurimum promouit. Incolis verò inter Visurgim & Rhenum habitantibus ab Imperatore Carolo præfectus est, Egbertus, qui cum ipso Imperatore ex Oriente aduenerat, vt constat ex vita ipsius coniugis Idæ Saxonicæ apud Surium 4. Septemb. Et ne quis putet, particulam *in Saxonia*, in manuscr. irrepsisse, ipsa nomina locorum hic nuncupatorũ,
C sufficienter ostendunt, iuxta Helmistadium ea iacuisse. Nam à Mercatore in Brunswicensis Ducatus tabula haud procul Helmstadio ad Albim fluuium in oriente collocantur: Gulibecke, & VVolmerstede, Hockmersleuen vel Ochmersleuen, & quotquot terminantur in leuen; quæ in Saxonia sola nec alibi inueniuntur. Reliqua loca num adhuc ibidem extent integra, haud satis exploratum habeo ex tabulis geographicis quæ plurima sæpe solent omittere. Neque ego cum Halberstadensibus aut Brunsvvicensibus agere potui, vt ab illis ea intelligerem. Cæteroqui vestigia quædam, ipsæ adhuc exhibent tabulæ; nam meminerunt ibidem Immekaten,
D Dodendorff; VVattersleuen: Relinquitur igitur, ex bonis hæreditarijs Imadum natione Saxonem, ex VVidekindorum prosapiâ oriri. Hac eadem ratione ostendi posset Annonem II. Colonienſem Archiepiscopum ex Saxonum esse familia, cum & bona iuxta Helmstadium possederit, vt ostendunt eiusdem quæ passim circumferuntur literæ quarum supra pag. 296. meminimus.

Pagina 207. lit. D. Otto ex mente D. Miræi genuit ex posteriore coniuge Henricum Comitem Zutphaniæ, Henrici sine liberis defuncti parentem.

PAG. 208. lit. A. de Henrico & Arnoldo Gerardi filijs vide D. Miræum *in notitia Ecclesiarum Belgij pag. 269. & diploma Affligimense anno* 1056. A
Eodem *in libro pag.* 389. & 390. dicitur Henricus Arnoldi frater Comes Geldriæ anno 1149. genuisse Gerardum II. Comitem sine liberis defunctum, Ottonem Comitem, Theodoricum, Catharinam & Margaritham. Otto II. Comes Geidriæ & Zuphaniæ 1188. in Syria militauit ac genuit Henricum; qui cœlebs obijt, & reliquos, quos supra notaui. Ita *D. Miraus.* De Gerardo tertio nota illum etiam in Syria 1218. militasse.

PAGINA 209. lit. A. Soror Henrici exepiscopi Leodiensis fuit Richardis, vxor VVilhelmi IV. Iuliæ Comitis; eum enim diserte B
Hochst: Sororium Episcopi vocat.

PAGINA 209. lit. B. Margaretha Reinaldi I. vxor Flandrensis est, & & filia Guidonis &c.

Ibidem ad lit. D. Mechtildis secunda vt ex antiquissimo D. Streithageni manuscripto habetur, nupta primo Godefrido Heinsbergi Domino qui mortuus est viuente adhuc patre sub an. 1342. Secundo Ioanni Comiti Cliuensi, defuncto circa annum 1368. Tertio Ioanni Comiti Blesensi. Ex omnibus tribus nullam omninò sobolem suscepit.

Heinsbergi.

PAGINA 210. lit. A. Guilielmus II. qui D. Streithageno est tertius C
Iuliæ Dux; talis enim absque controuersia vt sentit, fuit, vt & Reinoldus 4 est Iuliæ & quintus Geldriæ Dux.

PAGINA 214. Quia pagus allatus Honingen appellatur, conijcit D. Streithagenus; posse etiam significari pagum Hoeningen prope Aldenhouiam.

B. RICHMODIS WALBERGENSIS.

PAGINA 222. lit. B. Menologium Cistercense ad X. Calendas Nouembris. *In monte sanctæ Vvalburgis depositio B. Richmondis Virginis, quæ sub Cisterciensium cura & obedientia sanctissime vixit, & varijs reuelationibus illustrari promeruit, atque ipsum Regem Angelorum cum cœli ciuibus frequenter inter orandum contemplata est, sæpeq; ex sacra Hostia diuinos fulgores & diuinam claritatem totum monasterij templum illuminantem conspexit. Cumq; vigilijs, ieiunijs & obsecrationibus, indefesso spiritu vacaret, & mente excedens, cœli secretis interesset, in eodem cœnobio sanctissimè perseuerans, plena bonorum operum migrauit ad Christum.* D

B. CÆSARIVS

PAGINA 231. lit. A. menologium Cistercense ad 25. Septemb. hæc habet; *In Germania B. Cæsarius Prior Heisterbacensis, vir pietate & doctrina celeberrimus, qui sanctorum Patrum gesta pia sollicitudine colligens & posteritati commen-*

A *commendans, eorum etiam ipse vestigijs inhærens, varijs virtutibus & miraculis claruit, & cum magna sanctitatis opinione felicem agonem in ordine consummauit.* B. TEDDO EX MAIORIBVS SAXONICIS CANONICVS.

PAGINA 237. lit. D. iuxta Basilicam S. Seuerini, in Erasmiano Sacello B. Teddonis epitaphium, vncialibus litetis exaratum, dum restituere exesum sera posteritas conatur, minus feliciter assecuta immo corrupisse videtur, ita enim hodie legitur.

In hac tumba requiescit B. memoriæ R. P. D. THEODORICVS * *Cameracensis Episcopus, & S. Seuerini Canonicus,* DCCCLXX. *4. Septemb. diem clausit extremum, qui in vita claruit miraculis.* * Teddo.

B PAGINA 242. Aduocatos Colonienses Comites dixi nouæ aquilæ idem pagina 306. asserui, necdum tamen omninò exploratum habeo an qui aliquot sæculis aduocatiam Colonienſem quondam possiderunt, ijdem sint, qui olim Eppendorffij Comites dicebantur, an verò Nevvenarij Eppendorfijs successerint, sed spero me breui ex archiuis stemma Aduocatorum Colonienſium plene eruturum.

PAGINA 242. lit. B. menologium Cistercienſe ad diem 13. Februarij ita recitat, *Adelheidis pœnitens, quæ post inhonestam vitam, quam in sæculo duxerat, ad Christum conuersa, rigidissimam & verè pœnitentem instituit in* C *Lancvvade Cistercienſium * virginum monasterio, & glorioſissimas de communi hoste, qui eam horrendis apparitionibus à pio proposito reuocare nitebatur, obtinuit victorias.* B. ADELHEIDIS POENITENS. *Præmonſtratenſiũ.

PAGINA 246. lit. D. Natales SS. Ordinis Præmonstratenſis. *In cœnobio VVedinghauſano iuxta Arensbergam natalis B. Richardi Anglici Canonici Ordinis Præmonſtratenſis: cuius defuncti dextera, quam conscribendis varijs voluminibus egregiè occuparat, vigesimo post obitum anno integerrima prorsus reperta fuit: & inter sacras Sanctorum reliquias honorifice adseruata.* B. RICHARDVS ANGLICVS.

PAGINA 247. Familiam Arnsbergenſem prout à Fiderico Seniore & Bauara orditur, ex archiuis produxi, quæ autem præmisi de Gun-
D thero, Ottone, & Godefrido Arnsbergenſib. ea descripta ex manuscripta Genealogia, quam celebris in VVestphalia Iurisconsultus mihi submiſtrauit. Adiungo Conradum Episcopum, cui certam in genealogia sedem assignare nequeo, ipsius Epitaphium ab vno latere aquilam Arnsbergenſem, & ab altero infrænem VVestphalicum equi pullum repræsentat cum hac Epigraphe; *Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo, pie vltima mensis Iulij, obijt quondam Reuerendus Pater, & Dominus, D. Conradus de Arnsberg, Dei Gratia Episcopus Venecompenſis, ordinis Carmel, ... Domini Theodorici de Morsa, eadem gratia, Sanctæ Colonienſis Eccle-* Coloniæ apud PP. Carmelitas,

sia Archiepiscopi in Pontificalibus Vicarius Generalis, hic sepultus, cuius anima, per pijssimam misericordiam Dei, requiescat in sancta pace. Amen. A

PAGINA 255. Bene sensit D. Strithagenus de Collegij VVassenbergensis circa ann. 1118. fundatione. Nam aliqui saltem fratres sub ann. 1118. à Gerardo primo fuerunt instituti & dotati, vt ex sequentibus patescet literis, quibus quædam alia ad patriæ notitiam annecto.

FVNDATIO COLLEGIATÆ ECCLESIÆ Wassenbergensis.

Ex Archiuo Ecclesiæ in VVassenbergh.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Notum sit Vniuersalitati fidelium sanctæ matris Ecclesiæ filiorũ qualiter ego Comes Gerardus Ecclesiam in honore S. Dei Genitricis Mariæ & S. Georgij martyris à Dn. & Ven. Leodien. Epis. Otberto dedicatam pro animæ meæ & Patris mei aliorumque prædecessorũ meorũ remedio in meo allodio VVassenberg construxerim, & de meis prædijs Deo annuente dotare & ditare disposuerim. Obtinui autem precibus meis & meo seruitio ab ipso Domino Epis. & Archidiacono & Decano ipsam Ecclesiã liberam reddi ab omni obsonio, sinodali tamen jure sibi retento. Contuli igitur in præsens ipsi Ecclesiæ ad præbẽdam Fratrũ ibidem Deo famulantium quicquid allodij habueram in Munemunte cum omnibus redditibus, exceptis meis ministerialibus cum suis beneficijs contradidi quoque ei dimidiam partem Ecclesiæ in Birgele & dimidiam partem Ecclesiæ steinkircken, & Ecclesiã de Humersheim cum omni iure, & octauam partem Ecclesiæ VVeirte, & curtem, Eilenchouem, & Ecclesiam Hauert, & in Bride quinq; solidos Traicten. monetæ & ministerialem vnum cum beneficio suo, & decimationem in Rothusen & allodium in Grantenrothe, & in Louenich partem allodij, & in Erckelenze aream Vnam, & in Gollekerothe quoddam allodium, & in Breidele partem allodij & Ecclesiam in VVilderothe. Quidam vero nostri ministeriales omni affectu meum adiuuantes desiderium, & animabus suis in futuro prouidentes remedium, ipsi Ecclesiæ partem suæ contulerunt substantiæ. Sigebodo videlicet qui strabo agnominabatur allodium in Vollete, vxore sua superstite fructuarium vsum inde percipiente, & quinq; solidos per annos singulos soluente contulit. Quidam autem liber homo Ezzo nomine partem allodij sui ipsi præfato allodio interiacentem. Et singulis annis triginta denarios Colon. soluentem donauit. Ipsius vero Ecclesiæ prædiorum tam in præsens collatorum, quam in futuro conferendorum Aduocaturam, mihi & ei quisquis hæres fuerit Castelli & allodij in VVassenberg retinui Nihil prorsus de eadem Aduocatura præter orationes fratrũ exigens seruitij. Super hac ergo contraditione & dispositione, quia humanæ conditionis fragilitas; & de die in diem, prô dolor, ad peccandum promior posteritas in humanis actibus nihil satis ratum esse patitur, chartam hunc conscribi postulaui, B C D

quam

A quam Domini & Venerabilis Leodiens. Episcopi Otberti sigilli impressione astipulari, & libertatem Ecclesiæ ab eo concessam, & dispositionem meam eius banno confirmari obtinui, quatenus & ipsius chartæ Veridica attestatione, & pontificalis banni districtione conuincatur, & reprimatur, si quis huius quisquis suæ remissioni & meæ dispositioni obuiare moliatur. Huic præscriptæ concessioni & dispositioni testes interfuerunt idonei, quorum nomina subscripta habentur. Dominus Fridericus Præpositus S Lamberti, Henricus Decanus, Andreas Archidiac. Alexander Archid. Almannus Archid. Steppo Archidiac. Arnulphus presbyter, Stephanus Emmo, Ioannes, Liezelinus Præpositus sanctæ Crucis, Nicolaus Præpositus S. Dionysii, VVido Canonicus. Liberi homines Engelbertus de Bugenheim, Meinardus de Stalburg, Gerardus de Berge, Gosvvinus de Sustris, Heribertus filius Heriberti de Molin. Acta sunt hæc Anno Do-
B minicæ Incarnationis millesimo centesimo, octauo decimo, Indictione vndecima, imperante Henrico Imperatore quinto, pridie Kalendas octobris.

Extant in eodem Archiuo VVassenbergens. Literæ quibus E. Domina de Sprimunt quondam Comitissa Cliuensis, donauit Ecclesiæ in VVassenberg, quatuor maldra tritici apud Iinne ex agro qui dicitur Vebuschvvert loco vnius marcæ Colon. quam eidem Ecclesiæ pro remedio animæ Mariti sui Domini Gerhardi bonæ memoriæ de VVassenberg dare promiserat, signatæ sunt apud Linne, ann. 1254. mense Septembri. In sigillo magno rotundo est Equus, cui Domicella insidet sini-
C stra auem gerens. EPIGRAPHE, vt potuit colligi, SIGILLVM ELIZABETH COMITISSAE CLEVENSIS.

DOCVMENTVM DONATIONIS 34. Iurnalium, in Vrsbeck à VValramo Duce Limburgen. pro Ecclesia VVassenbergen.

Ex Archiuo Ecclesiæ in VVassenberg.

VValramus Dux de Limburg omnibus præsens scriptum inspecturis. Sicut tempus labile labendo defluit: sic cum fuga temporis temporales defluunt actiones, nisi vigorem recipiunt à testimonio literarum. Ideoq; sapientum discretio gesta sua solet scripturarum munimine roborare. Cognoscat igitur omnis ætas tam præsens quam posterа, quod nos allodium triginta quatuor Iurnalium terræ arabilis in decima de
D Vrsbech iacentium, necnon & duarum arearum, vna scilicet in Vrsbech, & alia in VVassenberg. Quæ bona Henricus Clericus filius Syberti de Hugenrode à castro nostro de VVassenberg in feudo tenuit Ecclesiæ beati Georgij in VVassenberg contulimus in perpetuum possidendum. Et ipsum omnesq; dictorum bonorum possessores ab hominio Castri de VVassenberg absoluimus. Præterea prædictorum bonorum possessoribus & eorum semicultoribus, eandem per omnia libertatem concessimus, quam si sæpedicta bona de prædicto Castro nostro de VVassenberg adhuc in feudo tenerentur,

essent habituri. In cuius facti robur & testimonium præsentes literas super hoc factas A
sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum & datum apud VVassenberg anno
1262 *Domini* M.CC.LX. *secundo. Mense Nouembri. Testes etiam interfuerunt præsentes,*
& ad hoc vocati Dominus VVilhelmus de Halla dictus Scillingus. D. Theodoricus de
Brakelen, quorum etiam sigilla sunt apposita. G. miles de Kerreke dapifer VVassen-
bergen. Sybertus miles de Huchlouen, & frater suus Henricus miles, Henricus mile
dn Palude; Theodoricus dictus Ruschuttel, & alij quam plures. s

In sigillo est Dux paludatus equo insidens,

A tergo Leo Limburgicus, Epigraphe, EGO WALRAMVS DVX DE LEMBORGH.

Alterum sigillum habet in medio traben, cum 4. Crucibus de- B
cussatis, supra trabem tres auiculæ, Epigraphe. Sigillum VVilhelmi Scilling. Tertium sigillum aberat.

Similis tenoris & dati documentum extat sub nomine Henrici Comitis de Kessele.

Sigillum. Comes insidens equo sinistra gerens Aquilam, sub equo currit canis, Epigraphe. S. HENRICI....COMITIS DE KESSELE.



1269 *Anno* 1269. *mense Augusto Rabodo de VVdenkirchen miles consanguineus Ger-* G
hardi dicti de Deile, vna cum VVilhelmo de Halla dicti Scilling, sigillauit Donatio-
nem quandam sex solidorum monetæ Colonienſis ex Curte Kerbusch VVassenber-
genſi Ecclesiæ annuatim ipso die S. Lam-
berti cedentium & soluendorum per ipsum
Gerhardum factam. Eisdem literis dispo-
nitur vt prædium istud post mortem Ger-
hardi Capitulo fiat Churmedale, & me-
lior equus cum duodecim denarijs solua- D
tur.

Sigillum Rabodonis

Epigraphe: S. RABODONIS MILITIS D'ODENKIRCHEN.

Ibidem, in literis Archiepiscopi Sifridi Ecclesiæ in VVassenberg, Leod, *inquit Sifridus*, Dioc. nostræ Prouinciæ auctoritate Metrop. datis

super

A super Elinchouen & Wlte, necnon de Parochijs in VVassenberg & Hauert, & Scholastico ac custode, id est, Thesaurario non nisi ab ipsis Canonicis instituendo sublato quolibet Præpositi ipsorum inposterum impedimento sigillatis 1289. 3. Id. Septemb. nominatur Venerabilis Vir Henricus de Dicka loci puta in VVassenberg Archidiaconus, & Dominus Ioannes filius Illustris Comitis Flandrensis Dei gratia Episcopus Leodiensis. *Sigillum consuetum Sifridi.*

Pagina 259. Archiepiscopus Colonienſis dicitur à manuscripto Ciuitati vim intulisse; Quæ vtrum iustè an iniustè fuerit illata, non ego
B disquiro. Nec enim ego sum aduocatus aut iudex, qui vtriusque partis merita aut proponam aut dirimam. Et plane manuscr. qui suam liberè prompserat sententiam, hic errare posse existimo, cum neutrius partis momenta aut rationes viderit, nedum exanimauerit. Quæ licet ego perspexissem, aut etiamnum perspicerem, haud tamen iudicare luberet: ne militans Deo me negotijs sæcularibus videar implicare.

Pagina 281. De B. Hermanno Colonienſi in Natal. SS. Ci- B. HERsteciens. ista recitantur. *Pridie nonas Aprilis. In Eifflia cœnobio Steinfeldensi* MANC *natalis B. Ioseph Præsbyteri & Canonici Ordinis Promonstratensis: Qui post* NVS CA*præclara meritorum insignia post annos quam plurimos summa vitæ innocentiâ* NONI*transactos, post creberrimas sibi factas diuinitus reuelationes post continua-* CVS. *tam ab ipsa infantiâ cum Regina cœlorum castissimam familiaritatem post conseruatam virginitatem animi corporisq; virginitatem febri correptus lethali, eaq; ad extrema perductus in manus sui Iesu spiritum eximia animi pietate commendans erecto corde & vultu ad æterna tabernacula feliciter emigrauit. Cuius sanctissimo interuentu, variij ad vitam mortui sunt reuocati, cœci illuminati, surdi sanati phrenetici & hydropici curati, dæmones effugati & plurima alia patrata miracula.*

D





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GELENI
Vita S. Engelb.

E. III.
Th
2320